GALENI
METHODUS
MEDENDI

T. LINACRO
INPERPRETE

M.D.XIX

2634

A XVIII. O.121



49·g·17

28127

Payne 12/7/11

STOAKLEY, CAMBRIDGE.

O-878.

[illegible] VIII p. 59

Cum priuilegio Regio Ad quadriennium.

# GALENI
## METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS.

## THOMA LINA: CRO ANGLO INTERPRETE.

LIBRI QVATVORDECIM.

15 46

In fine appoſiti ſunt quæ ipſe
Linacer recognouit in
opere De ſanitate
tuenda.

M. D. XIX.

DIDIER MAHEV.

m.V.
45

## IANI LASCARIS.

OMnigenos Pæan ſuetum te pellere morbos
In latio,& diti ſubtrahere arte animas,
Deſidem vbi,& bardum vidit facunde Galene,
Poſthabitumq́ alijs quos memorare piget:
Dixit proſpiciens populis age μῦσα Linacre,
Redde virum ingratis q̃libet Auſonijs.
Tam ſibi q̃ proauis, qui dogmata priſca relinquunt,
Thricisq́ inuoluunt ingenia,& tenebris.
Hæc deus. at Thaumas afflatus numine talem
Te vertit, qualem græcia culta tulit.

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

## Gulielmus Budæus Thomæ Lupſeto Anglo. S. D.

QVos mihi libros therapeuticos credideras Lupſete do
ctiſſime, eos ad te remitto, tumultuaria quidẽ lectiõe &
ſubſultim, nõ etiã pfũctoria & oſcitãter euolutos. Vo-
lui enĩ eoꝝ lectõe nõ modo tibi operã, ſed etiã mihi na
uare. tãetſi cũ id primũ facere inſiſterẽ, altius oĩno ni-
hil aĩmo agitabã: q̃ vt paucoꝝ dieꝝ officio ſatiſfacerem petitiõi tuæ,
ſimul vt eadẽ opa aduẽtitioꝝ voluminũ cõtrectatõe animũ meũ oble
ctarẽ negocijs cõfectũ. Solet enĩ (vt noſti) noſtræ ſortis hominibus
inceſſere cupido haud illiberalis de vno quoqꝫ ope litterario æſtima
tionẽ factitãdi, vt qſpiã ſtudioſoꝝ ĩ mediũ ꝓtulit aliqđ ĩgenij ſui ſpe
cimẽ. ita ſcilicet natura ferẽte vt ſui qſqꝫ ĩgenij atqꝫ ĩduſtriæ modũ cõ
tẽdere cũ alioꝝ gaudeat, quo certius ꝑpẽdat qd p̃ſtare eadẽ in re poſ-
ſit. Verũ cũ idip̃m hoĩm more facerẽ, humanit⁹ quoqꝫ mihi obrepſit
(vt ingenue in ſinu tuo loquar) certãdi quoqꝫ libido cũ eoꝝ libroꝝ ĩ-
terp̃te Linacro. tametſi eũ ſũma eſſe eruditiõe p̃ditũ nõ neſcius ĩãdiu
forem. Itaqꝫ pauca quædam loca ad Momi lucernam inſpecta et aĩad
uerſiõe (ꝓpe dixerim) delatoria obſeruata, quũ primore ſpecie ſe mi
hi nõ ꝓbaſſent, cũ græco ſtatim exẽplari collata, ꝑtim mutare, ꝑtim
noua facere deintegro conatus, vt nihil aut paꝝ ꝓmouere me ſenſi,
crimiatiõem illã meã poti⁹ fuiſſe iudicaui æmulæ cõtẽtiõis, ab inge-
nua ip̃am & ſtudioſa alacritate manãtis, q̃ iuſtã æquãqꝫ rep̃hẽſionẽ. id
vtrũ in culpã inertiæ & impitiæ vertere mihi debeã, an in opis lau-
dẽ exacte abſoluti, alioꝝ eẽ iudiciũ malo, q̃nquidẽ nõdũ me eũ cẽſen-
di locũ in doctoꝝ cõcilio adeptũ eẽ arbitror vt optim⁹ qſqꝫ & exiſti-
matiſſim⁹ trãſire in ſentẽtiã meã debeat, anteq̃ rẽ ip̃am ad manũ aſpe
xerit. Hacten⁹ tñ in mediũ ferre ſentẽtiã nõ dubitarim, ſi oĩa ſiɫia ſũt
ijs q̃ legi, Galenũ nobis elegãti & exquiſito ſermone latinũ eẽ factũ:
vt iam Britãniæ decus hoc futurũ ſit, quod olim pergamũ in Aſia il-
luſtrauit. Quo in ope aĩaduerti Linacrũ multo plus tribuiſſe priſcæ
ſcribẽdi vertẽdiqꝫ ſeueritati, q̃ nr̃i tp̃is indulſiſſe licentiæ laſciuienti.
Hæc ad te ſcripſi vir amice in inſtrumẽti viatorii apparatu coẽptuqꝫ
occupatus, ijs qꝫ rebus cõſtituẽdis quæ ad inſtãtẽ mihi peregre ꝓfe-
ctionem ꝑtinebãt, pene iam vt accinctus mihi eſſe viderer, cũ ineũdæ
viæ dies nõ ex alieno arbitrio pẽderet. alioqui rarus domi & iã cur-
ſitator circuitorqꝫ factus inuito meo genio, & obluctante mihi. Sed
fortuna (vt arbitror) ante mihi fere ĩiqua, nũc etiã ludos ſibi nr̃ati-
bus qꝫ hoĩb⁹ factitare in me exercẽdo cõſtituit. quæ negocioſo gñe cõ
mercij cum ijs me hominibus cõmittit, qui nõ tam ſalutationũ et ve-
nerationis honore, q̃ poſtulatoꝝ ærumnis gaudent. quas cum ſumma
oblectatione ſpectant. Vale.

## EORVM QVAE IN PRIMO LIBRO ANNOTATA SVNT INDEX.

IN theſſalum multa.
Quæ Hippocrates inuenerit primus. fo.iij.
Theſſali opinio fo.iiij
Quæ differentiæ ad ſpeciei conſtitutionem cõferant, quæ non fo.v.
In omni re diſquirẽda quid pricipiũ folio.v.
Quis doceat et quis ĩperet. fo.vi
Duo eſſe q̄ fidem inuentis faciant.f.vi.
De qua re medioꝝ ininuentiõe in hoc opere ſit acturus. fo.eodem
Methodo aliqd inqrere qd ſit. fo.vi
Recte molientibus methodum quid ſit initium fo. eodem
Cur magna medicoꝝ pars in methodo medendi tradenda errarit. fo.vi.
Qua ratione geometræ vtuntur fo.vii
In theſſalum folio eodem
Quæ empirici apparere, quæ noſci, q̄ tũ apparere tũ noſci dicãt fo.vii
Duplex apparentium genus a veteribus philoſophis ſtatui fo.codẽ
Axiomatum exempla fo.vii
Scepticorum dogma fo.eodem
In methodicos folio eodem
Principium huius diſciplinæ fo.viii
Notio ſanitatis fo.eodem
Notio ægritudinis fo.viii
Nominũ interpretationẽ ex patriæ cõſuetudine me faciendam fo.viii
Methodus diſtinguendi rerũ diuerſitatem a nominũ diuerſitate fo.eodẽ
Latio quid fo.ix
Alteratio quid fo.eodem
Inſtrumentum quid fo.eodem
Axioma nihil abſqꝫ cauſa fieri fo.ix
In theſſalum multa fo.x
Themiſonem fundamentum inſaniæ ieciſſe. fo.x
In olimpicum fo.eodem
Variæ opiniones de medicinæ fine. folio vndecimo
Duo genera eſſe quæ tota in natura diſſideant fo.xi
Quæ res in præſenti diſputatione ꝓximæ inter ſe ſint fo.xii
Quatuor ſibi proxima genera. fo.xii
Duplex ſymptωma, vel etiam triplex folio eodem
Duplex cauſa fo.eodem
In olimpicum fo.xiii
Nullum affectum morbum eſſe priuſq̄ actionem lædat fo.xiii
Q uod primum deſyderamus id actio ipſa eſt folio eodem
Q uod ꝓpter hanc & ſecundo naturalis affectus folio eodem
Q uæ accidentia & quæ ſymptωmata. folio eodem
In theſſalum fo.xiiii
In olympicum fo.eodem
Breuis & dilucida interpretatio Galeni. folio eodem

## ANNOTATA IN SECVNDO.

Qui alterum docere vult huic pro rebus nominibus eſt vtendum fo.xv
Diuerſa morboꝝ nominum impoſitio expoſita folio eodem
A læſa particula fo.xv
A ſymptωmate fo.eodem
A cauſa putata fu.eodem
Melancolia fo.xv
A ſĩlitudine ad aliqd externaꝝ. fo.xv.

Qui veritatis eſt cupidus ab imagina tione quã noĩa præbẽt cauebit atq; ad rerũ ſubſtantiã accedet fo.xvi
Libros de differẽtiis morbo℞ & ſymptœmatũ oĩo añ hoc op⁹ legẽdos.f.e.
Quid inter morbũ & quod græce pathos dicit̃ interſit fo.xvi.
Nec actionis nec ſermonis nec mot⁹ vllius ptes aliquo tp̃e durare fo.eodẽ
Corporis motum ꝓut patitur pathos eſſe. fo.xvii
Queadmodũ p̃ſci pathos acceperit.f.e.
Queadmodũ iuniores acceperit. xvii.
Queadmodũ vocabulis morbi pathus & ſymptœmatis galen⁹ vteť fo.eo.
Primũ actionis egere nos tum propter hanc ſanitatis fo.xvii
Humerũ morbo℞ cõphendere methodo nõ poſſe q cãrũ actiõis naturalr̃ ſe hñtis nũerũ nõ cõphẽdat fo.eodẽ
Specialis in exẽplis exercitatio et ſil̃ i methodicos multa fo.xviii
Syndrome quid fo.xix
Roborare nomen nudũ ac veluti metã eſſe quo tendas fo.xix
Anacephaleoſis fo.xxii
Hippocratẽ primum omniũ recta inſtitiſſe via fo.eodem
Functiones a ſimilarib⁹ edi eoq; vnicã ſimilarẽ in quoq; iſtrumẽto eẽ. f.xxii.
In theſſalum fo.eodem
Qui ſe in methodis logicis nõ exercuerũt his melius eſſe vt experiẽtiæ animum applicent. fo.xxiii
Cum quibus deinceps ſermonem habebit fo.xxiii
Principium tractationis fo.eodem
Genera morbo℞ enumerata.fo. xxiii.
De medendi indicationibus fo.eodẽ
Indicatio quid fo.xxiii
Indicatione iuenire quid fo.xxiiii
Finis propoſitæ methodi. fo.xxiiii
Principium ꝓpoſitę methodi.fo.eodẽ.
Oẽs morbos vnius eiuſdẽq; pticipatione morbos vocari. fo.xxiiii.
Singulis noĩm ſignificatis vnã ſubiectã rẽ eſſe ſed nõ cuiq; voci vnã rẽ.fo.eo.
Aliquãdo ſignificari p vocem nec qcq̃ ſubijci. fo.xxiiii
Quibus vocibus res aliq̃ ſignificat his quot ſunt ſignificata totidem rñdent rerum ideæ. fo.eodem
Aliud in ſubſtãtia ſubiectũ, aliud ſpecie vnũ etiã brutis notũ eẽ fo.xxv
In empiricos. folio.eodem
Plato in philebo fo.xxv
Aſinos cões priuataſq; ſpẽs noſſe.xxvj
Idem numero etiam idem multitudine dici folio.eodem
Quæ nomina de tota ſubſtantia rei dicantur fo.xxvii
Quæ de accidentibus vel partium eius vel totius fo.eodem
Exercet lectorẽ in exẽplis fo.xxviii
Simplicia compoſitis natura eſſe priora. fo.eodem

## ANNOTATA IN TERTIO.

Indicationẽ quæ a morbo ſumitur principium tm̃ eſſe methodi. quæ de medendo inſtituitur fo.xxix
Hũc demũ medicũ eſſe q pficere ea poſſit q̃ pria idicatio p̃ſcribit fo.eodem
Primũ artis opus eſſe vt intelligas ſperãdũ ne ſit quod deſtines fo.xxx.
Dupliciter tutæ agi poſſe an liceat qđ deſtines ſperare fo.eodem
De vlcere fo.xxx
In methodicos fo.eodem
Diſputatio cum empirico fo.xxx

Cephalicon fo.xxx
Sarcoticon ex oleo cera et ærugine. folio xxxi
Idioſyncriſia fo.xxxi
Stupefaciẽtium noxa fo.xxxii
Hypochyſis fo.xxxii
Mydriaſis fo.eodem
Rhytiduſis fo.xxxii
Cur empirici vbi pri⁹ medicamẽtũ nõ ꝑfecit tranſire ad aliud rõne non poſ ſint.fo.eodẽ
Caui vlceris ſanandi vera methodus fo.xxxii
Generandæ carnis ſanguinem materiã eẽ: opificem naturã: quorum natura carnem gignat fo.eodem
Vnde conſtet cuiuſq; corporis natura. folio xxxii
Duplex excrementum in alimenti mutatiõe per vniuerſum corpus prouenire fo.xxxii
Inuiſibilis perſpiratio quomodo reddatur viſibilis fo.eodem
Non ſatis eſſe medicamenti genus niſi inuenta ſit et ſpecies fo.xxxiii
Cuius ordinis ſiccãtiũ detergẽtiũq; ſit quod carnem ꝑducat fo.xxxiii
Duas eſſe primarum indicationum differentias fo.eodem
De thuris natura reſpectu hominum. folio xxxiii
In methodicos fo.xxxiii
Empiricos expiẽtias limitare. fo.eodẽ
Quod nec diſci nec ſcribi nec ꝑcipi poteſt id q̃titas in quoq; eſt fo.xxxiiij
Quantopere ꝓſtet methodo quiduis q̃ ſola experientia facere fo.xxxiiij
Nõ poſſe medicum ſine naturali ſciẽtia ſimilariũ curatiõem inuenire ſed nec inſtrumẽtaliũ ſaltem itegrã. f.xxxiiij
Vlceris quod ſolum conſiſtat curatio. folio xxxv
Duplicem eſſe in vlcere affectũ poſt cauitatem expletam fo.xxxv
Epidermis folio eodem
Vlceris quod ſolum ſit ſine alio affectu curatio fo.xxxv
Dupliciter cõmenta manere quæ committãtur fo.eodem
Vnitionis effectrix cauſa. fo.xxxv
Oræ vlceris quib⁹ rebus cõmittãt̃.f.e.
Glutinatorij & carnem producẽtis differentia fo.xxxvi
Altera methodus ad ꝑparationem medicinæ ſpectans fo.eodẽ
Diuerſitas regignendi eius quod in cauo vlcere deſit & qđ ĩ plão. xxxvij
Caro eadẽ ſpecie regignitur: cutis non folio xxxvij.
Naturam cutis qua ratione ſit imitandum. folio.xxxvij
Ducere ad cicatricem qd ſit fo.eodẽ
Cicatricem inducentis medicamẽti ſũma. fo.xxxvij
Glutinatorij & cicatricẽ ĩducentis differentia fo.xxxvii
Ad cicatricem producentes materiæ. folio xxxvij
Facultatis medicamentoꝝ noticiã hoc op⁹ præcedere cõpoſitõis ſeq.fo.eo.
De ſupcreſcẽte carne fo.xxxvij
Carnis detractionem medicamẽtis pſici non opera naturæ fo.eodem
Speculatio ad diſcretionem pertinens folio xxxviij
Non omnem naturam eadem medicamenta requirere folio eodem
Videtur deſyderari hoc loco aliquid. folio xxxviij
Quis optimus ſit medicus fo.eodem
In methodicos & empiricos.f.xxxviij
Redit ad rem fo.xxxix
Idioſyncraſia fo. eodem

Sicut totũ corpus ſi temperamentũ ei⁹ ſiccius ſit ſicciora deſyderat, ſic etiam pars. fo.xxxix.
Miſcetur vlcus cũ oibus qui cum eo ſimul incidũt affectibus fo.eodem
Vlceris cũ intemperie curatio. fo.eodẽ
Ambiẽtis quoq; aeris inſpiciendam tẽperiem. fo.xl.
Limitatio modi in calido & frigido a natura corporis fo.eodẽ
Cõtrariæ indicatiões quemadmodum tractandæ fo.xl
In corpe opti tẽpamẽti mutãda medicamenti vis quod ad corporis naturam pertinet non eſt fo.xl
Contrariæ indicationes quibus ſimul ſubſeruire non licebit fo.eodem
In complicatis affectibus tria ſpectanda eſſe fo.xlj
Primũ curãdũ eſſe id qđ vrget. fo.eođ
Simplicis ſoliuſq; vlceris dřię. fo.eodẽ
A figura fo.xlj.
A magnitudine fo.xlj
A tempore fo.eodem.
Diſcrimẽ dřiæ alicui⁹ affect⁹ ab affectu
Quod primũ eſt ſimplex eſt, & quod ſimplex primũ (fo.xlij fo.eodem
Vlceri quod ſignum habet reconditum moliendus efluxus eſt. fo.xlij
De tranſuerſis vlceribus fo.xliij
De ijs q̃ p lõgitudinẽ muſculi ſũt fctã. e.
De magnis et paruis fo.xliij
De profundis fo.xliij
De profundis ſimul latiſq; fo.eodẽ

## ANNOTATA IN QVARTO.

Catagma fo.xliij
Spaſma fo.eodem
Apopaſma. folio.eodem
Rhegma fo.xliij
Thlaſma fo.xliij
Ecchymoſis fo.eodem
Anaſtomoſis fo.xliij
Diapideſis fo.eodem
Anabroſis fo.xliij
Eroſionis cauſæ fo.xliij
De his quæ maius vlcus reddũt in hoc libro agi fo.eodem
Tres ægre ſanabiliũ vlcerũ mõi. xliij
Aliter diuidit fo.eodẽ
Methodi curandi ſingulorũ fo.xliiij
Siccæ intemperiei curatio fo.eodẽ
Humidioris intẽperiei curatio. f.eodẽ
Calidioris intẽpe. curat. fo.xliiij
Notæ caloris & frigoris fo.eodem
Vlcus cum tumore particulæ fo.eo.
Labrorum vlcerũ quæ decolorata durave ſunt curatio fo.xliiii
Mali ſucci et exulcerãtis curatio. f.eo.
Valentiorem intemperiem imbecillitatis eſſe cauſam fo.xliiii
Ratio cui contrarium contrario oppugnandum fo.xlv
Externas cauſas curationem non indicare ſed affectum fo.xlv
Quid curationem indicet quid quæ particulatim ſunt agenda fo.eodem
Curatio vlceris cui⁹ medicinæ partis proprie ſit. fo.xlvi
Proſpectãs mediciæ duplex gen⁹. eo.
Duas eſſe functionum medici primas differentias. fo.xlvi.
Curare quid fo.eodem
Proſpicere quid fo.xlvi.
In theſſalũ de vlceribus quæ cacoæthe vocant multa fo.xlvi
Nec a diuturnitate nec a recentia nec omnino a tempore indicationem vllam eſſe. fo.xlvij
Variæ cauſæ propter quas non ſaneſcat

vlcus. fo.eodem.
Cacochymia. Pletora. fo.eodem
Quæ veteres rubrifaciendo curabant. folio xlviij
Cacoethus ab initio curatio.fo. eodem
Methodus quid. fo.xlix
Promiſſio galeni fo.eodem
Reuertitur ad propoſitum. fo.eodẽ
Methodi curandi formula generalis. folio eodem.
In theſſalios fo.eodem
Methaſyncriſis folio.l.
Metaporopoeeſis fo.eodem
In quo omnibus medicis conuenerit. folio eodem.
De hippocratis mente ex multis eiuſdem locis fo.lj.
Veteres medio tranſgreſſo, ſæpe tertiũ primo coniunxiſſe fo.eodem
Cacoethe quæ fo.eodem
Sphacelos fo.eodẽ
Eitiomena fo.eodẽ
Enhæmon folio.eodem
Quæ putrefiunt ex calido et humido putrefiunt fo.lij
Omnium quibus ad vlcerum curationem eſt opus inuentorem hippocratem fuiſſe fo. eodem
Redit ad theſſalios folio.liij
Redit ad hippocratem fo.eodem
Indicationem ab effectus magnitudine nõ omiſiſſe hippocratẽ. fo.liij
Mittendum ſanguinem vbi valens ſit morbus etiam ſi ſanguinis abundantia in corpore non ſit fo.liij
Quæ in ſano corpore in quo ſanguis redundet pro ſanguinis miſſione ſatiſfaciant fo.eodem
Purgationem non ſolum propter mali ſucci redundantiam ſed etiam propter vim morbi adhiberi fo.liij
De purgatione quibus et qua ratione ſit vtilis folio.liij
Trifariam reddi vitia magna fo.liij
Venter hic quis accipiendus.fo.eodem
Peritoneum fo.eodem
Cur vulnera in articulis cacoethe ſint. folio.eodem.
Indicationem quæ a magnitudine morbi accipitur primum iueniſſe hippocratem fo.liij
Sanguinem detrahendum propter eaſdem cauſas propter quas et purgandum dixit fo.eodem
Quæ conſummati⁹ in ſequentibus tractabuntur fo.eodem
De indicationibus quæ a poſitura forma vſu ſenſus acumine hebetudine ve capiuntur fo.lv.
Chalaſtice folio.lv.
Quæ a poſitura & figura indicentur. folio.lv.
Communis omniũ internarum partiũ indicatio fo.eodem
Quæ interioribus non conueniant. folio eodem
Quæ conueniant fo.eodem
Auſterum ſiue ſtyphon quid fo.eodẽ
Acerbum ſiue ſtryphnon quid fo.eodẽ
Vinum vbi cauendum fo.eodem
Ad vlcera in gula faucibus pariſthmiis & aſpera arteria fo.eodem
Potionis aliquid in aſperam arteriam etiam cum naturaliter ſe habet percolari fo.eodem
Ad vlcera pulmonis & thoracis miſcẽdum medicamẽtis mel eſſe fo.eodem
Ad vlcera ĩ veſica & renib⁹ nõ mõ mel ſed ẽt q̃ vrinas moueãt miſcẽda. fo.lv
Ad d'ligatõnẽ & clyſteris & catheteriſ vſũ figurã ptiũ poſiturãq; cõferre.lvj
In ruptis multas idicationes in idẽ cõ

currere. folio.lvj
Valētiora medicamēta reqrere quæ i p fūdo corpe laborāt q̄ quæ i ſūmo.lvj.
Ecchymoſini omnem vacuationē indicare folio lvj
Ecchymoſis curatio. fo.lvj
Chalaſtica fo.lvj
Syntatica fo.lvj
Cur quæ rupta fuere ſubinde dolorem renouent fo.eodē

ANNOTATA IN QVINTO

Simpatya fo.lvij
De arterie vene et nerui vlcerib⁹. lviij
Glutiari vuln⁹ i arteria difficile eē.lviij
De ſanguis profuſione folio lviii
Profuſiōis ex vena vel arteria cāe.lviii
Anaſtomoſeos cauſe folio lviii
Diapedeſeos cauſe fo.lviij
De diuiſione folio.lviii
Diuiſi vaſis ex abūdātia curatio.f.lviii
Quomodo claudatur vlcus. fo.lviii
Quomō labra eius adducant fo lviii
Quomō obſtruat os vaſis fo. lviii
Thrombos quid fo.lviii
Emplaſtica quæ fo.lviii
Eſcara quid fo.lviii
Quæ eſcaram faciant fo.lviii
Quomō ſanguis transſeratur fo.lviii
Parocheteuſis fo.lix
Antiſpaſis fo.lix
Hippocratis inuenta fo.lix
Exempla parocheteuſeos & antiaſeos folio lix
Ad menſiū profluuium fo.lix
Hippocratis inuentum fo.lix
Ad ſāguinis e narib⁹ pfuſionem fo.lix
Ad alias fluxiones fo.lv
Frictionē contra poſite ptis & ligaturā ex antiſpaſticis eſſe fo.lix
Epideſis qualis fo.lix
Sitū partis ad hæmorragiā conducere.
Tractatio eius cui ex vulnere ſanguis profluat fo.lix
Quādo totū vas ſit pcidēdū fo.lix
Radix vaſis quæ fo.lix
Aneuriſma fo.lix
Optimū ad hæmorragias medicamentum fo.lix
Dolor profluuiū proritat & phlegmonas auget fo.lx
Māna magis aſtringens fo.lx
Thus magis eſt emplaſticum fo.lx
Laus deſcripti ſupra medicamēti fo.lx
Deligandi modus fo.lx
Generatio cruſtæ vnde fo.lx
Quādo maxime cruſtificis vel cādentibus ferramentis vtendum fo.lx
Quæ circa pudenda & ſedem cur facile putreſcant fo.lx
Quid in cruſtificis deligendis ſpectandum fo.lx
Anacephaleoſis fo.lxi
Ani deliquio cōfluxū phiberi fo.lxi
Frigidam & puſcā & vinū acerbū ſepe hæmorragias inhibere fo.lxi
De his ſanguinis pfuſionib⁹ quæ de pfundo erumpūt fo.lxi
De indicatione a partibus inſtrumentalibus fo.lxi
De plātaginis ſucco fo.lxi
Frigida vel aſtringētia extrinſec⁹ admoueri vbiq; nō cōducere fo.lxi
Quando refrigerātia extrinſecus admouenda fo.lxii
Diapideſeos curatio fo.lxii
Curatio vlceris in vena fo.lxii
Cur aliqui arteriam vulneratam coire poſſe negent fo.eodem
Poros quid fo.eodem
Galēi experiētia de arteria vulnerat.e

Arteriæ inciſæ curatio galeni. fo. eodē
Aneuryſma fo.eodē
Cur vniri aliqñ arteria poſſit fo.eodē
Vulneratæ ĩ vtero veſica vel in teſtino venæ vel arteriæ curatio fo.lxiij
De pulmonis vlceribus fo.eodē
Cur nõnulli pulmonis vlcera inſanabilia eſſe putarint folio eodē
Diſcretio quãdo ſanguis a pulmone & quando a thorace reijcitur fo.lxiij
Indicia ſanguinē a pectore per mēbranã pulmõis tranſmitti poſſe fo.eodē
Empyi folio eodem
Melicratõ in thoracē iniectum per pulmones exſpui fo lxiii
Piulcos folio eodem
Curatio vulneris alicuius in pulmone vaſis folio eodem
Poſcã cruorē cõcretũ reſoluere fo.eo.
Enhæma barbara fo.lxiiij
Ante omnia ſeruandũ vt recēs vaſis in pulmone vuln⁹ aggrediatᷓ fo.eodē
Poſtq̃ phlegmone iuaſit parua quæ glutinãdi eſt ſpes fo.eodem
Cur eiuſmõi vlcera curari vel difficulter vel nunq̃ poſſint fo.eodem
Collatio vlcerum in pectore & in pulmone fo.eodem
Aſperã arteriam rumpi ſolere fo.eodē
Nota venæ ruptæ et nõ aſpæ arteriæ.e.
Difficultatis curandæ ei⁹ cauſa f. eodē
De tranſuerſi ſepti vulnerib⁹ fo.eodē
Auris cuiuſdam a methodicis curata folio lxv.
Galeni auris vlceratæ curatio fo.lxvj
Medicamētum ex ferri ſcoria valenter ſiccans fo.eodem
Redit ad methodum fo.eodem
Audiendi locus ſicciſſimus fo.eodē
Quæ oculo exulcerato cõueniãt fo.eo.
Quæ naribus folio eodem
Quæ vlceribus in ore fo.eodem
Stomatica fo.eodem
Quæ ad veſicã vterũ & iteſtina fo.eo.
Genus medicamenti a partis ſubſtãtia & affectu fo.eodem
Modus vtendi a figura & ſitu fo.eodē
Quæ deuorata per os ſũt poſſe ĩtegris virib⁹ ad inferiora ptingere fo.lxvij
Ad vlcera pulmonis et pectoris purgãda fortiſſima eſſe excogitata fo.eo.
Cur pulmo & pectus per tuſſes purgētur fo.eodem
Ventriculũ dupliciter purgari fo.eodē
Non eſſe pus e ventriculo purgãdum per vomitum fo.eodem
Cur vlcera pulmõis difficilia curatu.e.
Ruptum ĩ pulmone vas poſt phlegmonē excitatũ inſanabile fo.eodem
Aſperæ arteriæ ĩterioris tunicæ & larigis vlcera ſanari fo.eodem
De iuuene q ephelcida tuſſi expuit.eo.
Ephelcis fo.eodem
Curatio iuuenis fo.eodem
Lac tabiarũ merito laudandũ fo.eodē
Quæ lac tabiarũ tã vtile reddãt fo.eo.
Deſcriptio tabiarum fo.eodem
Veſuuius mons fo.lxviij
Quæ in veſuuio ad aeris ſiccitatem cõpetant fo.eodem
Herbæ & frutices idonei fo.eodē
Lactis aſinæ vaccæ & capræ collatio.e.
Maximũ præcœptũ de lactis vſu fo.e.
Mel et ſal cur in lac inijciantur fo.eodē
De iuuene qui ex catarro ſanguinē reiecit fo.eodem
Larinx fo.eodem
Cur his qui ex peſtilentia laborarũt facile vlcus ſit curatum fo eodem
Deſcriptio peſtilentiæ fo.eodē
Ephelcis quid fo.eodem
Qui ex catarro ſãguinē reijciũt quomo

do tractandi fo.eodem
De ſplēdida rome muliere quæ ſāguinē reiecit fo.eodē
Curatio galeni fo.eodē
Theriacen quatuor mēſium ſōniferam eſſe & fluxiones ſiccare et leuiter craſſare fo.lxix
De iuuene qui ex refrigeratis ſpiritus inſtrumētis ſanguinē reiecerat fo.eo.
Curatio galeni fo eodem
Diaſpermaton galeni fo.eodem
Diaſpermaton quæ faciat fo.eodem
Eoꝝ quos phlegmone ſic occupauit vt febricitarēt null⁹ eſt pſanat⁹ fo.eodē
Qui diutius vixerunt fo.eodem
Qui inſanabiles ex his qui in pulmone vlcus habent & cur fo.eodem
Quid maxime idꝗ inter initia his cauendum. fo.eodem
Ne quid ex capite in pulmonē decidat triplex præſidium fo.eodem
Pilulæ galeni ad plures excremētorū purgandas ſpecies fo.eodem
De mittēdo his ſāguine præcœptū. f.e.
Tria eſſe quibus ſeruent qui deplorati non ſint fo.lxx
Vbi a minoribus incipiendum & vbi a maximis fo.eodem
In eraſiſtratū fo.eodem
In theſſalicos fo.eodem
Redit ad aliarū partiū vlcera fo lxxj
Ad vlcera in ſede & pene fo.eodē
De humido vlcere in glande male a quodā curato fo.eodē
Epulotica quæ fo.eodē
Medicamētū ex quarta cōbuſta ita alia valenter ſiccantia fo.eodem
Lythtargyros fo.eodē
Pompholyx fo.eodē


ANNOTATA IN SEXTO


Catagma fo.eodem
Spaſma fo.eodem
Vlcus fo.eodem
Ruptio fo.eodem
In theſſalum & eius ſectatores fo.eodē
Orditur a neruo puncto fo.lxxij
Vnde hoīs natura rationali medicō deprehendatur fo.eodem
Enhæma fo.eodem
In theſſalios fo.eodem
Quis medicus fo.eodem
Theſſalij cuiuſdē curatio fo.eodē
Qua ratiocinatione puncti nerui curationē inuenerit galenus fo.eodem
Curatio fo.eodem
A quā calidā vulneratis neruis aduerſiſſimam fo.lxxiij
Neruorum ſubſtantia vnde fo.eodē
Cur oleo calente ad neruum punctum vnde fo.eodem
Sabinū oleum tenuiſſimum fo.eodē
In medicamētis pūcti nerui q̄ ſeruāda.e
Medicamēta q̄bus vſus ē galenus fo.e
Præcedere debere remedioꝝ p methodū inuētionē deinde hanc experiētia confirmare fo.eodem
Sordium craſſitudo fo.eodē
Mellis craſſitudo fo.eodem
Iam dicta medicamenta ab ipſo galeno inuenta fo.eodem
De quodam qui a theſſalijs medicis factus eſt putris fo.eodem
Humida pinea fo.eodē
Strobilina fo.eodem
Cuiuſmodi eſſe nerui puncti medicamētum debeat fo.lxxiiij
Solū eū medicamētis recte vti poſſe q certa methodo curet fo.eodem
De quodā qui dieuphorbiu non recte fuerat vſus fo.eodem
De neruo ceſim vulnerato fo.eodē

De ceſo ꝑ directum neruo fo.lxxiiij
Curandi nerui gñalis ſcopus fo.eodẽ
Metalica eluẽda eẽ ſi roſione carebũt.e.
Acris mordenſq; medicamẽtoꝝ humor eluendo detrahitur fo.eodẽ
Iuuenis quidã phũs ex vulnere nerui curatus fo.eodem
Quod vulneratũ neruũ cõtiget frigidũ ne ſit fo.lxxv
Muſculos voluntarij motus inſtrumẽta eſſe fo.eodem
Cuiuſmodi nerui vulnꝰ oleo non profundatur fo.eodem
Phalernũ dulce & fuluum fo.eodẽ
Aquã & relaxans cataplaſma in nerui vulnere ſemper fugienda fo.eodem
Diacalchyteos fo.eodem
In theſſalum fo.eodem
De neruo ꝑ tranſuerſũ vulnerato fo.eo.
Curatio fo.eodem
De neruo contuſo vna cum cute cõtuſa et exulcerata fo.eodem
Semel viſum a galeno fo.eodẽ
Athletarum cataplaſma ſi dolor cũ contuſione ſit fo.eodem
Si totus neruus præciſus fo.eodem
De neruis ligamentis ſiue copulis vel ſyndeſmis fo.eodem
De ſyndeſmo qui ab oſſe ad os ꝑmeat vulnerato fo.lxxvj
De abdomine vulnerato fo. eodem
Abdominis diſſectio fo.eodem
Epigaſtrium fo.eodem
Peritoneon fo.eodem
Verum peritoneon fo.eodem
Cur parua abdominis vulnera tr̃ctatu ſint difficilia fo.eodem
Quæ ĩ abdñe vulnerato ordĩe agẽda.e.
Si vulnꝰ adeo ſit paruũ & inteſtinũ adeo inflatũ remitti nõ poſſit fo.eodẽ
Inflationis curatio fo.lxxvij
Scalprum aptũ ad inciſionẽ fo.eodem
Syryngotoma fo.eodem
Situs idoneus fo.eodem
Repoſitio inteſtinorũ fo.eodem
Suendi abdominis ratio id eſt gaſtroraphia fo.eodem
Suturarum interuallum fo.eodem
Fili ratio fo.eodem
Qua diſtantia acus ab oris vlceris ſit inijcienda fo.eodem
Alia ſuendi abdominis ratio fo.eodem
Tertia ratio fo.eodem
Qualia eſſe medicamẽta oportet fo.eo.
Deligatio fo.eodem
Quarta ꝑs curatiõis ĩ gaſtroraphia .e.
Si quid inteſtini ſit vulneratũ fo.eodẽ
Inteſtinorũ quæ facile ſanent̃ quæ difficulter quæ non ſanentur fo.eodem
Cur ieiunũ vulneratũ nõ ſanet̃ fo.eodẽ
De ventriculo vulnerato legendus hippocrates fo.lxxviij
De omẽto cum procidit contra methodicos fo.eodem
Omẽti ꝓcidentis curatio galeni fo.eo.
De oſſiũ cõtinuitatis ſolutiõe fo.eodẽ
Catagma fo.eodem
Apagma fo.eodem
Fractura fo.eodem
Fractura ſchizacedon facta fo.eodẽ
Fractura raphanidon facta fo.eodẽ
Prolixitatis excuſatio fo.lxxix
Poete dictum fo.eodem
Fracturæ curãdæ vera methodꝰ fo.eodẽ
Quorũ fracta oſſa coaleſcere nõ poſſũt et quorum poſſunt fo.eodem
Quæ deinceps inquirenda fo.eodem
De fractura q̃ ꝑ trãſuerſũ eſt facta fo.eo
Antitaſis fo.eodẽ
Secundus ſcopus fo.eodem
Deligandũ os fractũ eſſe fo.lxxx
Deligaturæ modus fo.eodem

Quibus faſcia lata & quibus anguſta vtilis fo.eodem
Deligationũ numerus fo.eodem
Succos ꝑ certam deligationẽ et expelli a partibꝰ poſſe et ĩ eas cõpelli fo.eo.
Deligatura vitari phlegmonẽ fo.eodẽ
In oſſe ſiĺe qddã phlegmõæ ĩcidere.e.
Sphacelos quid fo.eodem
Duplex p̄ma deligatura fo.eodem
Cur ſplenia adhibeat hippocrates f.ie.
Ceratũ humidũ cur adhibitũ fo. eodẽ
Repoſitiõis figurã ad duo directã eẽ.e.
Figura partis in oſſium retractione & coaptatione & deligatione & repoſitione fo.lxxxj
Liber de muſculorum motibꝰ fo.eodẽ
Quãdo ſoluenda deligatio fo.eodem
Pruritus remedium fo.eodem
Quãdo ferulæ circũponẽdæ fo.eodem
Poros fo.eodem
Solutionis interuallum fo.eodem
Perfuſionis modus fo.eodem
Si humiditas poro q̃ gignẽdo obſtat.e.
Quid minima perfuſio efficiat & quid plurima fo.eodem
Arctatio faſciarũ in expulſione & renutritione fo.eodem
De victus ratione fo.eodem
Victus poro gignẽdo aptus fo.eodẽ
De magnitudine pori fo.eodem
Qua ratione porꝰ vel augeri vel minui poſſit fo.eodẽ
De longis fracturis fo.lxxxij
De multifariam cõfractis fo.eodẽ
De gloſſocomio fo.eodẽ
Aptiſſimus laqueus fo.eodem
Aliud glottocomion fo.eodẽ
De reliquis fracturis ad hippocratem remittit lectorem fo.eodem
De cycliſcis phacotis & anguſtis ſcalpellis fo.eodem
Cyſcliſci fo.eodem
Phacoti fo.eodem
Cephalica vnde cõponãtur fo.eodẽ
Quid medici ægris ad carnis ꝓductionem præſtent fo.lxxxiij
Terebelle quæ mergi nõ poſſit abaptiſta græcis dictæ fo.eodẽ
Chynicides fo.eodem
Phacoti vſus fo.eodem
Eggiſomata camaroles fo.eodẽ
Oltagra fo.eodem
Chirurgia fo.eodẽ
Quantum excidendum fo.eodem
Cur fractã caluariã excidere cogimur.e.
Cur os a latere capitis nõ exciderit galenus fo.lxxxiiij
Neruos aliquos ex lateribꝰ capitis ortũ habere nullos ex ſup̄nis fo.eodẽ
Poſtq̃ forata eſt caluaria q̃ præcipue ratio ineunda fo.eodem
Meges ſidonius fo.eodem
Iſis fo.eodem
Eudemus fo.eodem
De auditorij meatꝰ ſita et natura fo.eo.

## ANNOTATA IN SEPTIMO

Quid in tertio, quarto, quinto, ſextoq́ egerit fo.lxxxv
Nemo præter hippocratẽ cõtinuitatis ſolutionẽ methodo curauit fo.lxxxv
Primus morbus fo.lxxxv
Actiões ex ſiĺaribꝰ p̄cipue ꝓuenire.eo.
In Eraſiſtratum. fo.eodem
Quid Eraſiſtratꝰ phelmonẽ cenſeat.eo.
Qui idem cũ hippocrate de elementis, ſenſerunt fo.lxxxvj
Ingenuitas galeni in libri de elemẽtis inſcriptione fo.eodem
Gñalis curatio morbi ĩ ſimilaribꝰ.eo.
Specialẽ curationẽ ex duobus genere

conſtare fo.eodem
Vnde medicaměta petěda. fo.eodem
Vnde victus fo.eodem
Ars medica q̃ micratechne fo.eodem
Quemadmodũ imbecillũ vẽtrem præceptores Galeni curarũt fo.eodem
Epithemata fo.eodem
phœnigmos quid fo.lxxxvij
Quinti curatio fo.eodem
Galeni curatio fo.eodẽ
Ad calidum ventrem fo.eodem
Frigidæ præparatio fo.eodem
Melca fo.eodem
Aphrogola fo.eodem
Ad frigidũ ventrem fo.eodem
Phalernũ & ſurrentinũ maxime calefacere fo.eodem
Ad humidã intemperiem fo.eodem
Ad ſiccam ventris intẽperiẽ fo.eodem
Maraſmus fo.eodem
De male curato quodam fo.eodem
Galenũ diſſidijs medicorꝝ, cõfuſum, ad mõſtratiuã ſe methodũ contuliſſe.eo.
Imbecillitatũ vẽtris curatio fo.eodem
Collatio fo.eodem
Siccitatem prorſus cõſummatã inſanabilem eſſe, & quæ ea ſit fo.eodẽ
Quadruplex ſiccitas fo.eodẽ
Auſterorũ vſũ oĩbus ſiccitatib⁹ aduerſum eſſe fo.lxxxvij
Curatio ſiccati ab auſteris fo.eodẽ
Exemplum fo.eodem
Quæ ex iucũdorum iniucũdorũq; cõtaſtu ſuccedant fo.lxxxviij
Euryphõ herodot⁹ & ꝑdic⁹ ex mamillis lac ſugendum cenſebãt fo.eodẽ
Dicterium. fo.eodem
Cur aſininũ lac his cõmodũ fo.eodem
Optimi mellis notæ fo.eodẽ
Viſioſi mellis notæ fo.eodem
Optimi lactis notæ fo.eodem
Aſinæ præparatio fo.eodem
Concocti iam cibi notæ fo.lxxxix
Ex calefactione q̃ fieri cernãtur fo.eo.
Vbi implere & vbi digerere quatenus calefaciẽdum ſit fo.eodem
Cur vngendum fo.eodem
Quod i ſũmo nutriat id glutinoſũ craſſumq; ſuccũ omnino gignere fo.eodẽ
Cur ſuilla propoſitis nõ ſit ex vſu.f.e.
Nec qđ maxime nutriat nec qđ facillimũ ſit cõcoctu ꝓpoſitis cõuenire. eo.
De vini qualitate & quãtitate fo.eodẽ
Aquoſũ vinũ quod fo.xc
Oligophoron quod fo.eodem
Nobile vinũ quod fo.eodem
Aquæ vitia fo.eodem
Dictorum vinorũ virtutẽ aquæ vitijs eſſe contrarias fo.eodem
Poſionis menſura fo.eodẽ
Ciborum menſura fo.eodem
Quẽadmodũ ſicut de ventre ꝓpoſitũ eſt ſic corpus totũ afficiatur fo.eodem
Renutritoria refectoriaq; vict⁹ ratio, quã analepticen vocant fo.eodem
Heſternũ facilius cõcoquit, q̃ recẽter iugulatum fo.eodem
Cur valentius alimentũ veſperi ſit exhibendum fo.cxj
Non eſſe poſt cenam illico bibẽdũ.eo.
Conualeſcẽtiũ victus ratio ei⁹ q̃ ſanorꝝ & eius q̃ ægrorũ media fo.xcj
Variã victus rationẽ veteribus fuiſſe in vſu fo.eodem
Ad ea reducẽdũ queq; quib⁹ aſſueuit.e.
Cõſuetudinẽ ad medicamẽtorꝝ victuſq; inuẽtionẽ, magnã vim habere fo.eodẽ
Naturarũ ꝓprietates inſpiciẽdæ fo.eo.
Diuerſæ naturarũ ꝓprietates fo.eodẽ
Redit ad ſiccã intemperiem fo.eodẽ
De ſiccitate ſolidarum fo.eodẽ
Collatio ſiccitatũ in varijs ptib⁹ fo.eo.

Curatio gñalis quatuor ſiccitatū f.xcij
Quarta ſiccitas vt frigiditas potius cu-ratur:q̄ vt ſiccitas fo.xcij
Permanere ſiccitatem nō mutata calidi-tate vel frigiditate nō poſſe fo.eodē
Siccitatis cum frigiditate non magna, curatio fo.eodem
Cur Galen⁹ difficillimæ ſiccitatis cura tionē deſcribendam ſuſcepit fo.eodē
Siccitatis ſuperius poſitæ cum frigidi-tate curatio fo.eodem
Omnē cibū calidū exhibendū fo.eodē
Aſſidue vngendum fo.eodē
Purpura Tyria fo.eodem
Vitium medicoꝝ tpe Galeni fo.eodem
Stryphna fo.eodē
Siccitatis cū mlta frigiditate curatio.e.
Tutiores materiæ fo eodē
Mel deſpumatū frigido ventri vtiliſſi-mū, calido inimiciſſimū fo.eodē
Vinū propoſitis idoneum fo.xciij
Amara ſiccant fo.eodem
Picatorū medicamētum fo.eodem
Atrophuntes fo.eodem
Naturalem ventriculi calorē augendū & quibus augeatur fo.eodem
Puellus accubans fo.eodem
Catelli pingues fo.eodem
Calida fomēta ꝑpoſitis nō cōuenire.e.
De ventris itēperie multū ſicca nō mul tum calida fo.eodem
Quadragenarius qui ſicco & calido vē tre laborabat fo.eodem
De alio q ſimili morbo laborabat f.eo.
Curatio eius fo.eodem
Particula valēter i ambab⁹ qualitatib⁹ mutata oēm ei⁹ actionē pire fo.xciiij
De intemperie in qua ſuperat calor cū humiditate mediocri fo.eodem
De calida intemperie cum mediocri ſic citate fo.eodem
De humida intemperie fo.eodem
Erroris occaſio fo.eodem
Humidæ intemperiæ remedia fo.eodē
Humidæ intemperiei cū frigiditate.eo.
Anacephaleoſis fo.xciiij
Quæ peſſimæ intemperies fo.eodē
De intēperantijs cū humore fo.eodē
Si humor in ſinu vētriculi ſit cōtēt⁹. eo.
Ne pars q̄ cōfluāt recipiat duplici ra-tione caueri fo.eodem
Inueſtigatio eius qđ tranſmittit fo.eo.
Spontaneæ excretiones variæ fo. xcv
Catarri fo.eodem
Coryzæ fo.eodem
Fluxionū curatio fo.eodem
Vitioſi ſucci quē ventris tunicæ imbibe runt curatio fo.eodem
Tunicaꝝ vētris pharmaca quouſq; p-tingere liceat fo.eodem
Specialia remedia fo.xcv
Aloæ elota & nō elota qd poſſit. f.eo.
Compoſitio hieræ picræ fo.eodē
Vtilius vtendum picra ſicca & cum a-qua fo.eodem
Modus picræ fo.eodē.
De picra cū melle et ſine melle fo.eodē
Si lenta pituita vētriculo affigitur f.eo
Modus ptiſſanæ et mulſæ cū pro vomi tione ſumūtur fo.xcv
Mulſa i qua incoctū apſinthiū ſit fo.eo.
Quomodo ibecilla actio tū ad hoc op⁹ tū ad ſanitatē pertineat fo.eodē
Varias eſſe ventris affectū complexio-nes fo.xcvi
Method⁹ de cōplicatis affectibus repe tita fo.eodem
Duplex magnitudo fo.eodem
Roſio ſyncopen et ſud ores acceríēs.e.
Ordinem curationis aliquādo vni affe ctui nocere, aliquādo nulli fo.xcvj.
De indicatione cōducētiū varia fo.eo.

Primæ cōducentiū indicatio fo.xcvj
Secūda.tertia.quarta.quita fo.xcvj
Min⁹ periclitari eos q cognato naturæ ſuæ morbo laborent fo.xcvij
Vbi indicatio quæ a ptis officio vt cois eſt ſumitur locū habet fo eodem
Quarū ptiū neceſſariū eſt op⁹ fo.eodē
Quarū etiā cōe opus fo.xcvij
Quaten⁹ cerebri opus neceſſariū ſit.e.
Quorū actio nō eſt ſed miniſterium ad vitam neceſſarium fo.eodē
Officiorū cordis cerebri iocinoris & ventriculi collatio fo.eodē
Quæ ptes virtutē reliqs ſuppeditēt.e.
Indicationē a figura modū vacuādi docere fo. eodem
Variæ ptes quæ mō vacuātur fo. eodē
Catoterica fo.eodem
Indicatio a ſitu quid doceat fo.eodē
Quid ptis ſocietas docuerit fo.eodē
Situs quarūdā partiū fo.xcvij
Iecur per aluū & vomitū purgari, vnde intellectum fo.eodem
Quæ acuti hebetis ve ſenſus ſunt quæ medicamēta ferant fo.xcvij.

## ANNOTATA IN OCTAVO

Febris quid fo.xcviij
Cur alibi de febriū differētijs egerit.e.
Differentiæ febriū primæ fo.eodem
Hectica ſecunda fo.eodem
Prima febris indicatio fo.xcviij
Secunda febris indicatio fo.eodē
Quæ neceſſaria febrē curanti fo.eodē
In qb⁹ meatuū ſtipatio febri excitat.e.
Atmodes fo.xcviij
Quæ cōtraria fo.xcix
De meatuū ſtipatione fo.eodem
De eo qui in abulis eſt lauat⁹ fo.eodē
Narratio in capite repetita fo.xcix
Abula fo.eodem
Locus galeni ex paraproſdocia fo.eo.
Ex diatritariorꝫ præcœptis q̄tum mali interim ſuccedat fo.eodem
Sincope folio.C.
Calidæ et ſiccæ intēperiei notæ fo.eo.
Hippocratē ꝓpoſiti intēperamēti vict⁹ formulā et ſymptomata docere fo.eo.
Picrocholi fo.eodem
Refrigeratio iteri ex cibi exhibitiōe.e.
Qualia eſſe debeant ꝓpoſiti intēperamenti nutrimēta folio.C
Medicamētoſū nutrimentū fo.eodē
Picrocholos nō optime cōcoq̄re fo.C
Triplex cōcoctio fo.eodem
Ptiſſanæ cremor picrocholis apt⁹ eo.
Ptiſſanæ vires fo.cj
Triplex excremētū halituoſū humidū & ſiccum fo.eodem
Nullum excrementum a ptiſſana remorari fo.eodem
Quæ tria excremēta retineant fo.cj
Quod aſtringat ſolo guſtu dephēdi.e.
Ptiſſanā deterſoriā vim habere fo.cj
Cibi picrocholis idonei fo.eodem
Aues idonæ fo.eodem
Excremētoſa eſſe quæ exercitatione careant fo.eodem
Lacuſtria et paluſtria excremētoſa eē.e
Cur vetula et recens edita fugiēda.f. e.
Quæ cutim ſtipent fo.eodē
Varia aſtrictæ cutis exempla fo.eodē
Oleum hiſpanum fo.eodem
Exempla cutim ſiccantium fo.eodē
Xerotribia fo.eodem
Proſpectricis & medicatricis medicine coia præcepta fo.cij
Alia picrocholorū coia cōſilia fo.cij
Sanatio picrocholorꝫ cū febricitāt eo.
Curatio omniū cois fo.eodem
Aſtrictā habentiū cutim ꝓpria fo.cij

Virtus robur ĩ ſtrictiõe lauatione et talibus attẽdendum fo.cij
Refrigerandi oleo ratio eodem
Ex frigore febricitãtis curatio ꝓpria.e
Si cũ grauedĩe et diſtillatiõe febricitet.
Non quouis tempore lauandos febricitãtes eſſe eodem
Victus oĩm iã cõphẽſorũ cois eodem
Exuſtoꝝ et q ex ira febricitant ꝓpriꝰ.e
Eorũ qui ex vigilijs triſtitia & curis febricitãt ꝓpriꝰ quale vinũ his dãdũ.e
Frigidæ potionẽ picrocholis magnopere conuenire fo.eodem
Frigidã auerſãtibꝰ quõ ſuadẽdũ fo.ciij
Cur diatriti vocabulo vtatur eodem
Sententiæ hippocratis interꝑtatio eo.
Quibuſdã naturis vtilem eſſe tridui inediam fo.ciiij
Duplicẽ ex magna obſtructione oriri febrem poſſe eodem
Putredinis ſignũ in pulſu eodem
Cruditatis ſignũ in vrinis eodem
Curatio tranſpirationis ĩpeditæ eodẽ
Magnitudo obſtructionis vnde diſcernatur eodem
Poſt vacuationẽ detergendũ vel nutrimẽto vel medicamẽto eſſe eodem
Quõ ꝓpoſitus in balneo tractãdꝰ f.cv
Quæ extrinſecus detergeant eodem
Quæ moderatiſſime detergeant eodem
Quæ magis eodem
Quæ poſt balneum exibenda eodem
De diarijs a cruditate eodem
Peſſima cruditas eodem
De nidoroſa fumoſaq; cruditate fo.cv
Si aluꝰ his ꝓfluit curatio eodem
Prouidẽtia eoꝝ q̃ circa vẽtriculũ eo.
Os vẽtris ſtomachũ abuſiue vocari.e
Si os ventris ĩbecillũ ſit eodem
Bñ calida eſto q̃ ſtomachũ applicẽt e.
Vnguẽta in duplici vaſe calefaciẽda.e
Ceratum poſitis accõmodum fo.cvj
Si ventriculus intus vritur eodem
Cibatio ꝓpoſitorum ſi aluus fluit.eodẽ
Si fluxus ſiſtitur eodem
Si appetentia ſit deiecta eodem
Si vẽter omnino aſtringit̃ q̃d agẽdũ.e
Roſionis curatio eodem
Flatus curatio eodem
Semina quæ flatũ diſcutiant eodem
Crudi in acidũ mutationẽ raro ĩ picrocholis incidere eodem
Fumidũ vaporẽ ex tarda cõcoct. aut acida crudita non prouenire fo.cvij
Veriſſima ſnia de ijs qui ĩ ſophiſmatis cõſeneſcunt eodem
Diatritarij quõdã ꝑ iocũ dicti eodem
Logiari, qui eodem
De calido et humido tẽperamento eo.
Putridinoſi habitus eodem
Curatio diariarũ in calidis et humidis naturis fo.cviij
Quomodo his balneũ proſit eodem
De acquiſito habitu eodem
Exemplum acquiſiti habitꝰ generãdi.e
Collatio tẽperamentorũ ad febres eo.
Collatio ad inediam in febribus tolerandam eodem
Victus diuerſitas in temperamentis frigidis eodem
De victu ratione tẽperamẽti theoria.e
Duplicem in ſanorum victu proponi finem eodem
Naturã cõſuetis gaudere fo.cix
Hippo. eodem
Quando intemperamentis naturis cõtrario intemperiei ſue victu vtẽdum & quando ſimili eodem
Cois cibãdi ratio in omnibꝰ cõtrarijs indicationibus eodem
Exercitatio in cõi methodo ꝑ exẽpla.e
Duo pro exemplo propoſiti fo.cix

Quæ a propoſitis indicatiões fo.cix
Quæ a priore eodem
Quæ a ſecundo eodem
Quid maxime in cõtrarijs indicationibus ſit ſpectandũ eodem
Duplex indicãtiũ magnitudo eodem
Medicũ debere exercitatum ac natura prudentem eſſe fo.cx
Hectice & diarie collatio eodem

## ANNOTATA IN NONO

Tria febrium genera eodem
Diarias in putreſcẽtes et hecticas tranſire poſſe eodem
In trãſitu a diarijs in putres vel hecti. tertium genus exiſtere eodem
De tertio genere eodem
Tertij generis indicium eodem
Stipatio corporum vnde fo.cxj
Obſtructiones vnde eodem
Sinachos ex diariaꝝ natura eodem
Cur febres ſynochi dicantur eodem
Duplex ſynochorũ natura eodem
Prior ſynochorũ ſpecies eodem
Duplex pſeuerantiæ febris cauſa eodẽ
Triplex in ſynochis differẽtia eodem
Secũda ſynochorũ ſpecies eodem
Cõmunia vtriuſq; ſpeciei eodem
Neutrã ſynochon in gracili & frigido corpore incidere ſolere eodem
Pulſus ſynochis laborantiũ fo.cxij
Putreſcentis ſynochi ꝓpria eodem
Duo adoleſcẽtes ꝑ exẽplo poſiti eodẽ
Potiora exẽpla eẽ quæ ipſe qs viderit qualibus gale.vtitur eodem
Galenus quõ ad medicinã venerit eo.
Paleſtræ perit⁹ quomodo curat⁹ eodẽ
Detraxionẽ ſãguis vſq; lipothymiã maximũ eẽ ſynochorũ remediũ eodem
Quæ acta poſt ſãguis miſſionẽ fo.cxiij
Serui curatio eodem
Variæ cõtinuarũ rationes eodem
Qui ſynocho ex ſola obſtructiõe laborãt ſãguine miſſo i putreſcẽtẽ nõ icidũt.
Si ætas aut vires ſanguinẽ ad lipothymiã non patiuntur eodem
Propoſitos omnino ſanguinis miſſiõe curandos eodem
De qua abundãtia ſit hic ſermo eodem
Cur feſtinãdũ in his ad ſanguinẽ detrahendum fo.cxiiij
Vbi ſãguis nõ mittiť q̃ icidat difficultas
In his febrib⁹ nõ nũero dieꝝ ſed robori viriũ ꝑ ſãguie mittẽdo attẽdẽdũ.eo
De frigida exhibenda eodem
Frigidæ itẽpeſtiue datæ icõmoda, i qb⁹ conſiſtant eodem
Quæ in febri cũ itẽpeſtiue dať faciat.eo
Quibus frigida danda non eſt eodem
Si cõcoctionis apparẽt notæ quid adhuc æſtimãdum eodem
Eriſepelas potu frigidæ ſanari eodem
Qñ i duab⁹ ſynochis frigida exibẽda.
Solidarũ natura roborata qd faciat eo.
Ipſã caloris copiã cõtra frigidæ noxã quaſi munimen eſſe eodem
Quibus naturis frigidæ potio parum tuta folio.cxv
Hecticis nec gelidã nec mľtã exhibẽdã
Ad ſectionẽ venæ æſtimãda eẽ tũ q̃ præceſſerũt tũ quæ ſequẽtur eodem
Quæ naturæ ſãguis miſſionẽ recuſẽt eo
Qui ſint ad ſuccos digerẽdos parati . e
Quis ſanguis miſſionẽ poſtulet eo.
Quẽadmodum ſermo a diarijs venerit ad continuas eodem
Reuertitur ad methodũ eodem
Ad artis cuiuſq; ſciam et gñalẽ methodũ et exercitationẽ i pticularib⁹ reqri.
De viriũ indicatione fo.cxv
In eos qui virtutis indicationẽ cõferre

ad curationē negabant fo.cxv
Omnium medicandi īdicationū explicatio fo.cxvj
Quæ in proximo libro dixerit eodem
Tres facultates aīal gubernare f.cxvij
Quālibet triū virtutū amiſſa neceſſe eſſe reliquas perire eodem
Intēpeſtiue miſſi ſāguis incōmoda eo.
Virtutē aliqñ ex ijs quæ veluti in perniciem ei⁹ fiant iuuari eodem
De corruptione humorum eodem
Vbi cū corruptione humorū virt⁹ imbecilla eſt quid agendum. fo.cxviij
Sanguinē reddi inutilē bifariā eodem
In quibus miſſio ſāguinis vt vacuatio vtilis ſit eodem
In quibus aliter vtilis eodem
Vnum eſſe quod a virtute indicetur ſicut a reliquis omnibus eodem
Quibus rebus ſeruetur virtus f.cxviij
Maxima dignitas īdicatiōis a virtue.e
Secūdæ dig.indicationis ab affectu. eo
Quæ ſine mora obeūda eodem
Quæ aliqñ obeūda nō ſūt aliqñ paulati
Indicatō a virtute quō ſit pria et quō ñ.
Tres eē medicatorias īdicatiōes gñales
Non eſſe plura indicationū gña ꝙ tria ab ipa reꝝ ſubſtātia intelligi fo.cix
Ambiens aliqñ ex morbi remedijs eſt, aliquando ex morbi cauſis fo.cxix
Quod ambiens ferat vitari nō poſſe.e
Præparatio domus eodem
Curatorias īdicatiōes ad vnā reduci.e
Reſolutio vni⁹ in particulares eodem
Tempamētorum cognitio vñ ſit īueniēda fo.cxx
Vita hoc loco ex quib⁹ cōſiſtat eodem
Præſens tēperamētū ex ante acta vita aliquādo cognoſci eodem
Qual' ſit tēpamēti cognitio ex notis eo.
Præcipuā tēp eramēti cognitionem ex cōſuetudine præſtari fo.cxx
Cōſuetudinē cuiuſqꝫ corpis naturā oñ
Aliqas cōſuetudies nō facile (dere.cxx
p experientiam dephendi eodem
Conſuetudines īteruenīēte natura morbi indicare fo.cxxj
Aetatē interuētu tēperamēti eodē
De corpoꝶ diuerſitate diligēter ſignāda
Frigida & ſicca cōſtanti ſubſtātia eſſe. e
Humida & calida facillime reſolui eo.
Citra calorē nō poſſe ſolui ī halitū corpus vllum eodem
Humidū eſſe ad reſoluendū habile eo.
Puerorū ſubſtātiā facile digeri eodem
Pueros nō ægere vacuatione eodem
Qđ tps maxime corp⁹ digerat eodem
Solutiōis cōtinui nomē a galēo īditū.e
Artis cōſtituendæ methodus a platone data quæ fo.cxxj

## ANNOTATA IN DECIMO

Vbi febris et cauſæ cōtrariæ ſūt īdicationes tria ſtati ab īitio æſtimēda.cxxij
Cauſæ plerūqꝫ maioreqꝫ eſſe vim eodē
Tria prima eſſe quæ ī ꝓpoſitis febrib⁹ indicationes preſtēt eodem
Ordo agendorū eodem
Repetita mentio de diarijs eodem
A diarijs ad pluriū dierū febres trāſiri trifariam eodem
In qbus diarijs effectrix cauſa deſijt. e
In quibus manet eodem
Quæ faciant ſtipulationem eodem
Ipſū febris principiū aliquādo ſtipulationē efficere fo.cxxiij
Cur febres diariæ nominentur eodem
Diariaꝶ nō eē vnū affectū ſed variū. e
A qb⁹ diarijs īſeparabilis ſit ſtipatio.e
Cū plurimū eſt cōiūcta & cū aliquādo eſt, aliquando non eodem

Duas eſſe cauſas cur diarie aliquando diutius trahant fo.cxxiij
Quæ febris diariaꝝ et polyemeroꝝ ſit cõmunis eodem
Diariaꝝ anacephaleoſis eodem
Duplex ſtipatio eodem
Generalis curatio eodem
Virtutis æſtimatio reſp ectu vacuationũ
Raro ĩbecillas eſſe vires in primo vel ſecũdo die eodem
Aegri a pmo die ĩbecilli diſcriptio. eo.
Optim⁹ bilioſo ſtomacho cib⁹ f.cxxiiij
Cõualeſcẽtes ex leui cã febricitare xxv
Rõ cur aliq ĩ pncipio febris ſit cibãdi
Qui halit⁹ horrorẽ rigos et febrem excitare poſſint. fo.cxxv
Quãdo excitetur cõcuſſio eodem
Quando horror eodem
Qñ vlceroſis ſẽſus vel tñ inæqlitas .e
Cibationis in varijs principij tẽporibus, varia euenta eodem
Horrore finito et febri ĩcepta, nõ eẽ cibandum ante inclinationẽ fo.cxxvj
Ex quib⁹ diſcernatur putredo eodem
Tẽpus ãni in ſtatu cæli aliqñ itellegi.eo
Hippocratẽ q̃ et maxime neceſſaria ſint et ignorata ſubinde repetere eodem
Mulierũ ex triſticia & vigilijs a pncipio hectica febricitans eodem
Alter hectica laborans eodem
Iuuenis qui in feruoribus ex ira febricitauit fo.eodem
Vbi cibare ſit vtile & vbi nõ f.cxxvij
Duo eſſe pro cibatiõe ſpectanda eodẽ
Si phlegmone cũ tali corpe & febri ſit cõiũcta quod diſcrimen eodem
Diſcriminis cauſa fo.cxxvij
Diatritarioꝝ cibãdi formula eodem
Repetitio cibationis eodem
Galenũ phlegmonẽ habẽtib⁹ aliqñ frigidam exhibuiſſe eodem
Curatio ꝓuiſionẽ agnitionẽq; ſequit̃ e.
Quo loco ĩponẽda refrigerẽtia.cxxviij
Cur febris phlegmõas ſeq̃t̃ fo.cxxviij
Cuiuſmõi ſit phlegmones natura eodẽ
Humores ĩ vaſis citra phlegmonen dupliciter putreſcere eodem
Duplex refrigerantiũ humectãtiumq; materia fo.cxxviij
Refrigeratiõis et hũectatiõis collatio.
Sex refrigerãtis humectantiſq; materiæ differentiæ deinceps tractatæ.eodem
Frigidiſſimo aere quomõ ſit vtẽdũ eo.
Maius eſſe cõmodũ ex frigida ĩſpirata q̃ malum ex cute denſata eodem
Quæ p aerẽ frigidũ refrigerent̃ & quæ per cõmeſta & bibita eodem
Cois oim ptiũ refrigeratio fo.cxxviij
Agnitio hecticæ in ſepto f.cxxix
Niſi corde ſiſr affecto nullum genus febriũ cõſiſtere eodem
De ijs quæ extrinſecus applicata refrigerent & humectent eodem
Acetũ ad mixtã caliditatẽ habere eo.
Humectãs ac refrigerãs ſimpliciſſimũ
Optima cera quæ fo.eodem
Humidi cerati formula fo.cxxix
Refrigerãs medicamẽtũ quotiẽs renouabitur fo.eodem
Siplex roſaceũ cuiuſmõi ſit galẽo.cxxx
Cui potiſſimũ loco iã dicta medicamenta ſint applicanda eodem
Experiẽtia galeni de applicatis pharmacis fo.eodem
De balenis eodem
Cur propriæ cuiuſq; morbi indicationes ignorentur. eodem
Febriũ oim qua febres ſint, ꝓpriũ remediũ refrigerationẽ eſſe eodem
Quæ p ſe refrigerẽt & q̃ ex accidẽti eo.
Balneũ vtroq; modo refrigerare eodẽ
Balnei partes folio.eodem

Cur nec in febrilis ſignificatiōis prin-
cipio nec incremēto qſq̃ lauit f.cxxx
Qui facile horreſcāt & quādo f.cxxxj
Ratio cur horreant fo.eodem
De his q balneū ingreſſi nō horrēt eo.
Nō horrentib⁹ q̃ ex balneo ꝓueniāt.e.
Collatio prouenientiū ex balneo.fo.e.
Fuſio ſuccorū ex balneo vbi noxia eo.
Noxę fuſionis ſuccorū fo.eodem
Quæ calidis & ſiccis affectibus ex bal-
nei partib⁹ ꝓueniāt fo.cxxxj
Sūmatim quid ex balneis ꝓueniat. eo.
Cur hectica laborantib⁹ periculoſa ſit
frigida fo.cxxxij
Hectica febricitantes et maraſmodes
nō eē i frigidā totos conijciēdos eo.
Nec ſubſtātiā frigidæ nec itegrā ei⁹ qua
litatē ad viſcera ꝓuenire eē vtile. eo.
Hectica febricitātes ex balneo niſi etiā
i frigidā ſint miſſi, non iuuari. fo.eo.
Qui plāe maraſmo laborat nō ſanabit.
Duplex maraſmus fo.eodem
Qui frigida nō mergēdi ſed perfūdēdi
Queādmodū æger balneo ſn (f.cxxxiij
labore vtat cū tota rōne vtendi f.eo.
Mediæ domus tēperies fo.eo.
Vbi oleo profundēdus fo.eo.
Aer cuiuſq; domus qualis fo.cxxxiij
De nutrimēti facultate fo.eodē
Alicæ cōditura ſimiliter ptiſſanæ f.eo.
Sub qua frigiditate hæc exhibēda f.eo.
Qñ aſininū lac dandum fo.eodem
Ne lac in vētre cogatur fo.eodem
A melle & mulſa in hecticis febribus
abſtinendum fo.eodem
Corrupti lactis in vētre, nota cxxxiiij
Hectica laborātes frigidiora quā tātū
graciles poſtulare fo.eodem
Hectica tantū laborantes quō i balneo
lauandi fo.eodem
Frigidæ temperatura fo.cxxxiiij
Maraſmus qd primum quid ſecūdo, &
quid tertio cōſumat fo.eodem
Siplices ac pmæq; ptes ex qb⁹ cōſiſtāt
Carnoſā partē in diuerſis ptib⁹ diuerſa
Quæ proprie caro dicatur fo.cxxxiiij
Cuiuſq; partis moles vnde maxime ſit
conflata fo.eodem
Quæ ſubſtātia pire et regigni poſſit &
quæ non fo.eodem
Colliquātiū febriū et maraſmodū n col
Quoꝝ febres ardētes in maraſ (latio.e
modes tranſeunt fo.eodem
Gñal colliquātiū febriū curatio.cxxxv
Mulſam in colliquātib⁹ vitādā eodem

## ANNOTATA IN VNDECIMO

Eorū q coīa febriū ſunt magnā partem
in præcedētibus traditam eodem
Quod remediū auxiliū ve dicit & vlti
mā primā ſanitatis cām eſſe fo.xxxv
Ars & artifex quō ſanitatis cauſæ eo.
Phlebotomia alia ex cauſis morbi ali-
as auxilium. fo.cxxxvi
Fortunā artē et artificē materiæ interuē
tu agere eodem
Naturā ex tribus conſtare eodem
Solidarū quātitatē parē manere et quō
Carnoſæ ſubſtātiæ quātitatē variare e.
Sps ſbām fere quolibet momēto variari
Virt⁹ vel i trib⁹ iā dictis vel tēpamēto.
Temperamētū duplex eodem
Curationem dupliciter dici eodem
Duplex prophylactice fo.cxxxvj
Si qua res idicās ꝑtermittat curationē
claudicare eodem
Virium indicatio generalis fo.cxxxvij
Virium indicatiōes ſpeciales eodem
Spiritus cuſtodia vnde eodem
Cuſtodia ſolidarū vnde fo.eodē
Carnoſæ partis cuſtodia vnde eodem

Optimã horũ tẽperiẽ ſẽp eẽ ſeruãdã.e.
Quæ optima non ſit qñ ſeruanda eſt & quãdo alterari poſſit fo.cxxxvij
Mẽſure auxiliorũ ĩdicationẽ ex pſenti temperamento dari fo.eodem
Dignitas ĩdicãtiũ vnde ſit iudicãda.e.
Magnitudo indicantis duplex fo.eodẽ
Maxima maxieq; pncipalia vaſa q.e.
Loca putredinis vñ febris oriat q. eo.
De putredine q vel i maximis vaſis vel in omnibus ſit fo.eodem
Quæ corpora putreſcant fo.cxxxvij
Fines vaſorum vnde ſtipent fo.eodem
Quæ ſuccos extrorſũ pcipitẽt fo.eodẽ
Methodus ſanationis harꝫ febriũ f.eo.
Quæ a viribus in propoſita febri indicentur fo.cxxxviij
Nutrimenti quantitas vnde fo.eodem
Nutrimẽti qualitas vnde fo.eodem
Nutriendi tẽpus in ſynochis fo.eodẽ
Frigidã propoſitis exhibendã fo.eodẽ
Continuarum cũ diarijs & inter ſe collatio fo.eodem
Summa dicendorum de febribus a putredine fo.eodem
Febrium quæ ex putredine oriãtur differentiæ fo.eodem
Quæ de ſingulis differentijs ſint dicenda fo.cxxxviij
De putredine fo.eodem
Principiũ inueniendæ curationis ipſã rei naturam fo.cxxxix
Putredo quid fo.eodem
Naturalis caloris cõſeruatio vnde.eo.
Vacuationes putredinis quæ fo.eodẽ
De ſecũdo in diuiſione fo.eodem
Putredinis quæ in toto ſit corpore, vacuatio fo.eodem
Vomitio nõ puocanda niſi humor os ventris petat fo.eodem
Quæ apta vacuationis materia fo.eo.
Totum corpus quãdo rare faciendũ & quo medicamento fo.cxxxix
Vinũ qñ exhibeat & quid faciat fo.eo.
Dulcis aq balneũ quid faciat & quo tẽpore exhibendum fo.eodem
In cõtinuis febribus nec vino nec balneo nec corpus rare faciẽtib9 vtẽdũ.e
Febris putredis & effectricis cauſæ cũ hæc ad eſt difficilẽ eſſe collationẽ f.e.
Virtutem ad morbos curandos aliquãdo neceſſariam fo.cxl
In quibus vim cõcoctricẽ reqram9 eo.
Vbi frigida exhibenda fo.eodem
Qñ frigidæ natatione vtendũ fo.eodẽ
Quando lauatio vini potio & vnctio rarefaciens apta fo.cxl
Qui frigido ambiẽte vehemẽter vrunt eos in præcepiti eſſe fo.eodẽ
In his q deplorati ſũt nõ eẽ infamanda remedia fo.eodem
Hippocratis pceptũ cõtraria cõtrariorũ eſſe remedia nũq ſubuerti fo.cxl
Si putredo ex obſtructione cum redũdantia in toto fo.eodem
Obſtructio morbus inſtrumẽtalis.eo.
Reſolutiue methodi clariſſimũ fo.cxl
Quid vltimũ reſoluendo eſt inuẽtum; id primũ peragendũ fo.eodẽ
Curatio ab vltimo inuẽto incipiẽs.eo.
Vltimũ in curatio febris ipſa fo.cxlj
Si quid curationẽ interpellet fo.eodẽ
Si ſyncope ex ſtomacho interuenit ac cibus & vinum cum frigida intempeſtiue eſt dandum fo.cxlj
Mulſæ noxa fo.eodem
Oxymelitos noxæ fo.eodem
Quod vehementer proſit citra vllam noxã difficile inueniri & cur fo.eo.
Contrarioꝝ cõtraria remedia eſſe perpetuo verum eſſe fo.eodem
Sanationẽ ipſoꝝ eſſe affectũ hanc vero

ſymptōmatū ſequi fo.cxlj
In ſymptōmatis quoq; verū eſſe cōtrariorū contraria remedia eſſe fo.cxli
Actiones & earū offenſas nō ſubſiſtere ſed fieri ſiue geri fo.cxlj
Cauēdū ve fallamur noībus fo.cxlij
Pro diſcernēdis cōtrarijs pceptū fo.e.
Exercet in cōtrarijs inueniendis fo.e.
Cōtrarietatē i corpoꝝ tum q̄litate tum q̄ntitate inueniri fo.cxlij
Quæ ariſtoteli cōtraria & q̄ oppoſita.e
Quæ hippocrati et platoni fo.cxlij
Repetitio generū i his febrib⁹ cauſarū morborū & ſymptōmatum fo.cxlii
Quid ſingulæ cauſæ indicent. fo.cxlij
Galenū primum glutinoſo deterſiuum oppoſuiſſe fo.eodem
Rō cur deterſiuū glutinoſo opponat.e
Inſtrumentalis morbi idicatiões et oppoſitiones cxliij
Synochon bene habiti corporis calentis ætatis propriam eſſe fo.eodē
Si ſynochos in puero ante quartūdecimum fo.eodem
Si puer quartūdecimū exceſſerit.f.eo.
De mēſura mittendi in his febribus ſāguinis fo.eodem
Si triginta annorum ſit cui ſanguis mittendus fo.eodem
Cur aliqd ſāguinis reſeruari in his febribus debeat fo.eodē
Quale & quantum eſſe debeat i his febribus nutrimentum fo.eodem
De cataplaſmatis et perfuſionibus.eo.
Methodicorū victus ratio fo.eodem
Vict⁹ ex quib⁹ maxime cōſtet f.cxliiij
Cataplaſma & pfuſiones præcordioꝝ quibus noxia fo.eodem
Diuites q̄ pauperes a qbuſdā medicis magis lædi et cur fo.cxliiij
In omnib⁹ a putredine febrib⁹ vtiliter venam incidi fo.eodem
Medij corporis pruidentia vbi magis minus ve noxia fo.eodem
Qui medij corporis puidētia reqrāt.e.
Queadmodum ſit prouidendū fo.cxlv
Relaxantia quid faciant fo.eodē
Aſtringētia i pncipijs dupl'r cōducere
Qn̄ tempeſtiua relaxatio fo.eodem
In qb⁹ pcipue ſit aſtrigētib⁹ vtēdū et cur
Quādo in iocinere et vētricl'o aſtringētibus vtendum fo.eodem
Ex iocineris & vētriculi iꝓſpera cōcoctione, duplicē prouenire noxā. fo.eo.
In oī febri pſpiciendū eſſe cōcoctioni
Nōnl'los ex ignorātia ſua lucrū facere
Ventriculus et iecur quo pfūdēt f.cxlv
Duplex vis apſinthij fo.eodē
Ponticū apſinthium, quod fo.eodem
Amarā q̄litatē aſtringēti viā facere eo.
Myrtinum aptū nō eſſe & cur fo.eo.
Cataplaſma quale eſſe debeat fo. eodē
Si amara ſil' & aſtrigētia nō ſint f.cxlvj
Medic⁹ q ex iocinoris phlegmōe laborabat
Vbi aſtringētiū relaxantiū ve aut acriū plus imiſcendum fo.eodem
Quib⁹ ptib⁹ aſtringētia miſcēda nō ſūt
De renibus & pectore fo.eodem
De liene quando aſtringendus.fo.eodē
In quacunq; pte humor putreſcat q̄ obſeruāda fo.eodem
Si calor laborātis ptis mult⁹ nō ſit ſed magnitudo notabiliter aucta fo.cxlvj
Qn̄ galen⁹ et lauet et relaxantib⁹ cataplaſmatis vtatur fo.eodē
In quib⁹ pticulis aſtringētia cataplaſmatis imiſceat. fo.eodem
Qn̄ in pulmonis phlegmone cucurbita vtendum fo.cxlvij
In phlegmone mēbranarū cerebri quādo cucurbitulis vtendū fo.eodem
Vt reprimētiū vis alte deſcendat fo.eo

Vbi caſtoreo ad phlegmōas vtamur.e.
Galenū ſingularū pticularū ꝑprios mea
tus fluxiles reddere ſolere fo.cxlvij
Qui ſingulis partib⁹ reſpondeāt eodē
Quēadmodū ſingulis meatib⁹ fluxibili
tas cōparetur fo.cxlvij
In balneo per febres adhibendo trib⁹
eſſe attendendum fo.eodem
Cōmoda balnei vbi alid nihil obſtat.e
Si iferioris notę ptiū aliq ſint iualidę.e
Superuacua in partes imbecillas ſolere
confluere fo.cxlviij
Ex moderato calore prouenire duo eo.
Imbecilla pars quenā ſit intelligēda. e.
Partē phlegmone aut putredie affectā
ſuperflua ꝑpter calorē attrahere. eo.
Cauēdū his frigidū ſoliū et cur f. xlviij
Qñ balneis & cataplaſmatis relaxanti-
bus vtendum fo.eodem
Qñ oportune in febribus cibetur f.eo.
Magis noxium a minus noxio vnde di
ſcernatur fo.eodem
Si phlegmonē i vētriculo aut iocinore
hñtes añ acceſſionē cibēt qd accidat.e.
In ſūmi vigoris moreq̧ notāda fo.eo.
In pncipij more q notāda fo.cxlviij

ANNOTATA IN DVODECIMO

Tres eē pmas ſymptωmatū differētias
Quæ ſymptωmata curā medici (f.cxlix
ad ſe trahūt et quæ non fo.eodem
Qñ ſymptωmata curationē iterpellēt.e
Que vires lædant fo.cxlix
Si labāt vires nō tantum ſūt vehemen-
ter reſolutæ fo.eodem
Si virtus iam reſoluta fo.eodem
Qñ cōtra ſymptωma inſtāt & quando
contra morbum fo.eodem
Quiqgenari⁹ medic⁹ q ſibi venā icidit
Medicos cōtra dolorē dupl'r iſtare.e.
Dyſentericorū curatio violenta fo.cl
Eius q ex arte cōtra morbū gnoſe iſtat
terminus fo.eodem
Eius qui dolorē mitigat terminus non
prætereūdus fo.eodem
In ſoporiferis anodynis dupliciter er-
rare medicos fo.eodem
Quib⁹ galen⁹ ſōnifera anodyna exibuit
Soporiferorū diſcrimē quoddā fo.eo.
Soporifera oia annotina vtiliora eē. e.
Phylonion q̄diu ſit vtile fo.eodem
Soporiferorū vſū eorū eſſe q aduerſus
ſymptωma pugnāt fo.eodem
Quæ ſil' et affectū ſanēt & dolorē ſedāt
Nutrimētū aliqñ et affectū ſanare et ſyn
copen ꝓhibere fo.eodem
De his q ex copia crudorū cū ſtomachi
offenſione febricitant fo.clj
Digerentis olei cōpoſitio fo.eodē
Mulſam his idoneam fo.eodem
Mulſam dūtaxat cibandū fo.eodem
Somni & vigiliæ modum in his eſſe tē-
perandum fo.clj
Sōnū cōcoquere vigilias digerere eo.
Si pulſ⁹ his pu⁹ ſit et vehemēt ieq̄lis.e.
Si pulſus mediocri magnitudine fo.eo.
Si aluus cōmode nō deijciat fo. eodem
Si immodice deijciat fo.eodem
Si pulſus ſubito ad ibecillitatē ineq̄lita
tē vel paruitatē mutentur fo.eodē
Si cū eiuſmodi pulſu phlegmone in vē
triculo vel iocinore ſit fo.eodem
Qñ cataplaſmatis ꝑfuſionib⁹ vtēdū eo.
Quādiu i hac febri aq̄ mulſa vtēdū.f.clij
Si crudi ſucci ſit et corrupti ſic vt per co
qui nequeant fo.eodem
Si æger mulſam faſtidiat fo.eodem
Acetū his nō incōmodū fo.clij
Qñ oxymeli his dandum fo.eodem
Frigidiorū ſuccorū notæ fo.eodem
Horū pulſus tardiores rarioreſq̧ eſſe

Duplici ratione cōphēdit fo.clij
Oxymeli qñ frigidū & qñ calidū exhibendum folio eodē
Quod balneum & aer nimium calidus frigidusve ſint his aduerſa fo.eodē
Quomodo a nimiū calidis lædāt. eodē
Quomodo a nimiū frigidis eodem
Si qs ad ſyncope iā vexatos ē accit⁹.e.
Quib⁹ frigida potio exhibēda eſt clij
Quod vinum oib⁹ ſyncope vexatis ſit vtile folio eodem
Electio vini fo.eodem
Amara pre vetuſtate vina ne ſūto.eod
Quæ vina his comodiſſima quorꝝ ſtomacus amara bili vexat eodem
Duplex phalernum fo.cliij
Quæ in græcia & aſia ad digeſtionem in corpus ſint aptiſſima eodem
Noxia vina eē qb⁹ admixtū mare ē.eo.
Quæ vina aquoſæ ſint ſubſtantiæ eodē
Quæ craſſa ſunt vina eodem
Quæ vina his q ſyncope ex crudis laborant ſint fugienda. fo.cliij
Quæ his offerenda eodem
Nullū albū vinū calidū eodem
Calidiſſima vinorꝝ flaua eſſe eodē
Auſtera vina eodem
Vina digeſtionē i corp⁹ aptiſſima. eo.
Si imbecillū ægro caput ſit eodem
Oia fulua & odora caput grauare eo.
Auſtera vina ventrē roborare, nec caput tentare folio eodem
Auſtera vina atq̧ etiā aquam in ſyncope fugienda eſſe fo.eodem
Si deeſt vinū accōmodū in vtraq̧ ſyncope q̄ eligenda. fo.eodem
Aquoſi vini & fului collatio eodem
Quæ maxime vrinas moueāt fo.cliiij
Fuluorꝝ craſſorꝝ cū auſteris collatio.e.
Item cum tenuibus. fo.eodem
Spūs ſubſtātia cū ſolidis queādmodū i morbis cuſtodienda fo.cliiij
Vacuatio alteratiove ſpūs qñ ad hanc artem ſpectent. eodem
Aīalis ſpūs fons & vñ alat fo.eodem
Vitalis ſpūs fons vbi et vnde alat. eo.
Si qs naturalis ſit ſpūs i quo cōtieat.e.
Viriū lapſ⁹ ex ſolidis digerēdis vñ. e.
Lapſ⁹ viriū ex tēpie ſolidorꝝ mutata.e.
Alteratio in ſpū vñ ꝓueniat eodem
Eſſentiæ ſpūs corruptio ex quib⁹ proueniat. fo.eodem
Qui affect⁹ ſpm̄ corrumpat. fo.eodem
In qb⁹ aīa p ſe mouet & in quibus corpus mouet fo.eodem
Si ſpūs ſubſtātia pl⁹ iuſto tenuet. clv.
Si corpus nimis rarum fo.eodē
Ad robur viriū tuēdū ciborꝝ potionūq̧ habendam rationem eodē
Aeris quē ſpirādo attrahim⁹ quæ ratio habenda. folio.eodem
Ad robur viriū & ne ſyncope incidat ſingulare preſidium fo.eodem
Vētriculi os ꝓpter exquiſitum ſenſum ſyncopē accerſere fo.clv.
Si crudorꝝ abūdātia & mltitudie vires ꝑmat & meat⁹ inſenſiles obſtruat quę incōmoda fo.eodem
Qñ crudorꝝ copia ſyncopen afferat & qñ lipopſychiam folio. eodem
Quō & qb⁹ hi nutriendi eodem
Quod vinū ab initio his idoneū eodē
Qui ſic febricitant quotidie acceſſionem hr̄e, & quo diei tp̄e. eodem
De his q ex nimiū tenuib⁹ ſuccis ſyncope vrgent. eodē
Collatio horꝝ cum predictis. eodem
Si qs iſtos ab initio curandos ſucceſſerit. folio.eodem
Qñ ꝓpoſiti inſanabiles et cur.eodem
Quib⁹ occaſiōib⁹ mortifera in his facies appareat. fo.clv

Si talis facies cũ aliq̃ ex occaſioĩbꝰ.clv
Si abſq; occaſionũ aliqua eodem
Digeſtionẽ ſpirituũ dupl̃r his accede-
re.folio clvj
Curatõis ſũma.eo. Special̃ curatio.e.
Quis aer,q̃ vnctões,q̃ cibi his apti. e.
Albũ ouoꝝ ægre concoqui eodem
Quod vinũ his vtile eodem
Quando caro danda eodem
Si æger ſyncope iã dephenſus eſt. eod̃
Si nõdũ ſyncope præmit̃ fo.clvj
Quatuor reliquæ occaſiões quibꝰ ſyn-
cope ſuccedunt eodem
Pricipioꝝ intẽperiẽ duplicẽ eẽ eodẽ
De doloribus eodem
De doloꝝ gñatione ſũmatim eodẽ
A naturalibꝰ noticijs q̃ oĩbꝰ ſſ cões.e.
Aſclepiadis opinio eo.
Mutationẽ q̃ dolorẽ afferret confertim
fieri & violẽtã debere eodẽ
Methodos quid folio.clvij
Cuiuſmodi ſit q cõtinuitatẽ diuidat. e.
Ruptio cõtuſio & eroſio vnde eodẽ
Vbi vehemẽs dolor q̃ æſtimãda.eodem
Medendi methodũ ad affectꝰ agnitio-
nem nõnũq̃ cõferre eodẽ
Alius colicus. eodẽ.
Nõ eẽ in quoq; affectu q̃les in pleoriti
de vl̃ dyſẽteria,notas reqrẽdas.clviij
Si ſanguinis abũdãtia diſtẽdat. clviij
Si æger ſanguis miſſionẽ timeat vel i-
becillis ſit fo.eodem
Signum eodem
Si ex flatuoſo ſpũ dolor ſit excitatus cu
ratio eodẽ
Si rodens humor affligit fo.clviij
Soporifera anodyna minus hos q̃ ali-
os lædere fo.eodem
Quibꝰ alieniſſima ſint torporẽ inducẽ-
Si cũ craſſis ſuccis cõiũctꝰ (tia.eo.
alituoſus ſpũs ſit eodẽ
Dupl̃r cũ craſſis adiũgi talẽ habitũ. e.
Quibꝰ potiſſimũ incidat talis affectus
et quando. eodem
Doloris ex frigido humore in mediis
inteſtinis incluſi curatio. fo.clix
Agreſtis qdã colicus allio curatꝰ. eod̃
Alliũ flatũ diſcutit,nec ſitim infert.eod̃
Alliũ agreſtiũ theriacen eſſe eodẽ
Quibꝰ vehemẽs inteſtinoꝝ dolor ſine
febri eſt quæ vtilia eodem
Quibꝰ eiuſmodi dolor cũ febri, quid
agendum. eodem
Oculoꝝ & auriũ doloris ĩ febre ſeda-
Medicamẽtũ qd̃ ex caſtoreo (tio.eo.
ſit qbꝰ vtile eodem
Collyria dyopiu ocl̃oꝝ maximos do-
lores remittere eodem
Colliriorum diopiu noxa. eodem
Noxæ dictoꝝ collirioꝝ correctio.eod̃
Doloris q ex flatuoſo ſpũ eſt excitatus
propria curatio folio.clx
De cucurbita cũ flãma copioſa eodẽ
Qui a cucurbita ſtatĩ pſ anẽt,& qbꝰ re
deat dolor. eodem
Curatio doloris ex flatu cũ hũore.eo.
Aliquos a ꝓpoſita curatione cruciari,
& poſtea vitreũ humorẽ excernere.e.
De dolore q extenui & acri hũore ex-
citat̃ q ẽt cõuulſionẽ aliqñ accerſit. e.
De iuuene q ꝑrugioſũ hũorẽ vomuit.e.
Ptiſſana ſine roſione deterget. eodẽ
De his q ex ſiccitate nimia diſtendũt̃,
et cruciantur. eodem.
Triplex cõuulſio curabilis. eodẽ.
Cõuulſionẽ q̃ ex neruoſarũ ꝑtiũ ſiccita
te oritur inſanabilẽ eſſe eodẽ

ANNOTATA IN DECI-
MOTERTIO.

Phlegmones deſcriptio fo.clxj
In oĩ phlegmone calidũ eẽ ſãguinẽ.eo.

Variæ opiniones de phlegmones cauſa. folio.clxj
Omnis morbi quæ adhuc in gignendo eſt, duplicem eſſe indicationē eodē
Oim q̃ in gñatione ſunt cõpoſitam eſſe curationem folio eodem
Quid ad medicum ſpectet, quid ad ſanitatis tutorem eodem
Cõis oim phlegmonarū gñatio eodē
Cõfluxus ſanguis duplex cã fo.clxj
Queãdmodū partes ſanguinē trahūt.e.
Cur phlegmone ex dolore contrahat cauſa. folio.eodem
Expultrix vis, qñ agat eodem
Varietas tumorꝝ ex eius quod cõfluxit natura oritur fo.clxij
Exempla. Craſſum humorē quodãmõ melancholicum eſſe fo.eodem
Lentus humor vnde eodem
Cum phlegmone in particula incipit, quæ conſyderanda eodem
Glandulas occaſione longinqui vlceriſ ſæpe intumeſcere eodem
Glandulas cū intumuerit bubones græce dici. fo.eodem
Curatio bubonis ex vlcere vbi corpꝰ eſt purum fo.clxij.
Duplex ſanguinis miſſio eodem
Phymatis in glandulis gñatio. eodem
Quando particula ipa quæ phlegmone laborat, ſacrificanda ſit eodem
Duplex cã corpus vacuandi eodem
Vbi phlegmones feruor ē remiſſꝰ. eo.
Qñ triticea farina dimittēda. fo.clxiij
Emmota quæ. Cur aduris cuiuſmõi emplaſtra ſunt, abſtinēdū fo.clxiij
Quibꝰ digerētibꝰ tūc ſit vtēdū. eodem
Obſeruãdus effectus digerētiū eodē
Si irritata ex digerentibus ægra pars eſt. folio eodem
Si puris copia, medicamēta ſupet. eo.
Vbi potiſſimū aperiēda ſuppuratio.e.
Quomõ poſt inciſionē medicandū. e.
Sectio myrtaceū foliū imitãs eodem
Quæ in vlcere ponenda fo.eodem
Error in epuloticorꝝ vſu fo.eodē
Qñ epuloticis vtendum eodem
Fluxionis cauſæ fo.clxiiij
Vñ calor particulæ accedat. eodē
Vnde dolor illi accedat folio eodē
Intemperies partis vnde eodem
Vbi totū corpus male affectum eſt, qd agendum fo.eodem
Plethore curatio fo.eodē
Cacochymie curatio fo.eodem
Si iã febricitet eger, qua vacuatiõe vtēdum. folio.eodem
Si nõ dū febricitet fo.eodem
Phlegmone laborantem partem nec eē exercitãdã nec fricandam. eodem
Ad partes maxime remotas auerſionē ſemp faciendam. fo.eodem
Si phlegmones initiū circa ſedē, veſicã colē renes mulieris ve pudendū ſit.e.
Propria de phlegmõe tractatio eodē
Vbi phlegmone & affectus ſimul curãtur. fo.eodem
Aſtringentia et refrigerãtia vacuare & vbi maxime eorꝝ vſus fo.eodem
Digerere qñ eſt tempeſtiuū eodem
Ex pūctu aialis morſuve doloris ſedatio duplex. folio. eodem
Quædam eē totis ſubſtãtiis inter ſe cõtraria. fo.clxv
Quorū methodus aliqua ſit, quorꝝ nõ ſit, ſed experientia. fo.eodē
In hoc ope ea tantū tradi q̃ methodo inueniantur fo.eodem
Cõem oim phlegmonarū curationem ꝓ laborante particula variari eodē
Indicatio a ſimilaribus et inſtrumentarijs quid præſtent fo.eodem

De inſtrumētaliū indicatione fo.clxv
Refrigeratōis ī phlegmōe q̄ cōmoda.e
Quadruplex vacuātiū gen⁹ eodē
Phlegmōes ī iocinore curatio. clxvj
Qn̄ pueris mittēd⁹ ſanguis eodē
Venæ electionem a laborāte ꝑticula indicari fo.eodem
Quā longiſſime eſſe a ꝑte fluxiōe petita aduertendum eodem
Venæ ſecādæ ꝓ partiū rōne electio.eo.
Quid ꝓ fluxiōe auertēda vīciēdū eo.
Refrigerare & aſtringere tū noxæ tum cōmodi occaſionē eſſe poſſe eod̄
Victū ꝓ ꝑtiū rōne variari fo.clxvij
Quātū in iocinore referat nutrimentorum differentia fo.eodem
Ex dulcib⁹ iecur et lienē ītumeſcere. e.
Quæ mordent, cur cauitatis iocinoris phlegmonas, q̄ gibbi magis irritēt.e.
Si in cauo iocinoris phlegmōe fit, ēt in venis meſenterij neceſſario eē eod̄
Iecur & lienis ad ſcirros oportuniſſima. fo.clxviij
Quibus melius ſit expientiæ credere, nihilq̄ ex ratiocinādo accipere eo.
Qui calculo vexent̄ eodem
Quib⁹ maxīe iecur lien & renes ſcirris laborent clxix
De indicatiōe q̄ a ꝑticulis fo.eodē
De iocinore phlegmone ēt cū nihil affluat, reprimētib⁹ vtēdū.& cur. eo.
Roboris tuendi indicatio, quaꝝ ꝑtiū ſit cōmunis eodem
Iocīoris & liēis īdicationū collatio.e.
A ſocietate q iudicent̄ eodem
Q uouſq̄ iniecta p clyſterē ꝑtigāt. eo.
Partē phlegmone obſeſſam niſi cutem circūdatā ſpiſſam hēat, ſaniem foras emittere. eodem
Pectoris ſpatiū p quā viā purget̄.clxx
Mediocria pectoris purgantia fo.eo.
Q uæ phlegmones ī ſūmo, & q̄ in alto corpe cōueniāt. fo.clxx
Cucurbita cur excogitata eodem
De medicamenti exhibendi natura.eo.
Quæ ſtomaticis miſcenda nō ſunt. eo.
Caput phreniticoꝝ oxyrhodino ībuēdum eodem
Capiti in lethargo applicari remedia. folio clxxj
Ex frigore, calore & humoris vitio q̄ ſequantur clxxj
Cōia & ꝓpria curationis phrenitidos & lethargi eodem
Vbi rurſus ī lethargo & phrenitide ad cōem curationē redit̄ eodem
De coronali cōmiſſura eodem
Queadmodū ocul⁹ tractādus.fo.clxxij
Cur oui albū oculis phlegmone laborantibus eodem
Lētū qd̄ roſiōe careat dolorē lenire. e.
Manere in loco debere: humidū quod dolorē ſedet eodem
Ophthalmica cuiuſmōi eē oporteat. e.
Roſionis oculoꝝ curatio eodem
Lauatio phlegmone oculoꝝ laborāti, quando vtilis eſt eodem
Diſtenſio quō curāda eodem
Humorum vel ſpiritus flatuoſi extenſionis curatio eodem
Cōe de digerētib⁹ ꝑceptum. eodē
Diutinæ ad ocl'os fluxiōis curatio.eo.
Quæ maxīe intēperies, fluxiōes ad caput mittāt eodem
Effluxiōis acris ex calida intēperie ortæ, curatio. folio eodē
Si cerebrū fluxiōes mittat fo.clxxiij
Si ex vaſoꝝ vitio ſit fluxio eodem
Quæ fluxio ægre curabilis eodē
Si calid⁹ ſanguis & vapoꝝ plen⁹ ad caput aſcendat curatio eodem
Quod vinculum arterijs & venis com

parandum. fo.clxxiij.

## A NNOTATIONES IN DECIMOQVARTO.

Eryſipelatis & phlegmones collatio. folio clxxiiij
Phlegmones & eryſipelatis eodem
Eryſipelatis curatio fo.clxxv
Refrigerantis materiæ exẽpla. eod
Si liuor occuparit quid agendũ. eo.
Oodematis pedũ in ĩtercute & phthoe et alijs vitijs curatio eodem
Oedematis ex pituitoſo humore ĩ particulam cõfluente eodem
Poſcæ temperatio eodem
Spongiæ ꝑparatio eodem
Diaglaucij, qbus vtile fo.eodem
De ſirroſis affectibus fo.clxxvj
Generatio taliũ, vnde fo.eodem
Pori in articularijs morbis, vñ. eo.
Calculoꝝ ĩ renib⁹ gñatio, vñ codẽ
Scirroſis affectib⁹, apta medicamenta, quæ. fo.eodem.
De partiũ indicationibus eodem
Tẽdonũ & ligamẽtoꝝ ſcirroſoꝝ, curatio fo.eodem
De aceti vſu in varijs ſcirroſis ꝑtib⁹.e.
Ligamẽta ſenſu carere fo.clxxvij
De inflationibus eodem
Medicamẽtũ qđ cõtuſos muſculos leniat, quale eſſe debeat. fo.clxxvij
Aceti lixiuij & vini collatio codẽ
De priapiſmo fo.clxxviij
Qñ halitus tranſpirat & qñ non codẽ
Vacuationum genera eodem
Cibi abſtinentiã ex accidẽti vacuare.e.
Cõe præceptũ fo.eodem
De lingua cuiuſdã tumefacta. clxxviij
In priapiſmo vomitoriis poti⁹, in linguæ vitio deiectoriis vtendũ codẽ.
De cancris. eodem
Nigra bilis quã aĩal guſtet fo.clxxix
Cur atre bilis ſuccũ acidũ & palidæ amarum veteres vocarint eodẽ
Vere atra bilis, quæ fo.eodẽ
Duplicẽ qbuſdã eſſe nigrã bilem. eo.
Oia vitia ĩ maioris minoriſq; rõne differentias habere eodem
Curationis indicatões ĩ cãcro eodẽ
Atre bilis vacuatoriũ fo.eodem
Poſt purgationẽ qd agẽdum eodem
Quid in principio & ſimul ĩpo purgationis tpe agendum eodem
Q uid poſt plenã, qd poſt mediocrẽ, agendum fo.eodem
Qualia digerẽtia adhibẽda eodẽ
In ſumma quod aptũ medicamẽ eo.
Si cãcrũ p chirurgiã ſanabis. f.clxxx.
De carbũculo fo.eodẽ
Fluxionem in cãcro, nec auerti poſſe nec debere. eodem
Panis purus et panis furfuraceus qd ĩ cathaplaſmate poſſint eodem
Sup ĩpm vlc⁹ qd imponendũ eodẽ
Quæ cõcoquãt & pus moueãt adhibenda non eſſe fo.eodem
Scarificatio adhibẽda & q̃lis eodẽ
De ſtrumis ſtrumarũ gñatio eodẽ
Duplices glandulæ eodẽ
Curatio prioꝝ glandularũ eodem
Partis ĩpi⁹ vna cũ vitio, duplex ſublatio. folio eodem
Quæ hoꝝ triplicẽ quæ duplicẽ, & quæ vnicã curationẽ admittãt. fo.clxxxj
De tumorib⁹ ꝑter naturã ſũmatim. eo.
Hypochyma mola qd ĩdicet eodem
Loci ĩ quo tumor eſt, ſi naturał ſit pars duplicẽ indicationẽ eẽ fo.clxxxj
In hypochymate duplex ĩdicatio. eo.
De hydrocelis & aſcitis eodem
De hernioſis.columella.varicibus po-

Iypo dente forato fo.clxxxj.
In columella quid agendum codẽ
Optimã curandi rationem tripliciter indicari. eodem
Vt tuto cures tria reſpicienda codẽ
Quid chirurgia in dictis vitiis deſtinet. fo.eodem
Quid medicamẽta in dictis vitiis deſtinẽt primũ.& qd ſecũdo.f.clxxxij.
De ijs quæ vel magnitudine vel numero deficiunt fo.eodem
Quibus natura deficit i his nec primũ nec ꝑpter ſe quod ſecũdum naturam ſit, expeti. folio eodem
Eorum qui nimiũ ſunt obeſi curatio. e.
Iuuenis nimium obeſus a galeno curatus. fo.clxxxiij
Digerentia medicamenta eodem
Qñ cibus exhibendus eodem
Prædicendum in hac curatione.eodem
Vina his q̃ fugienda quæ ve petẽda.eo.
Nimis extenuatoꝶ curatio. eodem
Quib⁹ corpus eſt extenuatum hi poſt cibum lauandi fo.eodem
Obſtructionẽ ꝓpoſitis timẽdã eodẽ
Calculum ex tali victu ſi diutin⁹ ſit gigni. folio eodẽ
Cur oĩbus calculus in renibus non gignatur. fo.eodem
Obſtructionis nota eodem
Partiũ quæ ægre reficiuntur ac pluſculũ ſunt refrigerata curatio codẽ
Eoꝶ quibus exiguum ꝑputij deeſt curatio. fo.eodem
Mediocriter aſtringẽtia fo.clxxxiiij
Pωri generatio. fo.eodem
Cicatricẽ cutem nõ eſſe fo.clxxxiiij
De aliis vitiis quæ cum ſupradictis habeant ſocietatem. eodem
Herpetis & Eriſipelatis differẽtia. eo.
Vlcerũ in ꝓfũditate dr̃ia, vñ. f.clxxxv
Curatio cõis & ꝓpria. fo.eodem
Herpetis curatio eodem
De nobili romana cui erat in malleolo herpes. fo.eodem
Cẽchria vñ dicta & quẽadmodũ oriat̃.e
Vlcera qñq; ſine totius cocochymia in partibus naſci fo.eodem
Reprimẽdi digerẽdi ve tp̃s eodem
Nõ eſſe reprimendum ſi multum ſit vitioſum ſuccum eodem.
Qui ſucci facile vacuent̃ eodem
Vacuatio in herpete fo.eodẽ
Acrochordonum & myrmeciaꝶ noua curatio fo.clxxxvj.
Quæ refici poſſunt quæ non eodẽ
Varia gñata cũ pri⁹ oio nõ eſſent. eo.
In qb⁹ amiſſio ꝑticulæ ẽ q̃vtil̃ fuerat.e.
Pili vnde fo.eodem
Corruptio piloꝶ et ſtirpiũ ad portionem vnde eodem
Notæ humoris fo.eodem
Humorẽ ex ꝑcedẽte victu noſci eodẽ
Cuiuſmodi digerẽtib⁹ vtẽdũ.clxxxvii
Cauẽda eẽ q̃ valẽter ſiccẽt eodem
Ptiloꝶ curatio eodem
Pterigiõ quõ a ſãitatis hitu alienũ. eo.
Pterigii curatio eodem
De chalazio hypopyis & hypochymate. fo.eodem
Hypopyoꝶ curatio iuſti eodem
Hypochymatis curatio eodẽ
Si pus in ocl̃is digerere placet eodẽ
Quo loco diuidẽda ceratoides eodẽ
Iris ſiue ſtephanos fo.eodem
Hypopyus trifariã curari. eodẽ
Quẽadmodũ aſcarides & elmynthes curentur. fo.eodem

FINIS INDICIS.

INVICTISSIMO ILLVSTRISSIMO QVE
# HENRICO OCTAVO
ANGLIAE REGI
DOMINO HIBERNIAE AC VVAL
LIAE CORNVBIAE QVE
PRINCIPI;
# THOMAS LINACRVS
MEDICVS SVVS
SALV. PLVR.
DIC.

ITerum iam maieſtatem tuam Henrice Regum clariſſi-
me cogor exorare, vt ex inclyti nominis tui p̃fatione
lucubrationibus meis fauoris aliquid cõciliem. Quas
em̃ ad te nunc affero tanto ꝓfecto magis q̃ priores pa-
trocinium tuum poſtulant: quãto fuere ſicut grauioris
operæ, ita vereor, ne ſupra vires meas. Affero em̃ nũc Galeni opus
in quo ille omnẽ quæ ꝓprie de medendo inſtituitur, rationem cõple
ctitur. Opus plane arduũ et quod ſiue id ob ſubtilitatẽ ſuã: ſiue proli
xitatẽ, mille iam annis nemo ſatis latine ne dicam ex tanti opis digni
tate vertere (quod ſciã) eſt aggreſſus: vt mihi plane dolenda ſtudio-
ſorũ ſors videatur, qui hactenus deſyderio eius partim barbaris qui
buſdam iiſdem qꝫ malefidei inuerſionibus, partim nudis rerum capi
tibus Arabum quorũdam arbitrio excerptis omniqꝫ non modo ratio
ne quæ reluctãtẽ lectorẽ ducere: ſed etiã q̃ heſitantẽ quoquo modo in-
hortari poſſit orbatis: incũbere ſunt coacti. Quod ip̃e mecũ identidẽ
reputans, tentandum pro virili exiſtimaui. Nũqd ip̃e præſtare poſ-
ſem, quo ſimul his melius conſulerem, ſimul cum duas medicinæ par
tis prioribus lucubrationibꝰ tibi dedicaſſem: nõ cõmitterem vt vel
tertiæ partis deſyderio officium in te meum claudicaret, vel cũ mul-
ti tibi pro ſeruata ſanitate et debeant & debituri ſint: nõ plurimi etiã
ſint qui redditam ſibi ſalutem tibi aliquando acceptam referãt. Itaqꝫ

quãq̃ magnitudo rei nõ nihil me merito deterruit, tamẽ quod quouis labore inſtantia ꝙ non longiſſimo ſaltem interuallo me aſſequi poſſe confidebam: detrectandum non cenſui. potiſſimũ cũ me magnopere cõſolaret, quod docti quoqꝫ homines primos noſtros conat⁹ veluti ꝙ præludia ſic approbarunt, vt ſicubi in his quæ nunc paraui vel tedio tam longi operis laſſus, vel difficultate alienis veſtigijs ſemper inſiſtendi victus, humano fortaſſe more laber: facile ſperem æquos lectores modo plura niteant, paucis quas ĩpe præſertim occupatus & ſubciſiuis temporibus iſta cudens, parum vbiqꝫ cauerim, non iri offenſum maculis. Quas alioqui ipſas, quo tuo nomine quæ afferimus, minus ſint indigna: non in his modo, verum in omnibus quæ ſcripſero prout vel ab amicis lectoribus admonebor, vel ipſe eas deprehendam in eo quod ſupereſt vitæ meæ ſtatui emaculare. Interim Rex clariſſime, ſines has quoqꝫ lucubrationes ſub tui nominis patrocinio commendatiores exire. præſertim cũ non tã a me tibi deſtinatæ ſint: q̃ plane debitæ. Vel quod (in qua natæ ſunt) aulæ tuæ veluti fætura ſint, vel quod tu quicquid vſq̃ laborum eſt meorum iure tibi vendices. Qui me tam munifice non victu modo ſtipẽdio ꝙ aliis: ſed etiam ampliſſimis munerib⁹ ornas. Et alioqui cui potius mea omnia aut debeantur, aut etiam dedicẽtur q̃ tibi, qui ſic meas quantũuis tenues lucubratiunculas æſtimare ſoleas? Cui potius medicus tuus hoc quo ſanitati tuæ conſuli poſſit, cõferam q̃ tibi? Cui ſatius litterarum ſtudioſus ipſe quicquid in his muſſito nuncupem q̃ tibi Regum omnium litteratiſſimo? cum certe non aliter eruditos viros ſic vt facis complectereris, niſi doctrinam eorum ĩpe probe ꝑſpiceret? Cui deniqꝫ Anglus ipſe aulicus ꝙ tuus niſi tibi & Regi meo, & principi indulgentiſſimo? Quo magis his cum tot nominibus tibi debita vel verius tua ſint: gratiam aliquam vel ex eo quod tibi omnino non diſplicent, parari patieris. Id futurum non dubito, ſi ea (quod dixi) ſub inclyti nominis tui præfatiõe veluti munita ĩ publicũ prodire ꝑmittas. Diu valeas viuaſqꝫ Regum decus.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS, THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

CVm et tu ſæpe alias chariſſime Hiero: et alij quidã amici me nunc hortentur, vt ſibi medendi methodũ mconſcribã: ego ſane tametſi tum vobis imprimis gratificari: tum vero poſteros nõ nihil pro virib⁹ iuuare ſtudens: ſemp tamen fateor cũctabar ac diſtuli multis de cauſis, quas nunc quoq; percõmode dicturus videor, priuſq̃ id quod petitis aggrediar. Sunt enim ad ea quæ poſt dicentur ſane non inutiles. Earum igitur omnium illa præcipua fuit, quod fruſtra me ſcripturum timebam. Cum nemo propedixerim, hac noſtra ætate veritatis inquiſitioni ſit deditus, ſed pecuniam, & ciuilem potentiam, et inexplebiles voluptatum delicias, omnes eouſq; ſuſpiciant: vt ſi quis ſapientiæ quoduis ſtudium ſectetur, pro inſano hunc habeant. Quippe qui primã ipſam & vere ſapientiã, quæ diuinarũ humarũq; rerũ eſt ſciẽtia, ne eſſe quidẽ omnino exiſtiment. Medicinã, Geometriã, Rhetoricen, Arithmeticẽ, Muſicen, ac reliquas id genus artes, eſſe quidẽ autument, cæterũ ad finem earũ ſtudio cõtendendũ minime cenſeãt. Me vero ex his qui me vnice diligere ſunt viſi, nõnulli ſæpe icrepãt quaſi plus iuſto veritatis ſtudio impẽdã, quaſiq; nec mihi ipſi vſui: nec ipſis ĩ tota vita ſim futurus. niſi & ab hoc tanto veritatis indagãdæ ſtudio deſiſtã. & mane ſalutãdo circũeã. & veſperi apud potẽtes cenẽ. His em̃ artibus tum amari: tum accerſi, tum vero ꝑ artificibus haberi. nequaq̃ ex iis quæ in propria ꝓfeſſione ſint conſecuti. Neq; enim eſſe qui de ea iudicent, vbi omnes totum diem diuerſis ſtudiis

Cur methodum Medendi ſcribere inſtituit, & ratio cur non factum ſit ſequitur.

Præcipua cauſa, cur tam diu diſtulit Methodum curandi

Quibus uerbis Galenum a ſtudijs detrahere conati ſunt

Vt reges ſubditis duces militibus imperant, ita Medici ægris imperare debent.



tranſigant. Mane quidem omnes ſalutationibus publice occupati. mox in alia munia diſtracti. Vtiq; ad forū & lites non exigua turba. ad ſaltationes, & aurigas alia maior. Iam vel aleæ vel amoribꝰ, vel balneis, vel ebrietati, vel cōmeſſationi, vel demum alicui corporis voluptati deditus: ſane nō exiguus numerus. Veſperi vero rurſum omnes ad ſympoſia publice collecti. Vbi poſtq̄ vino ſe impleuere: nō lyra, citharaue, aut aliud muſicum inſtrumentum circunfertur. quod ſicut olim in eiuſmodi congreſſu tetigiſſe honeſtum: ſic cōtra non contrectaſſe admodum erat turpe. Sed nec ſermones vlli habentur: quales in ſympoſiis agitari ſolere veteres prodiderūt, nec aliud honeſtum quicq̄. Imo inuicem ſibi propinant, & de magnitudine poculorum certant. vtpote inter quos optimus cenſetur, nō qui plurimis inſtrumentis muſicis, aut etiam ſermone philoſophico vti nouit: ſed q multos, eoſq; maximos calices exſiccauit. Adeo mihi mane etiamnum ebrii videntur ex his pleriq;. Nonnulli vero etiam tam plane vinum olere: q̄ ſi modo hauſiſſent. Eoq; fit, vt quoties ægrotare ceperint, medicos aduocent. non quidem optimos, vtpote quos per ſanitatem noſcere nunq̄ ſtuduerunt: ſed eos quos maxime familiares habent. quiq; ipſis maxime adulantur. Qui & frigidā dabunt, ſi hanc poſcent: & lauabunt cum iuſſerint, & niuem vinumq; porrigent. Poſtremo quicquid iubebitur mancipiorum ritu efficient. Contra plane q̄ veteres illi medici ab æſculapio oriundi, qui tanq̄ duces militibus, & reges ſubditis, imperare ægris voluerunt. Nequaq̄ vero Getarū, & Tibiorū, & Phrygū, & Thracum empticiorum ritu parere. atq; obſequi. Itaq; his nō qui melius artē callet: ſed qui adulari aptius nouit, magis in precio eſt. Huicq; plana omnia peruiaq; ſunt. huic ædium fores patent. hic breui efficitur diues, plurimumq; poteſt. huic diſcipuli formoſi a cubiculis, vbi iam fuerint exoleti traduntur. Atq; hoc Theſſalus ille cum animaduertit: non ſolum in aliis romæ diuitibus aſſentabatur: ſed etiā artem tradere ſex menſibus ſe promittens: complures diſcipulos breui comparauit. Si enim neq; Geometriæ, neq; Aſtronomiæ, neq; Dialetices, neq; Muſices, nec vllius deniq; bonarum diſciplinarum indigent, qui medici ſunt futuri, quēadmodum Theſſalus iſte promittit, nec etiam longam experientiam, & operum artis vſum deſyderant: cui non promptum ſit artem aggredi, ceu facile medico futuro? Atq; hinc adeo fit, vt etiam ſutores, & tinctores, & fabri tum materiarii, tum ferrarii proprio magiſterio relicto: in medicinæ artis munera inſiliant. Nā qui pictoribus & vnguentariis mixturas ſuas præparant, etiā de primo loco certant. Atq; ob hæc ipſe

Non qui artem calleat, sed qui adulari aptius novit, magis in precio est.

medendi methodum ſcribere ſum cunctatus. Quã vtiqꝫ & viri veteres inceperunt: & poſteri eorum perficere ſunt conati. Atqꝫ olim quidem non parua lis erat, eorũ qui in Co atqꝫ Cnido habitabant, vtri videlicet inuentorꝫ multitudine reliquos ſuperarent. Quippe geminum hoc genus Aſclepiadarum adhuc in Aſia ſupererat. deficiente nimirum quod in Rhodo viguerat. Certabant cũ his honeſtum illud certamẽ quod Heſiodus prædicabat, etiã medici qui Italiam incolebant Philiſtion, Empedocles, Pauſanias & horũ ſectatores, erantqꝫ tres hæ certantium inter ſe nobiliũ medicorꝫ ſcholæ. Plurimos ergo atqꝫ optimos diſcipulos Coæ fortuna contulit. Ab hoc Cnidiæ. Nec tamẽ in paruo habenda precio erat, & quæ in Italia noſcebatur. At horum nemo nec mane potentium fores ſalutaturus: nec veſperi cenaturus frequentabat. ſed ſicut Heſiodus cecinit. Nanqꝫ alium diuitem cernens cui deeſt quod agatur, Ipſe ſolum vertit tauris: & ſemina ponit. Ita illi inter ſe ꝑpetuo certabant nõ vtiqꝫ de aranda ſerendaue terra. Quippe quæ vt Aſclepiadarum genere inferiora: ſic Aſcreo poetæ erant non indecora. Sed de Apollinis, Aeſculapijqꝫ arte tum exercenda: tum vero ſemꝑ augẽda, ac pro viribus perficienda. Nunc vero honeſtum omne certamen intercidit, aut certe minimũ eius inter homines adhuc ſuperat. Regnat autem inhoneſtũ. nec eſt qui hoc auertat, aut opem malo ferat. De hac Heſiodus. Nec tibi perſuadeat lis deuitare laborem Dulce malũ alterius cui ſit. Hæc eñ lis (vt Heſiodo etiam diuinior poeta cecinit) Armatur primũ tenuis: ſed poſtea cœlo. Admouet ipſa caput, terris veſtigia figens. Huius litis ſtimulis agitatus Theſſalus Hippocratem ac reliquos Aſclepiadas maledictis inceſſit, ac totius terrarum orbis theatrũ in ſuis ipſius libris conſtituens: inibi iudicatur, vincitqꝫ. & contra omnem antiquitatẽ ipſe a ſe victor declaratur. Hæc facit tum in eo libro quem de cõmunitatibus ſcripſit: tum in ſyncreticis. Quin in reliquis quoqꝫ omnibus contumelioſus eſſe nõ deſiſtit. veluti in epiſtola quam ad Neronẽ mittit his ipſis inter initia verbis vſus. Cum nouam ſectam condiderim, & quæ ſola vera, ſit propterea quod qui ante me medici fuerunt omnes, nihil vtile prodiderunt, vel ad ſanitatem tuendam: vel morbos propulſandos. Pergens autem in opere, Hippocrates inquit noxia præcepta tradidit. Auſus eſt & aphoriſmis eius. i. ſententijs cũ ſummo dedecore contradicere. & cum oſtendat ſe in Hippocratica diſciplina nec a quoqꝫ inſtitutum: nec eius opera ſub preceptore legiſſe: tamen non veretur etiam talis cum ſit, palmam ſibi ipſi tribuere. Quo magis aliquæ eſſe meæ partes videntur. quãq̃ alias parum aſſueti impro-

Theſſalus.

bos acerbe taxare: aliquid tamē contra hunc ob veterum contumeliam dicere. Quid improbe quæ bona ſunt calumniari tentas. vt multitudini placeas? Cum liceret tibi in veritatis contemplatione excellere. ſi diligens eſſes, ac veritatis amator. Quid ita ruditatis auditoꝝ patrocinio abuteris, ad veterum blaſphemiam? Num paternæ artis ſocios impudentiſſime Theſſale iudices medicorum ſtatues? Iſtis ſcilicet iudicibus vinces proculdubio, ſiue quid contra Hippocratē: ſiue contra Dioclem, ſiue contra Praxagorā, ſiue contra reliquos veteres dixeris. Quin potius viros antiquos, dialecticos, ſcientes, qui verū falſumq; diſcernere ſunt periti, qui conſequens ac repugnans diſtinguere, qui demonſtrandi methodum a pueris ſunt meditati, hos inq̄ iudices in cōſeſſum introducito. his ſedentibus aude quippiam Hippocratē accuſare. his pronunciaturis aggredere ſceleſta illa tua, barbaraq; voce contra Hippocratē primum illud differere, nō oportere de hominis natura curioſum eſſe? Deinde ſi quis hoc donet: male illum de ea inquiſiuiſſe. ac falſo omnia præcepiſſe. Ergo quis iudex erit? Nū plato quando huic ſaltem iniurius eſſe minime es auſus. Ego vero ne diſcipulos quidē eius refugiam. Non Speuſippū, non zenocratem, Ariſtotelis vero vel rogem iudicium ſubeas, & cū eo Theophraſti. optem vtiq; & zenonē, & Chryſippum, & eoꝝ qui hos ſectantur quelibet, iudicem eligas. Horum nemo vir audaciſſime Hippocratis de natura hominis ſcita damnauit. Quæ tu mihi nec legiſſe vnq̄ videris: nec ſi legiſti intellexiſſe. certe ſi intellexiſti: iudicare de iis minime gentium potuiſſe. vt qui ſub patre male lanas carpente in gyneceo ſis altus. Nec eñ putes nos vel egregium genus tuū: vel clarā doctrinam latere. nec Hippocrati & reliquis veteribus in ſurdo theatro maledicas. Sed qui ſis, & vnde venias, quo genere ortus, qua educatione vſus, qua diſciplina imbutus, prius oſtende. atq; ita dic alicubi iſta. Verum illud prius vir audaciſſime monitus: nō eſſe cuiuis in vlla bene inſtituta ciuitate conceſſum publice dicere. Sed ſi quis vir clarus eſt qui genus poſſit, & educationē. tum vero eruditionē concionatore dignā oſtendere: huic dicere permittunt leges. Tu cū nihil hoꝝ oſtēdere habeas, audes tamē homo ſordidiſſime Hippocratē accuſare. faciſq; ī nugacib⁹ libellis tuis græcos ſedere iudices. fers autē ipſe ſentētiā nec illoꝝ expectas. & palmā tibi ipſi das. modo de omnib⁹ medicis: modo de omnib⁹ græcis. Hec enim inſignis audatia ſapiētiſſimi ſcilicet Theſſali eſt, oēs ſe medicos viciſſe. Sed ſe ipſo litigatore, ſeipſo agonotheta, ſe ipſo iudice. poſt hos etiā reliquos græcos in certamē prouocaſſe, Rhetoras, Geo-

metras, Grãmaticos, Aſtronomos, Philoſophos, Inter quos conſtitutũ, ac lanifici elocutiõe vſum: cenſuiſſe ſe omniũ primum eſſe. Q uippe medicinã reliquas oẽs artes præcellere, ſe vero medicos oẽs ſuperaſſe. qđ vnũ forte fortuna recte collegit. Si enim medicina eſt omniũ artiũ preſtãtiſſima. In ea vero Theſſalus primas partes optinet: vtiq; omniũ hominũ ita ſit prim⁹. Ac Socratẽ & Lycurgũ præcellat, cæteroſq; oẽs quos Pythius, vel vt viros bonos: vel vt ſapientes, vel vt muſa℞ miniſtros, vel vt Iouis famulos, vel deniq; vt alio quolibet munere dijs gratos, laudauit. Agedum igitur Theſſalo hymnos de cætero oẽs cãtent, ſcribãtq; victoriæ carmina. Tũ publicũ orbis theatrũ conſtituatur. accedito q; aliquis q canat eũ q in textrina ſit altus viciſſe Demoſthenẽ, Lyſiam, & reliquos rhetoras. ſuperaſſe Platonẽ, Socratẽ, & cæteros philoſophos. Palmã eripuiſſe Lycurgo, Soloni, & alijs legiſlatorib⁹. victorem deniq; totius hominũ generis coronatũ eſſe, rhetorũ, philoſopho℞, legiſlato℞. Nã ſi geometras, etiã grãmaticos, ac muſicos, nominati poſt tãtos titulos cõmemorẽ: cõtumelioſus in hominẽ videar. vbi enim Lycurgus, Solon. Plato, Socrates, & Pythogoras dant man⁹: Nũ pulchrũ etiã ſit, Hipparchi, Archimedis, Ariſtoxeni, Ariſtarchi, & alio℞ quorũdam id genus meminiſſe, nullius precij hominũ vt Theſſalus dicet? Sed quis tãti ſpiritus poeta exiſtet, qui hæc canet? Q uis dabitur Homerus qui exametro tono hãc Theſſali victoriã celebrabit? Aut quis lyricus qui veluti Pindarus alte in dithyrambis tonabit? quiq; ſicut olim bacchi: ita nunc Theſſali præconiũ efferet? An horũ potius nullum requirimus? ſed eo℞ qui iãbos ſcribunt, Archilocũ aliquẽ, aut Hipponactẽ? aut ex tragica ſcena quẽpiã. qui ſic hominẽ cõpellet? Q uieſce dum miſerrime i ſtratis tuis. Nãq; haud vides quæ te putas noſſe probe. Horeſtis mihi ſomniũ narras Theſſale. Q uale nã id theatrũ eſt in quo tu vinces Hippocratẽ? Q ui iudices erũt. qui nã premia proponent? Vis ne primũ platonis ſuffragiũ legam⁹. Fortaſſe eñ hunc iudicẽ nõ reijcies. Atqui ille Hæc ad verbũ ait. Animæ igitur naturã apte putas intelligi poſſe. nõ cognita totius natura. Imo ſi quidẽ Hippocrati ex Aſclepiadarũ genere fides eſt habenda: ne corporis quidem naturã abſq; hac methodo. Recte ais amice. oportet tamẽ cũ Hippocrate ſermonẽ cõferẽtes: nũ cũ eo cõcordet æſtimem⁹. Sane quidẽ. Igitur de natura cõſyderare quid eſt qđ Hippocrates rectaq; ratio dicit? Nũ ad hunc modũ de cuiuſq; rei natura, primũ illud perpendi oportet? Sit ne de quo volum⁹ vel ipſi ſcientes eſſe: vel alios facere ſciẽtes poſſe: ſimplex: an varias ſpeties habẽs. Mox ſi ſimplex ſit, facultas ei⁹ æſti

Suffragium Platonis de Hippocrate.

Hippo.

mãda eſt. quã videlicet ad quid agẽdũ optineat, aut quã ad patiẽdũ ab alio ſit ſortitũ. Sin plures habeat eiuſmodi ſpecies: ijs enumeratis qđ in vna feceris, id in vnaquaq; exigere oportebit. Nẽpe quid illa facere p naturã ſit apta, vel quid ab alio pati. Audiſtin vir bone Platonẽ ſimili methodo animæ naturã inueniendã eſſe cenſere, qua corporis naturã Hippocrates? An adhuc vis multas hominis dictiones ex multis librorũ eius locis deligam, ĩ quib⁹ ille Hippocratẽ omniũ q ante ſe fuerũt, maxime admiratur? An potius cũ id alibi fecerim: (Nẽpe in eo opere ĩ quo de Hippocratis & Platonis placitis diſſerui) illuc q id ſcire volet remittã. vbi vt arbitror clariſſime oſtẽdimus, ĩ plurimis maximiſq; reb⁹ horũ hominũ inter ſe cõſenſum. Atq; alio me cõferens aliũ tibi aduocẽ in teſtẽ cætũ. Nempe Peripateticũ. q & ipſe Hippocratis phiſiologiæ principia confirmat? Quin de hoc quoq; pditũ a me in alijs cõmẽtarijs eſt. Quorũ vnus de elemẽtis ſecũdũ Hippocratẽ inſcribitur. poſt hũc alij tres de tẽperamentis. mox alij duo. alter de inæquali intẽperie. qui etiã ad tractationẽ de tẽperamẽtis ptinet. Alter de optima corporis cõſtitutione. Deinde etiã tres de naturalib⁹ facultatib⁹. Hos igitur ſi quis leget: clare pſpiciet, rationũ Hippocratis de natura Ariſtotelẽ interpretẽ eſſe. Quin etiã de morborũ diſcrimine quot hi, quiq; ſint, ac de ſymptomatis pari modo. præterea de horũ vtrorũq; cauſis. primus omniũ (quos auditu nouim⁹) Hippocrates recte principia dediſſe videtur. poſt eũ vero Ariſtoteles late ea eſt iterpretat⁹. Hæc ita eſſe itelliget qui cõmẽtarios noſtros, quos de ſingulis horũ ſcripſimus legere nõ grauabitur. Quare ſi Peripatetici iudiciũ exercebũt: Hippocrates arbitror vincet. Theſſalus vt iuerecũdus, et ipudens eijcietur. Sin Stoicis incõſeſſum admiſſis iuditiũ pmittetur: ex ijs placitis quæ ipſimet ſtatuũt Hippocrati palmã dabunt. Quippe calidum, frigidũ, ſiccũ, & humidũ: primus Hippocrates inuexit. poſt eũ Ariſtoteles euidẽti demõſtratione aſſeruit. Eadem Chryſippi emuli parata cũ accepiſſent: minime ſunt obluctati. Sed omnia ex horũ mixtura cõſtare confirmant. Atq; hæc inter ſe mutuo agere, ac pati, artificẽq; naturã eſſe. oĩa deniq; Hippocratis dogmata de natura recipiũt. niſi qđ in re tenui eſt illis cũ Ariſtotele diſſẽſio. Quippe cũ recte Hippocrates affirmet: totum corpus eſſe, vt græce dicitur σύμπνουν καὶ σύῤῥουν quaſi cõſpirabile & cõfluxile dicas, omneſq; animalis particulas mutuo a ſe affici: recipiũt quidem hoc vtriq: deſſidẽt ĩ eo qđ Ariſtoteles q̃litates tãtũ ĩ ſe mutuo trãſire omninoq; miſceri. ſtoici nõ has modo: ſed etiã ſubſtantias ipſas exiſtimẽt. Quod autẽ hoc definire medico ſupuacuũ ſit, quodq; ad medi-

Hippo.

Que hippocrates prim⁹ inuenerit.

Hippo.

Totum corpus est conspirabile, et fluxile

Nemo morbos commode curare poteſt, qui corporis vniuerſi naturam non perſpexerit.



cinæ opꝰ abũde ſit, ſi tãtũ cõcedant ea quæ ab vtriſq; ſũt demõſtrata, itẽ qđ q̃litates virtuteſq; ĩ mixtis, totæ ſint totis ꝑmixtæ: hæc & ante a me ſũt demõſtrata: & ſi res poſcet nũc demõſtrabũtur. Quare & Platõis & Peripateticoꝝ, & ſtoicoꝝ iudicio, Hippocratis phyſiologiæ victoria dabit. Imo vero ex eiꝰ phyſiologia oẽs q iã cõpħẽſi ſapiẽtiæ ꝓfeſſores ſũt, oſtẽdũt nemini fas eſſe morbos cõmode curare: q corpis vniuerſi naturã nõ ꝑſpexerit. Nũqd igit ſi de palma ſub hoꝝ ſapiẽtiæ ꝓfeſſoꝝ iudicio, certaſſet Theſſalus, viciſſet? Qui oĩs ſuæ phyſiologiæ Hippocratẽ Authorẽ habẽt. Quid aũt ſi Geometris, Aſtronomis, Muſicis, aut Rhetoribꝰ iudiciũ cõcedet? Putemꝰ ne hos Hippocrate ꝑtermiſſo, alij vlli palmã daturos? Ego ſane nec aliũ quẽuis primas eſſe latuꝝ arbitror. oĩmq; minime ĩpudẽtiſſimũ Theſſalũ. vt quo nemo Geometriã, Aſtronomiã, Muſicẽ, ac Rhetoricẽ magis dehoneſtarit. Itaq; apud hos ĩ parũ amico Theatro certauerit. Verũ hos fortaſſis ĩ Theatrũ minime ĩducet. vtpote quos ipſe prior ĩimicos reddiderit. ſed his ſapiẽtiæ ꝓfeſſoꝝ dũtaxat, q in dialectice ſũt periti, vt q vere falſæq; orõnis iudicãdæ facultatẽ exercuerint: iudicũ partes cõcedet. Atqui ſi Platonẽ, Ariſtotelẽ, & Chryſippũ, ceu paꝝ ĩ hac facultate exercitatos trãſibimꝰ: quoſnã q̃ſo alios inueniemꝰ? Quare ſi nec aliaꝝ artiũ ꝓfeſſores: iudices admittet: nec q in dialectice cæteris oĩbꝰ ſapiẽtiæ ꝓfeſſoribꝰ præſtiterũt: illi ſuffragabunt. q tãdẽ erũt, q eũ viciſſe iudicabũt? q illi freqũẽs Theatrũ cõſtituent? Qui victorẽ renũciabũt? Qui deniq; coronabũt? ipſe videlicet ſeipſũ. id qđ in illis egregijs libris ſuis fecit. ĩ quibꝰ ſeipſũ iudicauit, coronauit, declarauitq;. At fortaſſis illud ſibi gloriæ mẽoriæq; ĩter hoĩes occaſionẽ fore, eſt arbitratꝰ: ſi optimis viris laceſſitis, nos ſibi reſpõdere cogeret. veꝝ ita & zoilus celeber claruſq; ſit: qui homeri ſtatuã flagellauit, & Salamoneꝰ; q Ioue eſt imitatꝰ. reliquaq; flagitioſoꝝ hoĩm nõ exigua turba. q vel meliores nõ ſunt reueriti: vel in deos ipſos fuerũt cõtumelioſi. Veꝝ hi nõ bonã de ſe opinionẽ reliq̃rũt, nec emulat q̃ſq̃ q cõpos ſit mentis, nec Homeromaſtiga zoilũ, nec demẽtẽ Salmoniea. Quãuis maledicis zoilꝰ ĩ admiratiõe ſit. & Salmoneꝰ ſacrilegis. Sed qđ hos memoro. Cũ & q oculos pdũt ſimilia pditoꝝ ſtudia, & pditores pditoꝝ, ſuſpiciãt. Nec eſt prorſus q̃ſpiã, q ꝓpriũ cætũ ĩ quo palmã mereat deſyderet. Adeo ſi Theſſalus iter coquos, tinctores, lanificos, ſutores, Textores, ac fullões de victoria certãs; ſcripſiſſet: vtiq; & retuliſſet de Hippocrate victoriã: & nemo noſtrũ ei repugnaſſet. Nũc cũ oẽs hoĩes iudices facit, ex hoꝝ aũt numero ſũt & Plato, & Ariſtoteles, & Theophraſtꝰ, & Chryſippus; neq̃ q oẽ pũctũ ſolꝰ feret. ſed alicui fortaſſis ꝓuocare ad aliũ iudicẽ licebit. Quãq̃ eñ Hippocrates certare, cũ Theſſalo, vt

Teſſalum quis coronabit, ſum victoriam habet

Zoilus Salmoneus.

Duos tantum morbos eſſe, Teſſalus dicit in omni victus ratione



pote ĩdigno ſe, nolet. At forte Eraſiſtatꝰ nõ negliget, multoq; minus Herophilꝰ. atq; his etiã minꝰ Aſclepiades, alijq; multi iuniorũ medicoꝝ, quibꝰ eſt ad cõtẽtionẽ natura ꝓpẽſior, minime impune abire cõtumeliã ſinẽt q̃ pariter oẽs græcos Theſſalus aſꝑgit. ſed ꝓducto in mediũ hoĩe: oẽs eiꝰ libros craſſiſſima ignorãtia refertos, græcis oſtẽdẽt. q tot libris ſcriptis, & tot nugaciſſimoꝝ verſuũ milibꝰ effuſis: nuſq̃ ĩ vllo operũ ſuoꝝ demõſtrationẽ vllã afferre tẽtauit. Sed tyrãni ritu duos tãtũ eſſe ĩ oĩ victus ratiõe morbos, iubet. Nẽpe fluxũ, et clauſum. nõ ĩtelligens ſe differẽtiã quãdã morboꝝ dixiſſe. quã vtiq; priſci (vt oſtendemꝰ) ꝓbe nouerũt. Cæterũ nemo tã rudis fuit vt differẽtias morboꝝ: ipſos eſſe morbos putaret. ac remedioꝝ ĩdicationẽ ab ijs ſumeret. ſubſtãtia ipſa ꝑtermiſſa. At q hic Theſſali paruꝰ ſcilicet error, quẽ vel puer ĩ ſimplicioribꝰ diſciplinis altus: ſtatim aduerteret, Hic ĩq̃ paruꝰ error, eo inſolẽtiæ hominẽ euexit: vt magnũ, & ꝓclarũ aliqd ĩueniſſe, ſe putaret. Perinde ac ſi qs cũ omne aĩal ratiõale eſſe, aut irrationale dixiſſet: nõ aĩaliũ differentias: ſed aliud qppiã dixiſſe ſe putaret. Cũ ſcilicet huic illud quoq; ſimiliter ſit dictũ, omne aĩal mortale eſt, vel ĩmortale. Quippe oppoſitio quæ ĩ ſingulis differẽtijs notatur, coniuncta, de oĩbꝰ ſpeciebꝰ dicit̃. Omne eñ aĩal aut manſuetũ eſt: aut ferũ. Omne aĩal aut pedatũ eſt: aut apes, Omne aĩal aut cornutũ: aut mutilum. Nec eſt ĩter differẽtias ĩuenire oppoſitionẽ vllã, quæ ſit altera præſtãtior, aut potior. nec quæ magis oĩbꝰ inſit ꝑticularibꝰ. Verũ nõ cõuenit cũ de aĩaliũ numero quæritur: vnã differentiaꝝ oppoſitionẽ reſpõdere. Hoc eñ pacto duo erũt aĩalia, vniuerſa. nec vllũ magis rationale vel irrationale: q̃ mortale vel ĩmortale, aut ferũ vel mãſuetũ aut reliquaꝝ oppoſitionũ quælibet. Quod ſi quis differẽtijs omiſſis, ſicut plane ratio exigit: equũ, bouẽ, canem, hominẽ, aquilã, apim, formicã, leonẽ, & ouẽ reſpõdeat, reliquaq; oĩa per ſpecies animalia cõnumeret: cõſtat hũc quærẽti quot ſint ĩ totũ aĩalia: recte reſpõdiſſe. Quin ſi multa ſermone aĩalia memoret, teſteturq; enumerare ſe oĩa nõ poſſe: ſic quoq; cõmodiſſime reſpõderit. Similis agitata q̃ſtio de morboꝝ numero & oĩbꝰ antiqs medicis eſt. alijs ſeptẽ eos ĩ totũ eſſe affirmantibꝰ. alijs plures his pauciores ve dicentibus. oĩbus tamen ad ſpecies quæ in ſubſtãtia, non quæ in differentia eſſent, reſpectum habentibus. Nemo enim ita erat indoctus, aut logicę ſpeculationis rudis: vt differentiã ſpecierum pro ſubſtantia loquẽdo vſurparet. quemadmodũ iſte qui e gyneceo exiliens tantis viris maledicit. Ipſe nec genus habens quod referat, nec educationẽ, nec eruditionẽ, qualem illorum quiſq;. Quorum alius Ariſtotelis, alius Platonis, alius Theophraſti, aut deniq; alterius cuiuſq; eorum qui in logica contẽplatione fuere exercitati familiaris fuit. Veluti igitur rogatꝰ quiſpiã quot

Theſſali opinio.

Differentias morborum ipſos morbos eſſe putat.

Inter differentias nullum eſt oppoſita

Exemplo errorem Teſſali declarat

ſint in vniuerſum elementa, ſi duo ea eſſe reſpōderit: (quippe aut vocale omnino: aut conſonans eſſe quicquid vocis ſit elementum) is verū quidem dixerit. cæterū ad quæſtionē non reſponderit: ad eundem modum arbitror, ſi quis omniū morborū numerū comprehendere ſtudens: ſpeciem quidē vllam morborum veluti phlegmonen, ſcirron, vel tumorē, referre nō curet: ſolas aūt differentias memoret, ſiue clauſum & fluidum, ſiue rarum & denſum, ſiue durum et molle, ſiue aſtrictum & laxum, verum hic quoq; dixerit. minime tamen ad quæſtionē reſponderit. Primū nanq; in eo error eſt, quod non omnis differentia generi addita ad ſpeciei cōſtitutionē aliquid conducit, ſed quæ ex generis ꝓpria diuiſione naſcitur. Quippe hæ demū differētiæ ſunt, quæ ſpecies cōſtituant. reliquæ omnes alienæ. Etenim animalis ꝓpriæ differentiæ ſunt, mortale & immortale, rationale et irrationale, manſuetum & ferum, aliaq; id genus. Molle vero ac durum, graue & leue, rarū & denſum, magnum et paruum animalis differētiæ non ſunt. ſed ſubſtātiæ. Itaq; etiam ſi cum animale vel molle vel durū, vel denſum vel rarum, vel magnum vel paruum componas: ad ſpeciem conſtituēdam nihil ſane contulerint. Sin vel rationale & immortale, vel rationale & mortale animali adieceris: efficiē iam illic deus: hic homo. Ita vero & ſi rationali animali duas illas differētias addideris, quæ ſunt greſſile & bipes: ſic quoq; ſpeciē quampiā effeceris. Nempe hominē. Vnde fieri non poteſt, vt vllius rei ſpecificas differētias inueniat, qui eam diffinitiōe ſiue ſubſtantiæ oratione, ad vnguem nō circumſcripſerit. Alius deinde error incidere ſolet his quibus parum exercitata ratio eſt. quod cum vnam aliquam differentiarum oppoſitionē inuenerint: ſpeciem aliquā propoſiti generis ſe putent inueniſſe. ceu paulo ante de vocis elementis eſt dictum. Siquidem qui vocale & cōſonās dixit: non dum omnia humanæ vocis elemēta dixit. ſed duas tantum primas & generales differentias. Quod ſi vocales rurſus in longas, breuis, mediaſq; diducens, tum conſonantes in ſemiuocales, & mutas, itemq; tum longas, tum breuis vocales bifariam, medias vero trifariā, ſed & mutas primū in aſpiratas, tenues, ac medias, dein rurſus tripartito harum ſingulas, mox ſemiuocales propria (ne fruſtra multis morer) ſectione ſecet: ita quatuor & viginti elementa vocis qua græci vtuntur, inueniat. Quippe id tantū dixiſſe quod elemētorum quædā vocales ſint: quædam conſonantes: non dum omniū elementorum artificē, aut plane ſcientē auditorē reddidit. ſed ſi quis vbi in longas, breues, & medias diduxerit: adiiciat duas eſſe breues, Nēpe ε et ο, duas præterea longas, η, et ω, Tres vero medias α, ι, υ. ſic ſane artificē auditorē de omnibus vocalibus effecerit. Itemq; de conſonis ad eundē modū. Itidē ſi quis tradere de morborū numero inſti-

Quæ differētię ad ſpeciei cōſtitutionē cōferant. Quæ non.

tuat, Quot ij in vniuerſum ſint: non debet arbitror is in prima ſtatim differētia ſubſiſtere. ſed diuiſa ea ꝓcedere donec ad aliquā infimarū ſpecierū, & quæ amplius in aliā diſtrahi nō poſſit, ꝑueniat. Id vero q̄ haud cuiq; ſit prōptū. ſed ei dūtaxat q in diuidēdi arte magnopere ſit exercitatꝰ: intelligere poteſt primū is, q oīa legiſſe volet, q̄ de eo genere methodi in principio Philebi a Platone ſūt prodita. Dein cui Sophiſtā & Politicū legiſſe placebit. Iā vero difficilior adhuc res videbit̄. ſi quem primū Ariſtotelis librū de partibus animaliū relegiſſe: non penitebit. Conatur eñ in eo libro omnes animaliū differētias enumerare. At vbi multas dubitatiōes mouit: vix ſuſpecte, ac timide ꝓnūtiare qppiā audet. Poſt hæc cū Ariſtoteles, et Plato tātam, tāq; difficilē rem eſſe cēſuerint, genera in proprias differētias exacte diuidere. ac poſt hos Theophraſtus, & alij philoſophi rationē abſoluere tētauerint, vtpote ne apud ipſos quidē ſatis adhuc cōſtantē: homo audaciſſimus Theſſalus abſolute, citraq; vllam rationē adhibitam ꝓnūtians, credēdū ſibi cenſet, duos in totum eſſe in victus ratione morbos. ꝓſertim ſimplices, ac primos, & veluti elemētares. Nā tertiū ab his ratiōe gignit. ex ambobꝰ cōpoſitū. At ſi vlla methodo hæc ſicut iactas iueſtigaſti: cur hāc nobis nō dixiſti? Sed cōtra plane quā ꝓ grauitate nomis qđ tibi arrogas homo temerarie, atq; a methodo alieniſſime, rem ꝓnuntiaſti. Qui ne principiū quidem ipm vnq̄ attigeris, a quo cœpiſſe neceſſe ſit eum: qui recte cuiuſlibet rei ſpecies et differentias ſit inuenturus. De re eñ qualibet puer: vnū principiū optimū. Noſſe id oportet, de quo propoſita quæſtio eſt. aut prorſus eſt aberrādū. Plato quodā loco ait. Nō ad diuidendum modo quiduis, ab ipſa q̄ſitæ rei eſſentia nobis eſſe inchoandū cenſens: ſed etiā in omni diſquirēda re eiuſmodi ſemꝑ principio vtendū. Ergo hic quoq; arbitror par erat, vbi quid morbꝰ ſit, qđ ſymptoma, & qđ paſſio diligenter prius dixiſſes, ac dein q̄ cōueniāt differātq; ipſoꝝ ſingula diffiniuiſſes: ſic demū tētare in ꝓprias ea differētias diducere. ſecūdū eā quam ſapiētiæ ꝓfeſſores tradiderūt methodū. aut ſi quā potiorē ea, q̄ ab ijs ꝓdita eſt, exploraſſes: hāc ipam prius aſtruere. tū illđ oſtēdere. ac græcos docere, hūc q in textrina ſit altus ſuperaſſe Ariſtotelē, & Platonē in methodis logicis, humo afflixiſſe Theophraſtū, & ſtoicos in dialectice, clariſſime oſtēdiſſe oēs eoꝝ ſectatores ne primos quidē morbos, qui eſſent, nūq̄ nouiſſe dico & Herophilum illū dialecticū, & condiſcipulum eius Philotimū, & præceptorem eius Praxagorā, qui ab Aeſculapio originē traxit, & q cū his, & ante hos fuerūt Eraſiſtratū, Diocleni, Mneſitheū, Dieuchen, Philiſtionē, Pliſtonicū, ipm deniq; Hippocratē. Porro ſimplici verbo dicere oēs in victu

Plato ī philepo, ſophiſta, & politico.

Ariſtoteles

Simplices, et Elementares.

In oī re diſquirenda, quod principiū.

A rei eſſentia in omnibus rei inchoandum nobis

Duo sunt instrumenta apud omnes homines, quae fidem his faciunt quae recte sunt inventa. RATIO & EXPERIENTIA.



morbos eſſe duos; nõ methodo, nõ demonſtratione, nõ ratione vlla ꝓbabili, non lenimẽto aliquo, nõ alia re prorſus adhibita, ꝑterq̃ eiuſmodi in veteres blaſphemia: id facere imperantis hoīs eſt. non docẽtis. Eſto vero taceas: qua logica methodo inſiſtẽs, hæc inueneris. at certe vnde ſaltẽ de veritate ſermonis iudicaſti, adhibitũ aliquid oportuit. Nã inueniẽdi eiꝰ qđ q̃ritur, logicæ methodi facultatẽ ꝑſtant. At quæ fidẽ his faciãt quæ recte ſunt inuenta: duo ſunt apđ omnes homines inſtrumenta. Nempe ratio, & experientia. Quippe ad eum q interrogauerit cur huic febricitanti frigidæ bibẽdæ poteſtatem feceris: duplex reſponſio eſt. altera quæ ortum, naturãq; febris docet, ac de morboꝝ tpibꝰ diſſerit, tũ ad eũdẽ modũ aq̃ frigidæ naturã explanat, vbi hæc ꝓpoſuit: conatur docere in hoc morbo, atq; hoc tẽpore: aquã frigidã cõgruũ remediũ eſſe. altera de nullius hoꝝ natura ſollicita: ad expientiã confugit. Nempe qđ in tali morbo, atq; tẽpore ſæpe frigidã ꝓfeciſſe: vidit. Debebat igit̃ opinor & Theſſalus vel experimentũ: vel rationẽ aſſertiõis ſuæ occaſionẽ adhibuiſſe. nõ ſicuti tyrãnus imperare. ac ſibi citra demõſtrationẽ credendũ exigere. At quã inquiũt audire demõſtrationẽ poſtulas? Ita eñ cõtra interrogãt eiꝰ ſectatores. Neq; id iniuria. vt q nec eo vnq̃ ꝑuenerint: vt notionẽ demonſtrationis tenerẽt. Cũ nec Geometriã, nec Arithmeticẽ, nec Dialecticẽ, nec Reſolutoriã, nec deniq; Logicã vllã ſpeculationẽ attigerint. Quocirca reſpondendum his ita eſt. Nimis ſero qd demonſtratio ſit diſcere poſtulatis. nec fieri poteſt. vt breui tẽpore ſpeculationẽ, quæ ſubtilitatẽ mentis deſyderat aſſequamini. ꝑſertim qui nec ſubtiles rationes audire ſatis aſſueti: & peruerſi in diuturno errore verſati. Sed iſtos mittamus. vt q ne intelligere quidem, quæ vere diſciplinæ ſint, valeant: nedum ipſas diſcere. aut recte iudicare. Nos vero vna cum ijs qui exercitati ſunt, & demonſtrationem intelligunt, & natura ſapiũt. (neq; enim Theſſalios aſinos docere profitemur) ad id quod propoſitum nobis ab initio eſt accingamur. ac ſtatim vna cum ipſa medendi methodo tradẽda: etiam cauſas ipſas, vnde errarint pleriq; ex ijs, qui tradere eam ſunt conati, exponamus. Quippe ad firmiorem veritatis fidem non parum conducere videtur id quoq;. Ac primum quidem illud cauebimus. ne ſimul de ambobus tũ methodo que ratione nititur: tũ experientia que ratiõe nõ vtit̃, agamus. Non eñ de omni remedioꝝ inuentione nũc loqui ſtatuimus. ſed tantum ea quæ hæc methodo explorat. ita vtiq; vt de empirice ipſa & a nobis in alio opere eſt proditum: & ab ipſis empiricis plurimum elaboratum. Atq; vtinam rationales omnes medici ꝓpoſitũ

Quis doceat & qs imperet.

Duo eſſe q̃ fidẽ inuẽtis faciant.

Redit ad id qđ ab initio eſt ꝓpoſitum.

De qua remedioꝝ inuentione in hoc ope ſit acturus.

Ratio & experientia miſceri non debet .




Methodo aliquid inqrere, quid ſit.

Recte molientib⁹ methodum qđ ſit initium.

Cur magna medicorũ ps ĩ methodo medẽdi tradẽda errarit.

ita premeret, nec experientiã, & rationẽ miſceret. atq; in vnũ cõfun
deret. ſed quã vtraq; vim habeat, quãtũq; ad ꝓpoſitũ artis finẽ con
ducat, ſeorſum tractaret. atq; ꝑpenderet. Ergo methodo qppiã inq̃=
rere iuenireq; ex aduerſo opponit̃ ei, qđ eſt fortuito temereq; repe
rire. Eſt autẽ id cũ via quadã, & ordine. ita vt in diſquiſitione aliqđ
primũ ſit, aliquid ſecũdũ, & tertiũ, & quartũ. atq; ita de reliqs oib⁹
deinceps. quoad demũ ad ipm quod ab initio eſt ꝓpoſitũ, ſit puen=
tũ. Ac empirici quidẽ rationabiliter ingenueq; fatẽtur. nec inuenien
di, nec docendi apud ipos eſſe neceſſariũ ordinẽ. Nã nec arte vlla
rationeue experientiã niti. imo vnius fortunæ fauorẽ ad ea quæ q̃=
rit inueniẽda, requirere. Qui vero rationẽ, inuentiõis ſuæ autho=
rem ſtatuerũt, ac ordinẽ vnãq; viam q̃ ad finẽ ducat ꝓpoſuerũt: his
fuerat qdem neceſſariũ a primo aliquo auſpicatis, de quo inter oẽs
hoies cõuenirẽt: ſic tranſire ad reliqua. Cæteꝝ hanc rationẽ non ſe=
quitur pleraq; medicoꝝ pars. imo principia quoq; ipſa cõtrouerſa
ſumit. nec illa demõſtratione cõfirmat. tum ad reliqua ſimili modo
tranſit, legiſlatoꝝ ritu ſanxiens verius: q̃ demõſtrans. Quæ omnia
inde adeo his accidũt: quod nihil prius de demõſtratione ſunt me=
ditati. ſed ſimul et inqſitis inſiſtunt: & ad eoꝝ fidem demõſtratione
vti audẽt. Simile ꝑfecto quiddã his molientes, q ſpherã, aut cubũ,
aut conũ aut cylindrũ, aliudue id genus metiri aggrediuntur, cum
tamẽ oĩs geometricæ, ac logicæ rationis ſint ignari. imo vero nec
cubiti, palmiue, aut pedis menſurã ꝑparatã habeãt, ac deinde ijs q
vel demonſtrationẽ ab ipis exigunt, vel tacere cenſent: iraſcuntur.




Veluti eñ in illo ridiculus ſit, ſi quis rectãguli trigoni, cuius alteꝝ
(exempli cauſa) latus circa rectũ angulũ quinq; ſit pedũ, alterum
duodecim, dicat, aream non eſſe triginta pedum, ſed quadraginta,
nec eius rei demõſtrationem vllã afferat: ita hic quoq; ridiculus eſt
qui qcq̃ affirmat quod demonſtrare non poſſit. Ergo ſicuti in de=
mõſtratiõe de triãgulo (neq; eñ recedẽdũ nobis ab exemplo eſt, q
indoctos iſtos methodicos a diſputatiõe noſtra iã abegimus) ipm
quod ꝓpoſitum eſt ex duabus his ꝓpoſitionib⁹ colligebatur, vna q̃
ſpatiũ id, quod lateribus pedũ quinq;, & pedũ. xij. cõtinetur: ſexa=
ginta pedũ effici dicit, altera, q̃ triangulũ: dimidiũ eius eſſe ſpatij ꝓ
ponit. Harum vtraq; rurſus vt demonſtrationis fidem reciperet:
alijs propoſitionibus egebat. Mox illæ alijs quoad peruentum
ad primas eſſet, hæ vero nec ex aliis: nec per demonſtrationem
ſed ex ſe fidem faciũt: Sic arbitror & in his omnibus, quæ in medi=
cina demonſtrãtur, ad primas & indemõſtrabiles propoſitiones,
et quæ ex ſe fidem faciant: omnia eſſe perducenda. Ac ſi omnes de

Methodus

Empirici fortunam prae omnib⁹ laudant.

medēdi methodo ſic dicere aliquid inſtituiſſent: prorſus ſicuti iter Arithmeticos, Geometras, et logiſticos: ita inter ipſos quoq; cōueniſſet. Quippe apud quos diſcere ab ipſo ſtatim initio licet, quid quoq; nomine, quo vſuri ſunt ſignificetur. Quas præterea propoſitiones indemonſtrabiles (quæ axiomata vocant) ad diſceptationem ſint ſumpturi. Veluti lineā eſſe longitudinem citra latitudinē. Superficiē, quæ lōgitudinem latitudineq; tantū habeat. Et triāgulū eſſe hoc, quadrangulū illud, ac reliqua ad eūdem modū. Ab iis vbi axiomata eiuſmodi vſurpanda ſibi eſſe prædixerint, quæ eidē ſunt æqualia, inter ſe eſſe æqualia. Et ſi æqualib⁹ æqualia ſint adiecta, tota fore æqualia: poſtea demonſtrare theoremata tentant. Nihil extra ea quæ a principio ꝓſumpſerūt adijcientes. Pleriq; tamen medicoꝝ, ſicut ipſe ſcis Hiero chariſſime, interrogati vndenā principium inuētionis ſuæ ſumpſerint: tantū abeſt vt indemōſtrabilia principia & q̄ oībus hoībus in confeſſo ſint ꝓferāt, vt nec quo ſibi ipſis cōſona reſpōdeant, inueniāt: ſed ſurſum ac deorſum euripi more agātur. cōtraria quiſq; in progreſſu ſermonis ijs quæ ab initio ſtatuerunt afferentes. Siquidem ſapientiſſimus iſte Theſſalus cū apparentes eſſe cōmunitates dixiſſet: paulopoſt non ſolum nō alium queq̄ prioꝝ medicoꝝ vidiſſe eas aſſeuerat: ſed nec ipſum qui primus eas peperit Themiſonē. Huius nāq; vnius eſſe monſtroſas illas cōmunitates fatetur. ceu patris legitimos filios. Poſt hos vero qui ſecuti ſunt omnes, & inter ſe: & ab ipſo Theſſalo diſſentiūt. nec eaſdē cōmunitates tradētes, nec omnino inter ſe, vel in vno cōcordātes. id quod ſæpenumero tibi, ipſis etiam methodicis præſentibus oſtendi. fortaſſeq; aliquando maius otiū nactus de inconſtātia eoꝝ ſcribā. Atq; nūc tantū ſaltē ad rē ꝓpoſitam ſumi expedit, oportuiſſe eos p̄ſertim ſectæ authores: expoſuiſſe prius de qua re ſingula nomina dici vellēt. ſicut empirici faciunt. qui apparere ea dicūt quæ ſub ſenſum cadūt. noſci vero, quæ memoria tenentur. Apparere ſimul et noſci, quæ & ante aliquādo ſub ſenſum venerunt: & nūc ſimili modo veniunt. Num igitur ita ipſi quoq; apparere cōmunitates dicūt, ceu ſenſu cognitas. An & quæ ratione cōprehēdim⁹ apparētia nomināt. Empirici nāq; nō adeo cōcedūt qcq̄ ex his quæ ſola ratione noſci videntur, apparēs dici. Rurſus veteres philoſophi duplex eſſe gen⁹ apparētiū decernūt. vnū qđ ipi empirici cōprobāt. Nēpe eoꝝ quæ ſenſu aliquo noſcūtur veluti albi, nigri, duri, mollis, calidi, frigidi, & ſimiliū. Alterū indemōſtrabile. eorum nimirum quæ intelligentiæ primo occurſu patent. Veluti quæ eidē ſūt æqualia: ea inter ſe eſſe æqualia. Et ſi æqualib⁹ æqualia addātur:

Qua rōne Geometræ vtuntur.

In theſſalū

Quæ empirici apparere q̄ noſci q̄ tū apparere tū noſci dicāt.

Duplex apparētiū gen⁹ a veterib⁹ phis ſtatui.

Axiomatū exēpla.

tota æqualia fieri. Et ſi ab æqualibus æqualia demas: que reſtant æqualia fore. Huius eſſe generis aiũt. & quod nihil citra cauſam fit: & quod omnia ex ente quopiã. Et quod ex eo quod omnino non ſit, nihil fiat. Simili modo, perire nihil in id quod prorſus nõ ſit. Item quod affirmare vel negare de quoq; ſit neceſſe. aliaq; id genus non pauca, de qbus in logicis tractatibus agitur. & ipſe in cõmentarijs de demõſtratiõe, quã potui, dixi clariſſime. De his inter eiuſmodi principia, cuiuſmodi logica nũcupamus, quidam philoſophorum contendunt, atq; ambigunt. Hi tamen hactenus ſaltem ſunt modeſti quod omni demonſtrationi fidem ſuam abrogant. Intelligentes (arbitror) tãetſi id non dicant, illud ſaltem ſe certo ſcire, nihil omnino demonſtrari poſſe, ſi logicis principijs fides nõ ſit adhibita. At qui eouſq; rudes amenteſq; ſunt: vt ne id quidem intelligere queãt: hi demonſtrare quidem conantur. Cæterũ quæ qualiaue, aut quot demõſtratiõis principia ſint: nec noſcere, nec quærere volũt. nec aliũ docentẽ audire ſuſtinent. Sed abſolute pronũtiant, & verba loquũtur, quæ nec qd ſignificẽt, ipſi clare explicare valeant. Merito igitur eorum emulis centum voluminũ opera ſcribuntur. partim inueſtigãtibus de quo quodq; dici nomen Theſſalus voluerit: partim nihil tale inuenientibus, cui omnia ab eo particulatim dicta conſentiant. Nam quæ demũ apparẽtes illæ cõmunitates ſint, aut quomodo apparentes, dicere non poſſunt. niſi iterum atq; iterum totidem libros ſcripſerint. Quippe qđ apparet, aut ſub ſenſũ oĩno cadat, oportet: aut ſub intelligentiã vno ſemel occurſu. vtrinq; ſine vlla demonſtrationis ope. Quod vero intellectui ſe vno occurſu non exhibet: protinus idem cõtrouerſum eſt. ac demonſtratione eget, nec artem vllam a tali principio incepiſſe conuenit. Hec ſi in logicis methodis exercuiſſent: et ipſi ea intelligerent: & tẽpus noſtrũ fruſtra non contererent. Nunc quoniam exercitati rudeſq;, per amentiam audent demonſtratione vti, priuſq̃ quid ea ſit, didicerint: neceſſe eſt cum ſimilibus ſui, omnes aberrent. prorſuſq; nugentur. Ac eos qui recte demonſtrant minime intellegant. ſed tempus inaniter conſumant. Ergo cum his nequaq̃, vt cum rationalibus animalibus vel diſputandum amplius eſt: vel ijſdem impenſe contradicendum: priuſq̃ didiciſſe quænã res demõſtratio ſit velint. & quaten⁹ exercitatũ eſſe oportet, q ea ꝓbe ſit vſur⁹. Tecũ vero omnẽ deinceps ſermonẽ cõferã. Ipſis vſus methodis quas in cõmẽtarijs de demõſtratiõe tradidi. Quippe nõ ſolum ꝑncipia oĩs demõſtratiõis eſſe ea q̃ tũ ſẽſui: tũ intelligẽtiæ manifeſte ſe exhibẽt: ſed etiã in oĩ re q̃rẽda nomẽ ipm̃ adſumi ĩ diſputationẽ oportere: ĩ illis docuim⁹. Nũc neutrũ

Scepticorꝝ dogma.

In methodicos.

Concludit

Redit ad hieronem.

præcipere ſtatui, nec quēadmodū inuenire: nec quēadmodū demōſtrare cōueniat. Sed iis qui didicerunt, & exercitati ſunt, ſimul aliquē laboris oportunū fructū reddere, inuēta nimirū non tenui re, quā nūc inſtituim⁹: ſimul ſi q ſunt quibus artiū maxima, cordi eſt, quæ circa animū hominis verſatur: ipſos quoq; in minoribus exercitare. Quippe id tenaciter ſeruare i omni methodo oportet, vt in ea te multis ſæpe leuioribus ꝓblematis prius exerceas: quā maiorib⁹ manū admoueas. Hoc igitur nobis veræ diſciplinę principiū eſto. quod vtiq; ſtatim inter initia facturi fueramus. tum artem ipſi ingrētes: tum aliis præeūtes, qui adhuc peruerſi nō eſſent. Quoniā omnis morbi curationē inuenire propoſitū eſt: neceſſe eſt morborum numerum prius ſciri. At qm̄ fieri nequit, vt aut differentias generis vllius: aut ſpecies inuenias, ipſo quod diuiditur nō plane explorato: oportet profecto nunc etiam quid morbus ſit, narremus. Quo ſic diuiſionem eius rite adeamus. Qua igitur ratiōe id methodo inueniamus? Quanā alia niſi ea, quā in libris de demonſtratiōe præcepimus? Nempe vt de notione ipſa prius conueniat. Cū ſine hac propoſitæ rei ſubſtantiā inuenire non liceat. Ipſam vero notionē quæ omnibus in cōfeſſo ſit: ſumendā diximus, vt q̄ alias principiū iure nō dicatur. Quæ igitur eſt de ægrotādo oībus hominibus cōfeſſa notio. Et de qua maxīe ſubiecta re verbū hoc ægrotare enūtiant? Nūqd vbi citra offenſam omniū corporis partium actiones obeunt: et valere ſe tunc dicūt: & minime medicis egere putant. vbi vero naturalium corporis actionū ſenſerint quāpiā vel male geri: vel prorſus nō geri: & ægrotare ſe illa parte corporis exiſtimāt cuius actionē affici vidēt: & medicū de remedio cōſulūt. Ego ſane omnes hoīes ita video tum morbi, ſiue ægritudinis: tū vero ſanitatis, ſiue valitudinis nomē, vſurpare. Quinetiā eā quam dixi notionem oēs obſeruare nō in his modo noībus: ſed etiā in omnibus quæ cū his cōiugata ſunt, tum nominibus: tum verbis. Quippe cū & valere illum exiſtimēt, cui nullius partis actio ſit viciata, & ægrotare, cui ſit viciata, & valētē eū nominēt, cui⁹ oēs corporis partes actiones ſuas ſcd'm naturā edāt, & ægrotātē cui male affecta pars aliqua ſit. Nec quiſq̄ omnino, aut aliis nominib⁹ vtitur: aut de alia re enūciat iam dictoꝝ nominum quiduis. id quod diffuſe in medicinaliū nominum interpretatione oſtendimus. Atq; hoc ſaltem mihi p omnem diſceptatiōem memoria teneri maxime velim. Nominum interpretationem ex patriæ me conſuetudine facturum. ſicut in commentariis de demonſtratione dixi. ipſius rerū eſſentiæ, tum inuentionem, tum inquiſitionē, tum demōſtrationem, nō eſſe ex iis quæ

Principiū huius diſciplinæ.

Notio ſanitatis

Notio ægritudinis.

Nominū interpretationem ex patriæ cōſuetudine faciēdam.

multitudini videntur factur̃u. Immo ex ſumptionib⁹ ſciẽtificis quæ lemmata græce vocant, de quorũ inueniendi ratione in illis eſt ꝓdi tum. Ergo accepto eo quod omnes cõfitentur principio. Nẽpe illud in medendi methodo propoſitum eſſe, vt ægrota corpora in ſanitatem vindices, id vero eſt vt naturales partiũ actiões, ſi quæ viciatæ ſint, corrigas: iam quod deinceps eſt inquiramus. quot numero in totũ res ſint, quæ loco prope ſe conſiſtunt. necubi aliqua procedente ſermõe, vel ꝓ morbis accipiam⁹, cũ ſint his ſimilia: vel vt ſanitatem cũ ad huius naturã prope accedant. Proponamus autẽ claritatis cauſa particulas aliquas, in quibus cõfirmetur quod dicimus. ac primũ qdem ante cæteras oculum. De hoc igitur omnibus hominibus nõ medicis modo: ſed etiam aliis quibuslibet cõuenit, ei⁹ opus eſſe, vt videat. Seu vero opus, ſeu actionem inter loquendũ dicam, in præſentia ſaltem nõ refert. Ad eundẽ modum nec ſi quis aſpicere, oculorũ eſſe op⁹ dixerit, nec ſi quis aſpectũ, aut viſum, aut viſionẽ, aut quomodocũq; aliter nominet, quicq̃ refert. Quãdo etiam ſi qs ſoloeciſmũ cõmittens nominet: ad rei ipſius ſcientiam nihil id afferat incõmodi. modo de qua re nomẽ pronunciet clare explicet. In hoc eñ præcipua doctrinæ vis eſt. Nominetur igitur oculus pars corporis. Neq; hic referat partem ne: an particulã qs dixerit. Quicqd eñ totum complet atq; integrat: id toti⁹ particula & pars nominatur. Eſt eñ pars ex iis quæ ad aliquid dicuntur. Quippe pars totius integriq; pars dicitur æque ꝑfecto: vt totũ & integrũ per relationem ad partes, et particulas ꝓprias nominãtur. Eſtq; ſicuti dextrũ ad ſiniſtrum, & ſiniſtrũ ad dextrũ: ita plane & totũ ad partem, & pars ſe habens ad totũ. Ergo ſi quis hac ſeruata notiõe malit partẽ dicere quã particulã. aut ſi qs cõtra particulã potius: quã partem: is mihi ad rerũ inuẽtionẽ impedimẽto nõ ſit. Cæterũ imperitũ ſe linguæ latinæ prodit. Dictũ vero alibi (vt ſcis) diffuſe de nominũ vſu eſt. Ac nũc quãtũ ſatis ad rẽ ſit ꝓpoſitã arbitror, adiiciã. Illud dũtaxat indicans: nõ oportere nominib⁹ ſeduci, nec qui in iis diſſentiũt, hos ſtatim in rebus quoq; ipſis diſſentire putare. In quo genere omnes (vt vno verbo dicam) non medicos modo noſtræ tempeſtatis: ſed etiã philoſophorũ pleroſq; parũ exercitatos vides. vt quorũ pauciſſimi nominum diuerſitatẽ, a rerũ diuerſitate diſtinguere norint. Verũ huius quoq; rei methodũ in logicis ſpeculationib⁹ tradidim⁹. cuius oportunitas ſi quando alias: vtiq; nunc quoq; ad vſum venit. Quæ nã igitur fuit ea methodus? Nẽpe vt a rerũ incipias differentia, nõ autẽ nominũ. tamẽ oſtẽdas quatuor exẽpli gratia eſſe res q̃ in vicino ſunt poſitæ. Poſt deinde, vt demõſtratiõe cõfirmes, neq;

Proponit exemplum oculi, ut ostendat quid morbus, quid dispositio, quid causa dispositionis.

Methodus diſtinguendi rerum diuerſitatẽ a nominũ diuerſitate.

plura eſſe:neq; pauciora, quæ in propoſita diſceptatione contineantur. poſtremo vt accommodato rerum cuiq; ſuo nomine ſic reliquum ſermonem abſoluas, nec mutans dehinc: nec transferens nomen vllum. ſed cui rei ipſe ab initio impoſueris: de eadem perpetuo vſurpans. Quippe ita et dilucida doctrina efficitur, atq; a cauillationibus quas homonymia parit, libera. et quod fruſtra eſt additum, facile deprehenditur. & quod deficit cito inuenitur. et quæ conſonant diſſonantq; maxime in eiuſmodi explicationibus exacte diſcernuntur.

VI Ergo illud repetamus denuo. viſus oculorum actio eſt, locutio linguæ, inceſſus crurum. Ipſa rurſus actio, motus eſt actiuus. Iam horum ipſorum motus: immutatio eſt eius quod præfuit. Actiuus qui a ſe editur. Paſſiuus qui ab alio quopiam extrinſecus poſito, excitatur. Veluti volatio, actio eſt animalis volatilis. & inceſſus animalis greſſilis. Quod autem ab alio ſic agitur: vt locum mutet: id vtiq; nõ agit. ſed patitur. Egit nãq; qui ex Pireo Suniũ cõmeauit. Quippe motus actiue eſt: id eſt ex ſeipſo. & propria natura. Cõtra paſſus eſt, qui ex Pireo Suniũ nauigauit. vtpote qui naui vectus eſt. At quoniam motum prioris, eſſe habitus mutationem diximus. Ea vero immutatio dupliciter fit. Nempe aut in qualitate, aut loco: vtiq; mutatio quæ in loco agitur latio dicitur. quæ in qualitate, alteratio. Ita videlicet vt ſit latio, ĩmutatio, vel demutatio, vel mutatio prioris loci (de induſtria enim multis ſum vſus nominibus. maxime ſcilicet inſinuare ſtudens, qđ licet vnius rei multas definitiones efficere, quæ vocibus tã tum: non etiam notionibus differant). Alterationem vero, vel mutationem in qualitate, vel demutationem eius, quæ præfuit qualitatis, vel immutationem in qualitate, vel tranſmutationem qualitatis, vel quomodocunq; aliter auditori quod dicitur clarum fore ſperaueris. Quippe huc tibi varietas interpretationis ſit vtilis. Ergo viſio (nam redeundum ad oculum eſt) actio partis eſt, oculus vero, ipſa eſt animalis particula. Nam particulam, an partem dicas (vt prædiximus) nihil refert. Inſtrumẽtum vero appello animalis partem, quæ perfectam edere actionem poſſit. Veluti oculus viſionem, & lingua loquelam, & crura itionem. Ad eundem modum & arteria, & vena, et neruus, tum inſtrumenta: tum partes animalis ſunt. Pro hoc nãq; nominũ vſu non a nobis modo: ſed etiam veteribus definito: oculus quidem & pars, & particula, et inſtrumẽtũ vocabit. cornea vero tunica, particula & pars. non autem inſtrumentum. Simili modo & quæ rhagoides, & quæ arachnoides, & quæ amphibleſtroides græce dicũtur. Quippe quarũ ſingulæ primũ qdẽ ac maxime oculi particulæ ſunt, & quia is etiã faciei pars eſt: itidem & illæ faciei ſũt

Latio quid

Alteratio quid

Inſtrumentũ quid.

partes. ſed ſecunda quadam ratione. ita vero et totius corporis partes ſunt: propterea quod facies ipſa totius corporis eſt portio. homœomeres vero.id eſt ſimilaris pars eſt. ſicut ipſum clare indicat nomē.quæ vndiq; in ſimiles diuiditur.Veluti in oculo vitreus humor, & cryſtallinus, et tunicarum propria cuiuſq; ſubſtantia. Porro hæc latius indicata ſunt in diſſectionum commentarijs. Hic vero ea tantum dixiſſe ſat eſt, quorum ad id quod inſtat meminiſſe eſt opus. Eſt autem opus oſtendere in ſingulis particulis plura ineſſe quæ inter ſe diſſideant.nec tamen a medicis omnibus ſint percepta.hoc autē vtile eſſe prædiximus ad nomina a nobis recte vtenda.vtiq; cuius cauſa nunc id tractandum ſuſcepimus. Indicabitur autem, & ad ipſam nobis propoſitam methodum maxime neceſſarium. Eſt enim inſtrumentum oculus.actio vero viſio, vna ex particulis eius ſimilaris, ac primum viſionis inſtrumentum, cryſtallinus humor. ſicuti in libris vbi de ijs egimus monſtratum eſt. Id nāq; eſt quod alterari debet, ab aliquo extrinſecus occurrentium colorum. vt animal videat: alterari vero non potuit, niſi purum omnino perſpicuumq; eſſet. At purum ita perlucidumq; eſſe non poſſet, ſine eo quod nunc obtinet temperamento. Quippe oſtenſum eſt vnamquāq; rerum talem eſſe qualis eſt, propter calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperamentum. Eoq; fit, vt ſiquid horum magnopere immutatum ſit: aut plane non videbit: aut male videbit animal. Verum hoc nobis parum adhuc conſtat, modo artem quærere orſis. Nec oportet aliquid ex ijs quæ poſt ſunt inquirenda, velut ſcitum præſumere. Nec ipſe huius gratia eorum quæ de cryſtallino alibi dixi mentionem feci: ſed claritatis cauſa eorum quæ nunc ſunt dicenda. Videntes enim oculum probe munus ſuum obire, ac rurſus nequaq̄ videre, atq; illud ſanitatem eius, hoc morbum, vel vitium, vel quicquid libet vocantes: (nihil enim ad rem propoſitam refert): quærimus deinceps quæ demum ſit eius noxæ cauſa. Vnde inquies ad hoc moti? Certe ex indemonſtrabili axiomate. de quo inter omnes conuenit. propterea quod intelligentiæ euidēs eſt. Quod ergo eſt id axioma? Nihil aſq; cauſa fieri. Quippe hoc non conceſſo: non datur aut læſæ viſionis: aut prorſus amiſſæ cauſam requirere. Sed qm̄ id ex ijs eſt: quæ intelligentiæ ſunt manifeſta: præſumētes iam aliquam ſubeſſe læſionis cauſam: ad eius inquiſitionē venimus. Ergo hanc cauſam ſeu affectū aliquē corporis: ſeu corpus certo modo affectum appellare velis: nihil ſane vt ad rem propoſitam intereſt. Illud omnino fateberis aut morbum ipſum hanc eſſe: aut ſiquidem morbus eſt ipſa actionis læſio affectum qui huic officit morbi cauſam eſſe. Exiſtitq; hoc loco rurſus de nomine contro-

Axioma, nihil abſq; cā fieri.

uerſia, ipſum ne oculorum affectum, a quo viſus læditur morbũ vocemus: an ipſum actionis vitium. Verum ſiue quis actionem viciatã morbum dici velit: vtiq; multo prius ſtatuat neceſſe eſt, ſanitatem eſſe naturaliter ſe habentem actionem: ſiue affectum, quæ actioni incõmodat: multo quoq; ante qui ſecundũ naturã eſt. ſiue hũc affectum, ſiue conſtitutionem dici velit: ſanitatis vocabulo appellet. Quippe commitere, vt cum inter actiones poſueris ſanitatem: in affectib⁹ exiſtimes ſtatuendum morbũ. aut contra cum in partium conſtitutione ſanitatẽ: in actionis vitio morbũ: tum reliquis methodicis: tum vero principi huius inſaniæ Theſſalo digna ſententia eſt. Etẽ omnes fere qui ſunt indocti huius inſaniq; dogmatis ſectatores ſanitatẽ eſſe naturalium actionum firmitatem, ac robur aiũt. morbum vero nequaq̃ actionis læſionem, & infirmitatẽ. ſed alij corporis quẽdam affectum, alij corpus certo genere affectum. Qua quænam obſecro maior dementia ſit? Hoc eñ vel quiuis dephendat non oportere in altero ſanitatem, in altero morbum, ſed in vno omnino genere ambo conſtitui. Siquidem contraria ſunt quæ in eodem genere plurimum inter ſe diſſident. veluti cãdidũ & nigrũ. Etẽ vnũ eſt hoꝝ gen⁹ color. Ideoq; ſi cõtraria inter ſe ſunt ſanitas, atq; ægritudo: in quocũq; genere eorũ quæ naturaliter ſe habent ſtatuetur ſanitas, in ipſi⁹ innaturali habitu ponet morbus. Quare ſi ſanitas actio eſt quæ ſecũdũ naturã ſe habeat: omnino morb⁹ præter naturã actio fuerit. Sin aũt affectio q̃piã, aut conſtitutio naturaliter ſe habens, ſanitas eſt: et morbus, affectio conſtitutioue præter naturam neceſſario fuerit. Ac Theſſalus quidem finire morbum ne aggreſſus quidem vſq̃ eſt. quin potius ariolãdum nobis reliquit, de qua re vocabulum id enunciet. Quod enim nihil intereſſe cenſeat inter morbum, & pathos: iam tibi in ipſius hominis cõmentarijs oſtendimus, in q̃bus tranſlaticie ambo ponit, trãfertq; vtrũq; in alteri⁹ locum. ceu nihil interſit hoc: an illo modo loquaris. Eius vero ſectatores vniuerſi ſurſum deorſumq; aguntur, ratiocinantes, ac ſe tegentes, omniaq; facientes, vt vel obſcure loquantur, vel omnino non vt Theſſalus ipſe atq; ante hunc Themiſo, qui fundamentum illis huius inſaniæ iecit. Quod ſi tibi ea quæ Proculus, & Rheginus, & Antipater, ad hæc quæ Eudemus, Mnaſeus philo, & Dionyſius in hoc genere prodiderunt: dicere velim, vtiq; a propoſita tractatione, quæ & ſcientifica eſt: & ipſũ quod vtile ſit docere conatur, imprudens excidam. Verum de horum diſſidentia licebit aliquando, fortaſſe etiam in ſequentibus mentionem facere. vnaq; cum his Menemachi, qui omnes eorum res aſtutius turbauit, atq; confudit. & nugacis Olympici, cunq; hoc

In Theſſalũ multa.

contraria q

Themiſonẽ fũdamentũ inſaniæ iecisse.

etiam apollonidæ, & Sorani et qui adhuc viuit Iuliani. quẽ vtiq; & nos conuenimus. vt viua videlicet hominis voce meras nugas condiſcerem. ſed nec is explicare potuit quid morbus, pathoſue eſſet. Cuius rei vel maximum ſignum eſt, quod cum viginti plus anni iam ſint, ex quo illum Alexandriæ conuenimus, ſcripſeritq; iterum atq; iterum inſtitutiones (nam has aſſidue trãſponit, transformatq; nunq̃ ijs quas ſcripſit contentus) :nuſq̃ tamen earum eſt auſus, quid morbus ſit prodere. Tametſi certe adeo ea quæ nihil ad rem pertinẽt in ijs agitet: vt etiam illud inquirat, ſit ne pictura medicis ex vſu. Et tamen tam multa taliaq; cum ſcribat. nec diſſimulare habeat, ſicut nec Menemachus quaſi methodicæ ſectæ abſurditatem clare nõ norit: ne in hodiernum quidem diem in inſtitutionibus ſuis vſq̃ ſcripſit, quid morbum pathoſue nominet. Mihi certe ipſum interroganti adeo multa obſcuraq; reſpondit: vt nihil eorum quæ dixit plane intelligerem. cogererq; illud tantũ homini dicere. quod mihi deſciſcere ab Olympico videretur. quãq̃ is auus doctrinæ ipſius fuerat. Nam Iulianus hic Apollonidæ Ciprij, Ille Olympici diſcipul⁹ fuerat. Ergo Olympicus vti dixi ſanitatem morbumq; finire auſus, illam eſſe affectum aiebat, qui in abſentia ſit morbi. Rurſus morbum mutationem a in naturali in id quod præter naturam ſit, ſtabilem. Quorum ſane vtroq; multa ſunt a ratione aliena, quæ & tũc Iuliano expoſui: & nũc ſummatim dicam. Quod enim inquam confuſionem facit, id eſt quod Olympicus non illud tantum abſolute dicit, ſanitatem affectum eſſe poſitum extra morbum: ſed etiam illud definitioni adijcit, quem affectum definimus naturalium actionum conſtantiam, & firmitudinem. Haud enim conijcere valeo in ſola ne actionũ conſtantia: an in corporis affectu. an in ambobus ſanitatem ſtatuat. ſed forte vt vtiq; cũ reliquis methodicis aſſolet cõfuſe alieneq; abuti græco℞ vocib⁹: ita nunc quoq; affectum non ad corpus: ſed ad actiones refert. vt nimirum ad hunc modum definitionem intellegas. Sanitas affectio eſt actionis in abſentia morbi. Porro iuſtum (arbitror) fuerat alterum duorum definitioni adieciſſe, aut actionum: aut corporis. vt videlicet aut ita ſe haberet finitio, Sanitas eſt affectus actionum in abſẽtia morbi: aut certe talis. ſanitas eſt affectio corporis in abſentia morbi. Quin etiam ſi ambo iungere voluiſſet: ita quoq; licuiſſet. vt dilucide: ſic breuibus dicere. ſanitas eſt affectio tum actionum: tum corporis in abſentia morbi. Quid autem cum ſubijcit. Quem affectum definimus conſtantiam, ac robur actionum, naturam ſuam tuentium, vtrum ne pars hæc fuerit eius quod prædictum eſt, iũgendaq; tota definitio eſt ad hunc modum. ſanitas eſt af-

In olympicum.

fectus corporis, in abſentia morbi, & conſtantia actionum quæ ſecundum naturam ſe habent, ac robur: an iſta ipſa p ſeipſam perfecta definitio eſt. ac quid ſanitas ſit docens. prout ſane nõnullis methodicorũ placuit. qui ſanitatem eſſe dixerunt, conſtantiam ſecundum naturam ſe habentium actionum? Verum ſi hæc abſoluta eſt: haud ſcio quid doceat ea quæ ante dicta eſt, quæ affectum eſſe ſanitatẽ præcipit. Quippe illud quod dixit in abſentia morbi: eiuſmodi plane eſt, quod vel puer explodat. Cum ſi ita definire permittitur: manifeſtũ ſit, & morbum fore affectũ corporis in abſentia ſanitatis. ita videlicet: vt vtraq; definitio, non quid ſit id quod quæritur, ſed quid non ſit, doceat. Sed mittamus (inquã) ſi placet, & hæc, cum ſint ad rem non ad modum neceſſaria. Illud certe præterire diſſimulareq; non licet, quod in ſanitatis explicatione omnia actionibus tribuantur. vel ſolis: vel etiam confundendo inuoluendoq;, ac obſcure quodam modo miſcendo ipſum affectionis vocabulum. In ipſius vero morbi definitione, nulla ſit actionum mentio. Nam illud dicere ſatis habuit, morbũ eſſe mutationem corporis a naturali ſtatu, ad eam quæ præter naturam ſit conſtantem, & ſtabilem. Ac debuerat inquam, aut in actionibus: aut in affectibus vtrũq; conſtituere. Quid vero mihi reſponderit & ſæpe tibi iam mi Hiero narraui: & nunc repetere non erit alienum. Nihil (inquit) miri eſt, in actionũ conſtantia cum robore ſanitatem poni. in affectu corporis præter naturã, morbũ. Neq; eñ contraria ſunt, vt tu reris, inquit. Eſt eñ eorꝫ aliquid mediũ. quod nec ſanitas ſit: nec morbus. Quo ego ſermone audito: abij ſtupefactus, ſimul ac dolens. fatẽdum eñ eſt quod accidit. Antea eñ neminem vnq̃ eorum qui in tanta eſſent opinione prorſus ſtupidum conuenerã. tũ autem primum conueniens merito obſtupui. non quod is ſolus adeo ſine ſenſu eſſet: ſed quod multos etiã alios haberet diſcipulos, qui cũ ſtatim in initio doctrinæ ſuæ methodicos ita errare viderẽt: tamen a ſecta non deſciſcerent. aut ſi omnino non viderent: prorſus eſſent attoniti. Nam quid quæſo ad rem? morbum ſanitati non eſſe contrariũ, propterea quod aliquid eorum ſit medium. Patet eñ hac ſcilicet ratione non fore album nigro contrarium. propterea quod eorꝫ ſint media, flauum, & fuſcum & rubrum, & pallidum, & reliquorũ colorum ſinguli. nec calidum frigido, quippe horum quoq; ſunt media, tepidum, & temperatum. Ac ſapientes iſtos methodicos cum nec leui: nec ſpernendo lapſu ſic ſint inter initia ſtatim lapſi: ſperemus ne veritatẽ vllã eaꝝ quæ ſequãtur, poſſe intelligere? minie ꝓfecto. Quippe q̃ in arte medica ſpectantur, oĩa ex his pẽdere docebimus. idq; merito. ſiquidẽ in ijs artibus q̃ methodo aliqua tradũtur, eaꝝ cõſtituẽdaꝝ prin-

cipiũ, eſt finis ipſius notio. Ac in huiꝰ qdem noticia alijs quoq; ꝑmul
tis varie eſt erratũ. alijs medicinæ finẽ eſſe affirmantibꝰ plerũq; ſana
re: Alijs ea facere quæ ſint ad ſanitatẽ cõducibilia. alijs morboꝝ cau-
ſas adimere. alijs ꝑ ſe queq; omnia pagere. alijs ꝓut cuiq; ſuccurrit,
ac de his definire ſeorſum conueniet. Nemo tamẽ adeo fuit ſtupidus:
vt in alio genere poneret ſanitatẽ, in alio morbũ. ſed vel actionibꝰ na
turaliter ſe habentibꝰ eos tribuit: vel partiũ cõſtitutionibus, quos ali
qui affectus vocãt. Siue autẽ in actionibus naturaliter editis ſit ſani-
tas: in ijs quæ ꝑter naturã ſunt, erit morbus: ſiue in cõſtitutionibꝰ na
turaliter ſe habentibus: in ijſdem præter naturam ſe habentibus, erit
morbus. ſiue in affectibus: in his ipſis erit & inualetudo. Neq; ẽm pro
funda vlla ſpectatione ad hoc eſt opus. Tantũ ſufficit nõ eſſe ꝑuerſũ.
Nam qs obſecro dubitet, ſi videre ſanitas ſit: morbum eſſe vel cecuti-
re: vel omnino non videre? Quis non intellegit: ſi audire ſanitas ſit:
non eſſe morbũ vel ægre audire: vel prorſus nõ audire. Pari modo ſi
cõcoq̃re bona valetuto eſt: vel male concoq̃re: vel plane nõ cõcoq̃re:
ĩualitudo eſt. Et ſi ſuo aliquẽ arbitrio moueri ſanitas eſt: vtiq; morbꝰ
fuerit, & cõuulſio: et palpitatio. quẽ palmõ vocãt. & neruoꝝ reſolutio
et tremor, & deniq; quicqd volũtariũ motũ, vel penitus deſtruit: vel
etiã impedit. Ad hæc ſi naturaliter ſentire ſanitatis opus ſit: inſenſibi
litas, & vitioſus ſenſus, & ſtupor, & dolor ægritudines erũt. Rurſus
ſi ordinate reſpirare ſanitas eſt: vtiq; ſpirandi defectus, vel inæquali
tas morbus eſt. Atqui ſi hi morbi ſunt: dubiũ nõ eſt particularũ affe
ctus, ex qbꝰ hæc edunt morboꝝ eſſe cauſas. nec oportere aut phleg
monẽ: aut ſcirrũ, aut eriſipelas, abſceſſũ, aut vlcus, aut tumorẽ mor-
bos dicere. Cõtraq; ſi hæ ægritudines ſunt: manifeſtũ eſt, nullũ illoꝝ
eſſe morbum. Quippe duo rerũ genera ſunt nuſq̃ inter ſe ſimiliũ. ſed
omnifariã diſſidentiũ & tota natura differẽtium. alterũ hoꝝ generũ
corpus vocãt: alterũ actionẽ. Ergo oculꝰ, & lingua, & auris, & crus,
atq; id genus ſingula, corpora ſunt certo modo affecta. viſus, auditꝰ,
ſermo, inceſſus, actiões prædictoꝝ ſunt corpoꝝ. Si itaq; in certo quo
dam corpoꝝ habitu ægritudo cõſtituitur: certe in certo quodã actio-
num habitu non ſtatuetur. E diuerſo ſi in hoc morbus cõſiſtit: planũ
rurſus eſt in corporũ affectu non eſſe. Verũ quod affectus ipſe cauſa
ſit, actio vero id quod ab affectu corporis efficitur: id vero eſt quod
præter cætera & fatendũ medico ſit: & obſeruandũ. Adeo quiſqs hoc
ignorat, is in re labit, q̃ plane eſt ex neceſſarijs. At q vel actiõis leſio
nẽ: vel corpis affectũ aliquo noĩe appellat: quãq̃ parũ cõueniẽter no-
"minat: poteſt tamen de rebus ipſis rectam habere ſententiam. Contin
"git autem non ex nominũ: ſed reꝝ recta opinione, ipſa cõmoda mor-

Variæ opiniones de medicinæ fine.

Duo genera eſſe quæ tota natura diſſideãt.

borũ curatio. Iam hoc ipſum multos medicorꝝ ignorãtes inuenias. putãteſq; in rebus diſſidere eos, qui corporꝝ affectus, morbos eſſe cẽſent: ab ijs qui in actionis vitio, eoſdem cõſtituũt. Atq; horꝝ omniũ errorꝝ, q & ſæpe iã dicti ſũt: & poſt dicẽtur: vnica cauſa eſt, qđ qui inuenire qduis logice ſunt aggreſſi: nõ fuere in logica methodo exercitati. ſed ſimul veluti ratione cogitationeq; exercitati fuiſſent, ab experientia deſciuerũt: ſimul cũ in ijs inexercitati eſſent, magnopere ſunt lapſi. Siquidem millies eos de noĩbus, tanq̃ de rebus litigantes inuenio. Rurſum vbi rem quãpiam maximã ignorarũt: nomẽ ſe ignorare putantes, veluti in eo quod nũc eſt ꝓpoſitũ, diſcernere nequeũt, corporis quidẽ ſtatũ, cauſæ rationẽ ſuſtinere, actionẽ, eius quod ab eo ꝑficitur. ſed nec quod ſanatur: id eſſe corporis affectũ. Quippe comitatur neceſſario hunc naturaliter ſe habentem: naturalis actio. Contra ſi a natura receſſerit, vt actio ſtatim præter naturã ſe habeat, porro ĩ hoc totũ vertitur. eſtq; hoc principium ac veluti primũ quoddã elementũ omnis methodi. quæ de medendo inſtituit. Cæterũ an hoc ipſum appellare morbũ oporteat: an actionis vitiũ: id eſt de nomine dubitare. Dicemus autem aliquid & de nominũ vſu. ſicut in alijs prius iam fecimus. Verum nunc de ipſis non diſtinguo. Quo videlicet hoc ipſum rerum fide magis comprobem, oſtendamq; quodnam ſit huius de medendo principium methodi et radix. In quo cũ alij multi ex ijs qui rationales ſe dogmaticoſq; appellant: tũ vero ꝓbi iſti methodici ſunt falſi. Atq; illud quidẽ ijs q prudẽtes ſunt iã quodãmodo apparet. nihil eſſe aliud, quod a medicis curetur: quã corporꝝ affectũ. veluti ꝓximo libro mõſtrabitur. Nũc illud nobis ꝓpoſitũ erat vt ignorãtiã eorꝝ corrigerem⁹, q quot in vniuerſum res ſint, quæ in pſenti diſputatione ꝓximæ inter ſe habeant: ignorant. Videtur enĩ vnũ harꝝ genus eſſe ipſorꝝ corporꝝ, alterũ actionũ. Ac corporꝝ qdem gen⁹ præcedere actiones. eaſq; gignere. has vero ſequi. idq; ſi corpora naturaliter ſe habeant: inculpabiles, ac naturales. Sin ꝑter naturam ſint affecta: aut nullas prorſus: aut omnino certe ĩpeditas, Tertiũ præter hæc gen⁹ eſt cauſarꝝ, q̃ hos affectus creãt. Nã quã rationẽ habet affect⁹ ad actionem: hanc alterũ quippiã ad ipm affectũ omnino habeat oportet. illo dũtaxat euarians, quod affectus cum actione vna conſiſtit. nec poteſt vſq̃ aut proba actio eſſe ſine corporis naturali affectu: aut vitioſa: niſi cum corpus ſit vitio affectum. Eius autem affectus q actionẽ impedit, cauſæ poſſunt quidem non etiam eſſe. poſſunt autem & adhuc manere. Ergo diuerſæ omnino ab affectibus cauſæ ſunt. Ac tertium hoc iam inuentum genus diuerſum eſt, & ab actione: & eo qui hanc gignit affectu. Ab hoc quartum aliud genus eſt, eorum quæ cũ

Redit ad rẽ ꝓpoſitã.
Quæ res in pñti diſputatiõe ꝓximæ inter ſe ſint.

corporib⁹, & naturaliter: & præter naturã ſe habẽtibus inſint: actioni nec commodant: nec incõmodant. Sicut exempli cauſa, color corporis ex diuturna in ſole mora niger ex candido factus. aut contra vbi verſatus in vmbra quis ſit, ex nigro candidus. aut ruber, lauãtibus: aut pallidus, timentibus. Quippe hæc nec actiones ſunt: nec corporis affectus, qui ſint actionis cauſæ. multoq; minus ipſæ cauſæ, quæ affectus qui præter naturam ſunt, creent. ſed ſymptωmata quæ diuerſas corporum alterationes neceſſario ſequũtur. ſiue hæ ſecundum naturam: ſiue præter naturam ſe habeãt. Ergo cum quatuor definita genera iam ſint. Ex quibus vel noſcendis: vel non noſcendis, probe ſecuſue incipiendam eſſe medendi artem, monſtrabimus: liceat de cætero cuiuis, prout volet, ijs nomina imponere. veluti affectũ corpo℞ præter naturam ſe habentem, cum actionem aliquam vitiat: morbũ ſi placet appellato. Ipſum vero functiõis vitium: inſigne quoddã morbi ſymptωma. Quæ alia ratione accidunt, ceu colores: ea quoq; ſi volet appellato ſymptωmata. Cæterũ ea diſtinguat a fũctionum vitio. atq; ſi hoc inſigne morbi ſymptωma vocet: illa familiaria propriaq; nominet. Quædam etiam præter hæc: ſi volet nec familiaria: nec propria. ſed forte quadam incidentia. Quartum vero ab ijs genus ſtatuito, quod ſit inſalubrium, ſiue (vt ita dicam) morbificarum cauſarum. Atq; harum quæ quidẽ in ipſo animalis corpore cõſiſtũt: internas nominet, quæ extrinſecus: externas. niſi malit, vt nunc vulgus medicorum inſueuit, illas antecedentes: has primitiuas vocare. Poſitis autem pro arbitrio vel hoc: vel illo modo nominibus, dummodo clare, & ex vſu legẽtium: nec mutet poſtea: nec alteret eo℞ vſum. ſed perpetuo per omnem diſputationem obſeruet. quo & quæ dicat facile intelligamus. & refutationes, redargutioneſq; omnes ad aliquid clarum, diſtinctũq; referamus. Qualiter inquis, & ad quem modum. Nam id quoq; indicandum adhuc arbitror propter ſtupidos iſtos methodicos. Nempe eſto dicat aliquis phlegmonẽ affectũ eſſe præter naturam. ipſam vero leſam, phlegmone laborantis particulæ functionem: morbi inſigne ſymptωma. veluti pedum quidem leſum, ingreſſum. oculorum, viſum. auriũ, auditũ. Ruborem autẽ, & tẽſionẽ, & renixũ, & tumorẽ, q præter naturã ſit, ac phlegmõis ſuccedat: diuerſum quoddam genus ſiue ſymptωmatum, ſiue accidẽtiũ, ſiue quo alio nomĩe appellare malit. illud modo ſciat clareq; definiat, non eſſe idem genus cum vitio actionis, Rurſus ſanguinis redundãtiam (ſi forte hæc fuit) internam phlegmones cauſam. externam vero ciborum abundantiam. Ergo ſicuti ipſe exempla ſermonis habendi clara poſui, & quatuor genera diſtinxi, ac notiones eorum

Quatuor ſibi ꝓxima genera. Duplex ſymptωma vel etiã triplex.

Duplex cã.

dixi:ita & Theſſalo arbitror faciendũ fuit. preſertim poſt tot, & tantos viros, quos ſe viciſſe prædicauit, nouam ſectam cõdituro. Nunc vero nec ipſe apertum quicq̃ attulit: nec ſectatorum eius quiſq̃. Olympicus enim cum auſus ſit definire quid pathos ſit: non eius, ſed ſymptomatis retulit notionẽ. In ſũma igitur nec quid pathos ſit: nec quatenus a morbo differat intellegunt. Verũ hoc nos in ſequentibus docebimus. ſimul enim omnia dici nõ poſſint. Verum conceſſo ijs idem eſſe morbũ ac pathos: inſpiciamus ea quæ dicit Olympicus. Pathos inquit eſt conuerſio corporis a naturali habitu, in eum qui præter naturam eſt permanens. Poſt paululum progreſſus: ſciendum ait eſt differre a ſymptωmate pathos. quod pathos vt paulo ante dixi affectus corporis eſt præter naturam permamens. ſymptωma quod huic accidit, quodq; in ijs quæ præter naturam ſunt ſpecialẽ, ac magis etiã particularem, figurationẽ habet. Hæc eſt egregia interpretatio ſapiẽtis Olympici. qui pathos ac ſymptωma finire eſt auſus. Quæ ſane tot vitijs ſcatet: vt mihi in mentem veniat illud ſtulti ad cribrũ, negantis inuenire ſe quid eius obturet, aut nõ obturet. Quid enim primũ ex ipſis dicas. aut q̃d omittas? Quippe omnia refutare quæ perperã ſunt dicta: longum ſit. Num omnis mutatio ab eo quod ſecundum naturam ſe habet, ad id quod præter naturã eſt, morbum cenſetis. ſi modo ꝑmanentiã illi adſit? At vos tum coloris vitium: tum atrophiã, id eſt affectum in quo corpus non nutritur. ſymptωmatis nequaq̃ morbis adnumeratis. Quid autem cacochymia, id eſt vitioſus ſuccus. Quid cachexia. i. malus corporis habitus. Quid ſucci defectus. Quid vero ipſa redundãtia. nõne præter naturam ſunt? Si ergo permanentia his accedat: inter morbos numerabuntur. Atqui nec ipſi id vultis. & merito ſane. Etenĩ ſupra id quod præter naturã ſit affectus: adijci oportet etiam aliquam ab eo ledi actionem. Nam quoad illeſæ hæ omnes ſeruantur: etiam ſi millies corpus ſit alteratum mutatumq;: nullus tamen eorum affectuum morbus eſt. Quod enim curationem deſyderat: aliud plane nõ eſt: quã affectus qui vitiat actionem. Siquidem quod primũ maximeq; deſyderamus, id naturalis eſt actio. propter hanc, & naturalem ſiue eũ affectum, ſiue conſtitutionem nominare velis. Videre nanq; & audire, & loqui, & ingredi, indigemus, non autem oculis, auribus, lingua, aut cruribus. Nam ſi videre alia particula liceret: quis oculorum eſſet vſus? Et ſi alio quouis inſtrumento audire liceret: quæ auriũ eſſet vtilitas? Pari modo & lingua, & cruribus, minime ꝑfecto eſſet opus: ſi loqui, atq; ingredi ſine his poſſem⁹. Ac videre quidem, noſtra ipſorum cauſa indigemus. Oculis non noſtra, ſed ideo: vt videamus. Iam linguam, aures, crura, nõ propterea

In olympicum.

Stulti ad Cribrum.

Nullũ affectũ morbũ eſſe priuſq̃ actionem ledat.

Quod primũ deſyderam⁹, id actio ipa eſt.

Q̃d ꝑpter hãc & ſcd̃o naturalis affectus.

requirimus: vt inſtrumentis & multis affluamus partibus: ſed loquelæ gratia, & auditus, & inceſſus. Quippe demortua quauis particula. quæ abſcindi poteſt, veluti digito, pede, aut ſumma manu: nõ patimur hanc ocioſam geſtare, ac veluti pondus extraneum circũferre. illud clare hoc ipſo declarãtes, haud quaq̃ nos particulis illis: ſed functionibus egere. Veluti igitur totam particulam actionis cauſa requirimus: eodem (arbitror) modo naturalem quoq; eius cõſtitutionem, actionis gratia deſyderamus. Sicuti enim ſupra diximus cauſæ vicẽ ad actionem, cõſtitutio præſtat. Quæ vero cõſtitutionem vnde actio naſcitur neceſſario ſequuntur: ſanis quidem nobis accidentia, ægrotantib⁹ ſympt𝛚mata nũcupantur. Atq; hæc quatuor genera ſunt, omnium quæ in corpore noſtro habentur, ſeu ſecundũ naturam nos: ſeu præter naturam habuerimus. Actio, conſtitutio, quæ has præcedunt, quæ ſequuntur. his dehinc nomina, qui volet, imponito. Singulis ſeorſum. ac Dionem, aut Theonem appellare velit eorum quodlibet, mea nihil refert. illud modo intellegat ſeruetq; vbiq;, quatuor in vniuerſum res eſſe, quæ ſitæ inter ſe proxime ſint. Et quoniam huc ſermonis veni: videor mihi hoc iuſte exigere vt ſicuti nos illis permittim⁹, quæ velint nomina indere: ita illi inuicem nos vſitatis & antiquis vti ſinant. Alioqui ſane graue atq; adeo iniurium ſit, ſi illis ſoloeciſmũ cõmittere tyrannorum ritu licebit: nobis vel græce vel latine loqui non cõcedetur. Vocanto ſi placet ſanitatem, ipſarum functionũ cõſtantiã. Quãq̃ oſtenſum a nobis eſt, affectum conſtitutionẽq; partium cuius ope functiones ſecũdum naturam edimus, ſanitatem ab omnibus appellari. Atq; id cum ſtatuerint ſanitatem: morbum tamẽ cenſento non actionis vitium: ſed qui præter naturã ſit affectum. Tanq̃ ergo nos illos nec græce: latine ve. nec dialectice nominantes, non impedimus: ita illi nobis permittant, & græce latine ve & dialectice non omnem qui præter naturam ſit affectum: ſed qui actioni incõmodat, morbum nominare. qui præter naturam ſit, nec tamen actionem obturbet: non morbum: ſed morbi ſympt𝛚ma. Rurſus ſicut illi permanentiã adijtiunt, nec indicant quot horas eiuſmodi affectus moratus: morbus ſit cenſendus: ita illi nobis concedant, illud permanentiæ nomẽ ſubtrahere. Nam ſi quis ſiue tribus horis: ſiue quatuor, ſiue horæ tantum dimidio, toto corpore vehementer ſit arreptus, ſic: vt neq; ſentiat: neq; moueatur: hũc nos apoplecton, ſiue attonitũ dicimus. Aequæ ſi quis conuulſus toto corpore ſit: hunc etiã cõmitiali morbo laborare. nulla nec horarum: nec dierum ratione habita. Quippe nomina id genus, naturæ rei, nõ temporis modi ſunt inditia. Non aliter: quã album, & nigrum, & calidum, & frigidum. alioqui mirum mehercule ſit, ſi aqua

Quæ accidentia & Quæ ſympt𝛚mata.

calida:calida nō ſit, niſi perpetuū diem talis perduret. aut qui ſex horis febricitauit: non febricitauerit. oportuiſſe enim vt febricitauerit: duraſſe malum. Quā͞q quod tempus id ſit quod duratione͞ illam iuſta ne fuerit: an ſecus determinet, nemo eorum tradidit. Vtrum ne dierum aliquis numerus ſit: an me͞ſium, an horarū. aut cur durabilem dicant: cum licuerit diuturnum dicere. aut cur hoc quidem mutantes, nōnulli eorū difficile ſolubile͞ dicant. At certe hoc non generaliter morbi: ſed longi morbi proprium eſt: perinde ac facile ſolubile, breuis. Verū ex iſtimare referre ægre ſolubilem, an durabilem, an diutinū dixeris nōne extremæ eſt ruditatis? Iam illud profecto magis mirū, quod ipſi veluti a graui ſomno experrecti diſtinguere pathos a ſymptωmate aggrediuntur. cū author ſtupiditatis eorum in ſecundo de methodo, ſic ſcribat. Eadem nāq; cū præcedunt: pathe dicuntur. cū ſuccedunt ſymptωmata. quāuis etiam longe mirabilius hoc ipſum ſit: quā ea quæ ab illis dicuntur. vtiq; iocinoris phlegmonen, ſi primo ſtatim die irruat: pathos eſſe concedere. ſin alteri cuipiā, ſecundo, aut tertio die ſuccedat: abire in ſymptωma. Quā͞q quid diem ſecundam memoro. Cum meli⁹ ſit horā ſecundam ab inuaſione dicere. An enim in ſecundo die phlegmone iocinoris, in ſymptωma migrabit? in ſecūda ab initio hora nō migrabit, nec ſymptωma erit? Cum illud ſaltem quod eſt, alicui quod præceſſit ſuperuenire illi omnino cōpetet. At quod tam celeriter inquiunt ſuperuenit, ab eo quod vna irruit: nō diſtat. Rurſum igitur dictum ab illo clare oportuit quod horis determinet diſtīguatq;, quod ſuperuenit: ab eo quod vna inuadit. Ac Theſſalus quidem eiuſmodi eſt. Olympicus vero, ceu in arcem ipſam ſapiētiæ euectus: nō ita pathos a ſymptωmate diſcernit. ſed pathos id eſſe quod dictum eſt. ſymptωma vero quod huic accidit. Mirifice videlicet ac dilucide eſſentiā eius interpretatus. Quippe quid ipſum ſymptωma quod pathos comitatur, ſit: adijcere (vt arbitror) ac definire oportuit. Nū corporis aliquis affectus, nū læſio quæpiam actionis, Nū pariter vtrūq; eſſet. Ac ille quide͞ minime id dicit. ſed nobis videlicet diuinare eſt opus, Illud vero quod definitioni appoſuit, Nempe ſpecialem, atq; etiam magis particulare͞ in ijs quæ præter naturā ſunt, figuratione͞ habens: quā non excellentiam claritatis habet. Atq; etiā nominū græcam perlepidāq; interpretatione͞? Si magis ſpecialem quandā figuratione͞, in ijs quæ præter naturā ſunt, ſymptωma habet: quid ergo eſt quod magis generalem notam habet? Non enim dixit an ſine collatione ad generale, magis ſpeciale liceat inuenire. Sin ad nihil omnino refere͞s, magis ſpeciale pronuntiat. oppido quā diligenter clareq; interpretatur. Quamq̄ & paucis & dilucidis verbis dicere licebat. omnia quæ

In theſſalū

In olympicum.

Breuis & dilucida interpretatio galeni.

circa corpus animalis prætér naturam ſunt, vel morbũ eſſe: vel cauſam, vel ſympt⍵ma. Quibus omnibus cũ illud præter naturã ſit commune: morbus actioni officit. Cauſa ipſum præcedit. ſympt⍵ma illũ ſequitur. ipſum videlicet natura duplex. alterũ actionis leſio: alterum affectio quædam morbum ſequens. verum (vt dixi) ſi quis omnes eorũ errores excutere velit: finẽ dicendi nõ inueniat. ipſeq; mi Hiero optime ſcis: eorum nos ne milleſimã quidem partem refutare conatos. Ergo ſi illud tantũ adiecero: primũ hunc librum hoc loco claudã. Nẽpe quod in ipſo methodi principio: non pauci medicorũ falluntur, vtiq; qui Theſſali ac Themiſonis ſunt emuli. quiq; methodicos ſe appellãt: inſignibus, ac maximis erroribus. Cum his vero nõ pauci eorũ, qui ſe dogmaticos ac logicos nominant. Si quidem, niſi quis omnes affectus a quibus actio leditur innuerit: numerũ ipſum morborum quantus, qualiſq; ſit ad vnguẽ definire non poteſt. Id cum quidam eorũ facere nunq̃ vel tentauerint: tirannorum more quæ ipſis videntur, citra omnẽ euidentem probationẽ, pronunciant. Alij nõ modo ipſi nõ demonſtrant: ſed nec a demõſtrantibus diſcunt. Ac plurima (vt ſcis) medicorum pars qui nũc ſunt in precio, eiuſmodi eſt. nec id fortaſſe mirum. Nam vbi philoſophorum pleriq; citra demonſtrationẽ credendum ſibi poſtulant: quid de medicis mirere, quibus nec vacat, veritatis inquiſitioni vacare. vt qui mane in exoſculationibus (ita enim appellant) ſint occupati. veſperi vino onuſti, ac ebrij. Verum ego veteris tibicinis exemplo mi Hiero, vel cum muſis ipſis certauero. Cum alioqui turpe putẽ, tibicinẽ, qui præſertim haud magnã rem proſpere moliebatur, adeo repertum fuiſſe laudis cupidum, me autẽ qui medendi methodum ab antiquis inquiſitam, non tamen hactenus exacte proditam, inueſtigare abſoluereq; valeam: propter eam quæ hac tempeſtate regnat ignauiam grauari atq; cunctari. Quare contra nunc affectus: q̃ ante, mihi videor. Non enim propriũ vobis, qui me ad medendi artem totam ordine perſcribẽdam hortati eſtis hoc munus dedico. Ac primus liber hic mihi finiatur. Totius quod ſequitur operis ſecundus ad hunc modum deinceps incipito.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER SECVNDVS.

QVæ corporibus noſtris a naturæ ſuæ modo egreſſis. Hiero dulciſſime accidunt, eorum quatuor traditæ differẽtiæ ſunt. Vna ipſius functionis viciatæ. Altera eius qui hanc peperit affectus. Tertia cauſarum quæ ipſum præceſſerunt affectum. Quarta ſymptωmatũ quæ hũc neceſſario conſequũtur. Quod itaq; vel cuncta hæc eſſe morbum oporteat, vel horum quædã, vel certe ex his vnum: id promptũ colligere cuiuis eſt. Cum enim ægrotantibus præter hæc nihil inſit: vtiq; præter hæc morbus non fuerit. Quod ergo reliquum eſt: aut omnia hæc collecta morbus erit: aut horum quædam, aut vnum ſaltem omnino. Sed enim omnium eſſe collectionem, præter id quod neminẽ vſq̃ habuit authorem: etiam dici non poteſt. Nam quæ quæſo morborũ cauſa, aut quod morbi ſymptωma erit, ſi omnium pariter collectio morbus cenſebitur? Neutrum profecto erit. Ergo duo præter morbos genera relinqui neceſſum eſt. Alterum cauſarum quæ hos creant: Alterũ eorum quæ neceſſario ſequũtur, non tamen homini officiunt. Verum ſi hæc abſtuleris: reliquũ eſt vt in altero duorum ſtatuatur morbus: aut ipſis functiõibus afflictis: aut qui has edunt affectibus. Fuitq; & antiqua ſane de hoc controuerſia & hodie diſſident inter ſe omnes, non modo medici: ſed etiã philoſophi. Alij ipſius actionis vitia. Alij affectus vnde actio ꝑdit, morbos nominantes. Et diſſidere viros in rebus tam obſcuris minime eſt mirum, Non intelligere tamẽ eos, quod de nomine contendunt, ſane taxatione eſt dignum. Quippe ſi inter omnes conuenit, ad affectum qui functioni obeſt curationis cõſilia dirigi: quid ad artis officia cõferat definiuiſſe, affectus ne: an læſa functio morbus ſit appellandus? Vtrouis enim modo appellantibus: æger ſanitati reſtituetur, modo quis affectui cõmodis præſidijs occurrat. Hic nãq; eſt quem alterare mutareq; & prorſus ſummouere oportet. nõ vitium functiõis. Nemo enim ipſam claudicationem ſanat. Id enim eſſet ridiculum. ſed affectum qui hanc efficit. Veluti phlegmonen, ſi huius vitio claudicatur. Atq; hanc & perfundit: & cataplaſma ſuper imponit, & ſcarificat. &

per halitum digerit:& omni ratione diſcutere tentat. Vtpote cum hac abolitã reddatur rectus inceſſus. Nec hac ſũmota claudicationẽ corrigere prorſus ſit opus. Cum nec remaneat quicq̃ prauæ functionis, ſi qui huic obfuit prorſus ſit amotus affectus. Quoad vero hui⁹ quicq̃ relinquitur:neceſſum eſt ad portionem eius, actionẽ vitioſe edi. Hũc itaq; affectum ſeu morbum appellaſſe, ſeu pathos vitiũue, ſeu morbi cauſam, ſeu pathus vitijue cauſam quis velit: id nihil ad curationem nec proſit, nec obſit. Sed neq; ſi Theonẽ aut Dionem hũc vocet quis, modo rite ſanet:ne hic quidem ægrotanti officiat. Quinimo ſi quis prorſus ĩnominato eo, tamen quæ ex vſu ægrotantis ſunt adhibeat remedia:non ſolum hic nihil offendet:ſed etiam belliſſime curabit. Verum qui alterum docere volet quæ ipſe tenet: huic prorſus nominib⁹ pro rebus vti eſt opus. in quorum vſu claritas quaſi meta ſpectanda erit. Nam qui ſic nominare quæq; ſtudet, vt qui diſcit clariſſime intellegat:is optimus præceptor fuerit. Quoniã igitur & nos iam docendi munus ingredimur:neceſſe eſt alicubi rebus nomina imponamus. An vero dilucide:id vos eſtimetis licet. Ergo affectus qui actionẽ vitiat, morbus appellator. hunc ſi quid aſſequitur, ſymptωma. quod illũ exercitat, cauſa. His ita diſtinctis:inſpicienda diligenter eſt nominũ diuerſitas, quæ ægritudinibus impoſuerũt ipſorum primi authores. Subinde enĩ a læſa particula ſunt indita, vt græcis pleuritis .i. laterũ compũctio. Peripneumonia .i. pulmonum phlegmone. Iſchias .i. coxendicum morbus. Podagra .i. pedum vitium. Nephritis .i. renum vitium. Arthritis .i. articulorum vitium. Ophthalmia .i. oculorũ phlegmone. & Cephalalgia id eſt capitis dolor. & Dyſenteria .i. inteſtinorum tormina. Subinde ab ipſo ſymptωmate. vt Ileos .i. tenuioris inteſtini morbus. Tineſmos .i. deſidendi aſſidua cupiditas. Spaſmus .i. cõuulſio. Palmos .i. palpitatio. & Tromos .i. tremor. Paralyſis .i. reſolutio. & Apepſia .i. cruditas. Dyſpnoea id eſt difficultas ſpirandi vel inordinata ſpiratio. Apnoea id eſt defectus ſpirãdi. & Agrypnia id eſt vigilia. & Paraphroſme id eſt deliriũ. & coma .i. ſopor, Sæpe ab ambobus. vt Cephalalgia. & Otalgia id eſt auriũ dolor. & Cardialgia id eſt cordis dolor. Odontalgia id eſt dentiũ dolor. Hyſteralgia id eſt vteri dolor. Sæpenumero a cauſa putata. vt Melancholia, oibus. Choleræ, ijs qui a Cnido medicis. Hinc etiã fortaſſis & Leucophlegmatias hyderos quæ aquæ intercutis eſt ſpeties nomen accepit. Nonnunq̃ a ſimilitudine ad aliquid extra poſitum. vt Elephas, ſiue Elephãtiaſis. Cancer. Polypus. Staphyle .i. vua. Leuce id eſt vitiligo alba. Myrmecia id eſt mermecie, ſiue ſeſſiles verrucæ. Atheroma id eſt tuber cui pulticule ſimile quid ineſt, quam græci Atheram dicunt. Stea-

Qui alterũ docere vult huic ꝓ reb⁹ noibus eſt vtendum.

Diuerſa morbis nominũ impoſitio expoſita.

A leſa particula.

Ab ſymptωmate.

Ileos.

A cauſa putata.

Melancholia.

A ſimilitudine ad aliqd externũ.

Elephas.

toma, quod ſeuo ſimile quid continet. Staphyloma, id eſt oculi morbus, cum in ſumma tunica quidam acino ſimile eminet. Meliceris. Anthrax id eſt carbunculus. Alopecia id eſt areæ in capite. Ophiaſis id eſt vitium ſerpentis formã repræſentans. Sycoſis id eſt ficus. Satyriaſmi, & priapiſmi, pudendi præter naturam erectiones. Ipſorũ vero morborum quæ nec locum affectum nomine repræſentẽt, nec cauſam quæ eos effecit: perpauca ſunt nomina. Phlegmone. Gangræna. Scirrhos id eſt durities vix ſentiens. Eryſipelas. Apoſtema. i. abſceſſus. Oedema q tumor eſt laxus citra dolorẽ. Empyema. i. collectũ in thorace pus. Vlcus, ex arthrema. i. luxatio. Catagma id eſt oſſis fractura. Spaſma id eſt conuulſum. Rhegma id eſt ruptum. Colobωma. i. mutilum ſiue curtum. Dothien. i. furũculus. Ionthus id eſt varus. Phyma laxarum partium phlegmone. Quãq̃ horum quoq; nõnulla partim locum corporis ſiue particulam afflictam ſubindicare videntur: partim a prægrauante ſymptωmate nominari. Quod ſi quid citra huiuſmodi inſinuationem eſt nominatũ: at certe differentias ſuas multiformes habet. Veluti vlcus, tametſi ipſo nomine vnitatis ſolutionem in carnoſa parte non iudicet, atq; ita afflictam partẽ vna inſinuet: at particulares eius differẽtiæ variæ ſunt nominatæ. Chironiũ, Telephiũ, Cancer, Herpes, Phagedæna omniaq; id gen⁹, partim ab iis qui primũ ea ſanarunt, vt Chironium: partim ab ipſis qui iiſdem ſũt affecti, vt Telephium. Cancer autem a ſimilitudine ad animantẽ. Phagedæna a ſymptωmate. Similiter Herpes: Verum Phagedæna vlcus omnino eſt. idq; depaſcens, ſiue exedens, ſiue quomodocumq; appellaſſe libet. Herpes non ſemper vlcus eſt, quotieſq; cũ exulceratione eſt, nõ vtiq; ſeruata veteri ſede, vicinas partes depaſcit: ſed ſicuti nomẽ ipſum indicat, ritu ſerpentis beſtiæ, relicto priore loco tranſit ad alterũ. Cauũ vero vlcus & ſordidum & purum & æquale & quod ὑπερσαρκοῦν græce dicitur id eſt cuius ſupercreſcit caro: hæc magis proprias ſortita ſunt appellationes, non tamen ſimiliter omnes. Sed æquabile a propria nimirũ differentia: ſicuti & cauum & ſupercreſcens. At cruentũ et purum & ſordidũ, non a propriis differentiis, ſed ab externis ſymptωmatis ſunt appellata. Ergo cum tam impar nominũ impoſitio veteribus fuerit, multoq; etiam magis cũ Epinyctida & Acrochordona, i. penſilem verrucam & Nyctilopa dicant, primũ quod noctu eſt enatũ, alterum quod ſummã occupat cutem, tertiũ quod noctu viſum aufert, aliaq; eiuſmodi multa faciant (Quippe ſi omnia numerem (quod ipſe fugere iuſſi) ſuperuacua perſequi videar): id omni modo agendum eſt, ei quẽ veritatis ſtudium tenet, vt ab ea quã nomina imaginationẽ faciunt recedens, ad ipſam rerum ſubſtãtiã ſe cõferat: atq; hanc inſpi-

Steatoma. Staphylo. Anthrax. Sycoſis.

Quędã nec locũ affectũ nec cauſam repſentare.

Empyema. Catagma. Spaſma. Ionthus.

Chironiũ. Cancer. Herpes. Phagedæ.

Qui veritatis eſt cupidus ab imaginatione quã noĩa pbẽt cauebit, atq; ad rerũ ſubſtãtiam accedet.

ciat.tum quot in vniuerſum ſint, & morbi,& ſymptωmata, & proxi-
mæ ſiue internæ horum cauſæ requirat.Nos igitur id alijs cōmenta-
rijs fecimus, quoꝝ vnus de ægritudinum numero eſt,inſcriptus autē
eſt de morborum differentia.Alter de ſymptωmatum eſt differentia.
adeo vero in eo opere cauſas horum vtriuſqꝫ ſeorſum explorare ſtu-
duimꝰ, (dico tum morbi tum ſymptωmatis cuiuſqꝫ):vt ad præſentem
diſputationem nihil amplius deſyderetur.Sed præparata omnia iam
ſint. Itaqꝫ ne legenda quidem quæ hic dicemus vlli ſuaſerim: priuſq̄
in illis ſit exercitatus. Quippe ſi quis illis tam numeroſis theorema-
tis neglectis, huc ſe contulerit:nec ipſe fructum percipiet, & quæ re-
cte ſunt tradita temere incuſabit.Ac in illis quidem particulatim oīa,
tum morbos, tum ſymptωmata,tum cauſas inquiro.hic duobꝰ adhuc
additis, quæ neceſſaria erunt ijs qui medendi artem exercebunt:tum
me ad vſum inuentorum prodendum conferam.Quænā ſunt inquies
duo illa quæ paro. Certe vnum quid inter morbum & quod græci pa
thos vocant interſit indicabit. Alterum quod ſine corporis elemētis
ex quibus primū conſiſtit noſcendis,nō poſſint morbi inueniri: oſtē
det. Hæc igitur nos accuratiſſime tradere ſtudebimus. Qui ea legēt
oro ne prius ad ipſam methodum medendi ſe cōferant:q̄ & ipſi quot
in totum morbi ſint, per ſe inquiſierint, & quæ prodita a nobis ſunt
curioſe inſpexerint.Ergo ceu hæc fecerint, incipiā quæ promiſi.Tris
eſſe in corpore affectus præter naturā oſtenſum iā eſt. Cauſas, Mor-
bos, Symptωmata. Cauſas, veluti redundātiam vel corruptelā. Mor
bos vt phlegmonē. vlcus. Symptωmata, vt malum colorē.& gracili
tatem. Diuerſa ab his ſunt, quæ imodice a corpore excernuntur, aut
quæ præter naturam retinentur, & functionū vitia.Omnia ſcilicet cō
muni nonne ſymptωmata dicta.cæterū nō vni generi ſubiecta. Quip-
pe affectus quidā corporis eſt vitioſus color. Quod excernitur, aut
retinetur, affectus nō eſt.ſed affectū ſequitur.Similiter actio vel lęſa,
vel integra, affectus ſane non eſt.particulæ tamē vnde editur affectū,
neceſſario comitatur. Ac tumor quidem.& phlegmone ex ijs ſūt, quæ
abſolute eſſe dicuntur.Eodem modo & redundantia ſanguinis, & cor
poris pallor. Actio vero ex eorum numero non eſt, quæ eſſe abſolute
dicuntur.aut certe non ſimiliter, ſicut iam comprehenſa. Siquidē nul-
lo temporis ſpatio manent eius partes, ſicuti profecto nec ſermonis,
nec etiam motus vllius. Sed horum quilibet in ipſo (vt ſic dicam) fie-
ri, eſſe ſuum optinet. Cum vero duplex ſit motus genus, vnum in lo-
co, aliud in qualitate: prius delatio, ſecundū alteratio dicitur. Ac om-
nis quidem actio, motus eſt actiuus. Omnis alteratio, eius quod alte-

Libros de differentijs morboꝝ & ſymptωmatū oīno āte hoc opꝰ legendos.

Quid īter morbum & quod græce pathos dicitur, īterſit.

Nec actionis nec ſermonis, nec motus vlliꝰ p̄tes aliquo tēpore durare.

ratur, mot⁹ eſt paſſiu⁹. Patit̄ nãq; qđ alterat̄. Ergo affect⁹ dũ alterant̄: mouent̄. cũ a motu ceſſauerint: iã alterati ſũt. nõ autẽ ampli⁹ alterant̄. Quicqd eñ quocũq; modo ſe habet, aliquo oĩo affectu eſt prӕditũ. Quod autẽ in cõſtãti ӕgreq; auferibili affectu eſt: id habitu iã quodã affectũ eſt. Sane alterat̄ is q nigreſit. Alterat⁹ eſt q iã obnigruit. Siue (vt ſic dicã) nigreſact⁹ eſt. Itaq; alteratio generatio eſt qualitatis, aut affectus, aut quomodocũq; appellare velis. Nec ſi alterationẽ eſſe depoſitionẽ, vel mutationẽ ei⁹ qđ prӕfuit dicas: id pugnet cũ eo qđ dixi alterationẽ generationẽ eſſe qualitatis. Cũ ambo in idẽ recidãt. Nã et quӕ prior ĩ corpore qualitas fuit, mutat̄: & nũc noua gignit̄. Quippe ei⁹ q in ſole verſat̄, cãdor mutat̄: nigria gignit̄. Ruſus ei⁹ q igni ſe calefacit, frigus mutat̄, calor fit. Quoties vero cuiuſpiã qđ ſubſtantia nõ ſit, generationẽ eſſe dicim⁹, nõ idẽ eo ſermone ſignificam⁹, ſicut cũ abſolute generationẽ ꝓferimus. Nã quӕ abſolute generatio nominat̄: via eſt ĩ ſubſtãtiã. Quӕ vero hui⁹, vel illi⁹ gñatio dicit̄: via eſt ĩ illius (vt ſic loquar) entiam, ſiue ſubſiſtẽtiã. verũ hoc veluti extra rem ſit dictũ. Quod vero ꝓpoſitũ nobis ĩ diſputatiõe maxime fuit, ferme iã definitũ eſt. Nẽpe aliqua ĩ generatiõe, & mutatione, & alteratione, & vt ſemel dicã, in motu ipſam eſſentiã habere: aliqua ĩ ipſius ſubſtãtiӕ cõſtãtia. Ac ſanitas quidẽ, & morb⁹, & quӕcũq; ſymptωmatũ, cauſarũq; affectus, vel habitus ſunt: ex permanentium conſtantiumq; numero ſunt. Actiones omnes alterationeſq; in quacũq; re fuerint: ĩ ipſo fieri eſſentiam ſuam poſſident. Et corpus ſecundum quodcũq; mouetur, ſecundum idem patitur. motuſq; eius pathos, ſiue paſſio eſt. Sane priſci motus omnes, etiam qui naturaliter ſe habent, niſi actiui ſint, pathe grӕce. i. paſſiones nominant. Sicuti etiã ipſos actiuos motus, actiones. Eo pacto & plato ſenſuũ alterationes, pathe, ſiue paſſiones appellat. Cum iunioribus aliter (neſcio quomodo) ſit viſum. vt videlicet de ſolo eo qui prӕter naturam ſit: motu id nomen vſurpent. Ac a veteribus quidem pathos priuatim de omni extrinſecus motu dicebatur. Nunc per abuſum etiam affectus, qui ex paſſione iam prouenere, nec amplius in motu ſunt, pathe, ſiue paſſiones appellant. Non tamen diuturniores, aut ӕgrius auferibiles. Sed eiuſmodi nomenculaturӕ a iunioribus ſunt innectӕ. Diximus autẽ alibi diffuſius de medicinalium nominũ vſu. Nec illud nobis ad conſyderationem propoſitum nunc eſt. Sed tantum quẽadmodum ipſi vtemur, claritatis gratia, diſſerere neceſſariũ eſt viſum. Nam aduerſum ſanitati affectum, a quo lӕdi actionẽ dicim⁹, morbũ tantũ appellamus, ſiue diutinus hic, ſiue breuis ſit, ſiue momẽto duret. Ex reliquis affectib⁹, qui prӕter naturã ſunt, eos qui hunc prӕcedunt cauſӕq; rationẽ optinent: cauſas tantum

Corporis motũ prout patitur, pathos eſſe.

Quẽadmodum priſci pathos acceperint. Plato.

Quemadmodũ iuniores accӕperint.

Quẽadmodũ vocabulis morbi pathus & ſymptωmatis galenus vtetur.

dicimus, vel pathe. Qui illũ ſequũtur ſi actionũ offenſæ ſunt. & ſymptωmata. & pathe. Eodẽ modo & ĩmodicas vel inanitiones, vel retẽtiones. Qui vero affectus ſunt, veluti vitioſus color, ſupra paſſiõis, & ſymptωmatis appellationẽ, etiã affectus vel affectiones vocamus. Ita nimirũ vt ſunt. Omniũ igiť horũ cõmune id eſt, qđ præter naturã ſunt, & cauſæ & morbi, & ſymptωmata. Propria illa ſũt, quod morbus actioni incommodat. Symptωma hũc ſequitur. Cauſa præcedit. Ergo nec is qui morbũ eſſe motũ præter naturã dixit, intellexit quid diceret. quẽadmodũ in proximo libro docuim⁹. Methodicorũ nõnullos definiuiſſe, adiecta ex ſuperabundãti cõſtantia. Nec ſi quis mutationẽ eſſe ab eo, qđ ſecundũ naturã ad id quod præter naturã voluit. Quippe quæ nõ magis morbi, quam cauſæ & ſymptωmatis definitio eſt. Quando oĩa ea affectus ſunt præter naturã. Verum ſi breuis ſpatij ſunt, cõſtat acuta eſſe. Sin ægre auelluntur, diuturna. Pathus autẽ ſiue paſſionis appellationẽ de morbo dixiſſe veteres, quẽadmodũ græce et arrωſtian. i. infirmitatẽ & aſthenian. i. imbecillitatẽ: oſtẽſum nobis eſt, in ijs quæ de medicinalib⁹ vocabulis ſcripſimus. In quib⁹, illud quoq; traditũ eſt, ipſos qui ægrotant appellari ab illis græce nõ ſolũ νοσοῦντας. i. ægrotantes: ſed etiã ἀῤῥωστοῦντας. i. ægre habentes, & ἀσθενοῦντας id eſt parũ valentes, & κάμνοντας. i. laborantes. Reliquũ nunc fuerit. vt cuius cauſa hæc omnia diximus, in mediũ adducto, ad aliquid eorũ, quæ proxime tractãda ſunt, deinceps trãſeamus. Id quid ſit roges.

Primũ actionis egere nos tum ꝓpter hanc, ſanitatis. Numerum morborum cõprehẽdere methodo nõ poſſe, q cauſarũ actionis naturaliter ſe habentis numerũ nõ cõprehendat.

Certe nõ aliud, quã quod ſæpius iam dictum eſt. Primũ ac maxime id medicos ſtudere, idq; fere ꝓpriũ eorũ munus eſſe, vt morbos adimant. Quippe ſimul cũ hoc nõ modo actionis vitiũ ſtatim euaneſcit: ſed etiã reliqua omnia ſymptωmata tolluntur. Siquidẽ primũ ac maxime actionis ipſius, quæ ſecundũ naturã edatur, oẽs egemus. ꝓpter illã vero & ſanitatis. Sed & functionis incõmodũ amoliri, oẽs cupimus. ob id vero, etiã morbũ ipſum. Cæterũ non functionis vitio, ſed morbo ipſi, id eſt affectui ꝑter naturã q actioni icõmodat, applicam⁹ remedia. Quiſquis igiť ex ijs quæ particulis naturaliter iſunt, & quæ temere accidũt, & quæ actionis ſũt cauſæ, diſtinguere nõ poteſt: hunc ſane credibile nõ eſt, affectũ ex quo primũ actio lædiť, iuenire poſſe. Nã quæ temere corporib⁹ accidũt, etiã ſi millies ſint alterata: nocere ꝑfecto actiõi nõ poſſũt: quãdiu a qb⁹ orta eſt, oĩa naturã ſuã tuentur. Hoꝝ vero, ſi vel vnũquodlibet ſit alteratũ, actionẽ quoq; ipſam ſtatĩ lędi i tãtũ eſt neceſſe: i quãtũ ab eo a cũ ſecũdũ naturã ſe haberet, eſt adiuta. Ac mihi quidẽ res tota explicata iã eſt, clareq; oſtẽſũ, ijs ꝑſertim qui ĩtelligere vera poſſũt, fieri nõ poſſe, vt oĩm morboꝝ numeꝝ methodo qs cõprehẽdat, niſi idẽ omniũ cauſaꝝ actiõis numeꝝ, corpore

ſecundum naturam ſe habente, norit. Nihil tamen ex iam dictis intelligere adhuc poſſunt, quicũq; vel rudiores ſunt & ingenio craſſiore: vel methodicæ ſectæ nugis inutriti. Denuo igitur qd' nunc generatim dictum intelligentibus eſt, illis quoq; ſpeciatim exponamus. vnũ aliquod atq; alterũ veluti exemplum ſermonis proponẽtes. Cur lingua ſapores percipit, nec vlla pars alia? Num propter colorẽ, aut ſitum, aut magnitudinẽ, aut figuram? Quippe ea affecta, nec cõmode ſapores ſentiente: aut colorẽ eius ad naturam ſuam reducemus, ſi videlicet huic actionẽ debet: aut iam dictorũ quoduis: ſi ab illo agendi vim accipit. Quod ſi propter aliud ab ijs quippiam, conſtat, ſi illo tantũ tenus ad naturale habitũ ſit reſtituta, nullo etiã reliquorum fore opus. Nã eſto exẽpli gratia, denſitas exiguorũ meatuũ cauſa ſit, cur ſucci ſaporẽ dijudicet. Nũquid horũ ſymmetriã, quæ in ſanitate viſitur, tuebimur. rurſuſq; ametrian, id eſt a iuſto modo receſſum, quoties laborant corrigemus? Eſto (ſi placet) mediocris calor cauſa ſit: cur ſaporẽ intelligat. Nũ hic quoq; manifeſtũ eſt, cæteris neglectis, vnã adhibẽdã curã, vt illud ſeruemus a quo agẽdi facultatẽ accepit. Iã ſi ꝓpterea quod ita in ſicco humidoq; attẽperata ſit, idcirco ſentiat: quis nõ reliquis poſt habitis, huc tantũ intendat, vt neq; iuſto ſiccior ſit, nec etiã humidior? Quis rurſus ſi hoc verũ eſt, nõ facile prompteq; colligat: duos eſſe vniuerſos linguæ morbos. alterũ ſiccũ, alterũ humidũ. Veluti rurſum ſi per moderatũ calorẽ, & frigus, habet quod ſentiat: quis non hic quoq;. duos eſſe morbos eius intelligat. caloris frigoriſq; a modo receſſum? Non aliter quoq; ſi propter tenuiũ meatuũ cõpetentiã, ſenſum eſt nacta: prõptũ profecto hic quoq; colligere eſt, omnino eã ex horũ contrario habitu eſſe vitiandam, duplexq; vitiũ fore, denſitudinẽ eiuſmodi meatuũ, & raritudinẽ. Sed nũ etiam plura dicã? quo ſtupidos iſtos inducã, vt ſi nihil aliud: illud ſaltẽ intelligant, nõ poſſe queq̃: nec inuenire, nec demonſtratione aſſerere morborum numerũ, qui nõ ex ijs quæ particulis inſunt, tum quæ cauſæ actionis ſint, tum quæ temere accidunt norit. Num etiã alterũ adhuc tertiũq; exemplum adijciam. Sæpe nãq; multitudine exemplorũ, ſtupidorũ animi veluti a ſomno excitantur. Age igitur ita homines iterrogemus. Idcirco ne corpus calida, frigida, dura, mollia, lenia, & aſpera, omnia deniq; tãgibilia ſentit, quod candidum colore eſt, aut nigrum, aut rufum, aut vno verbo, quod talis coloris eſt? An propter horũ nihil, ſed aliud quippiã? Neminẽ enim arbitror latere, quin ſi quid ꝓbe ſentiẽdi munere vtetur, id tantum illi tuẽdũ cuſtodiendumq; ſit, ex quo vno, probe ſentiendi facultatem accepit. Nam ſi ex eo quod candidum fuit, id dotis optinuit: eius nimirum tuendi maxima erat habenda cura, ſicut

Specialis i exẽplis exercitatio & ſimul i methodicos multa.

Symmetria

Ametria

nigri fugiendi. Sin cõtra ex eo quod nigrũ fuit, ſentiendi vim habuit: omnes (arbitror) alios colores fugere formidareq́; oportebat. Ad eũdem modum & ſi inde adeo ſentit, quod flauũ vel rufum eſt: fugiendi (arbitror) alij colores ſunt, ceu ſenſum vel penitus abolẽtes, vel vitiãtes. Præterea ſi eo quod durũ ſit, ſenſu eſt præditũ: ſi molle fiat, deterius ſentiet. Aeque vt ſi eo quod denſum ſit: ſi ad raritudinẽ mutetur. Iam ſi tenuiũ meatuũ ſymmetriæ acceptã ſentiendi vim refert: vbi ab hac receſſerit: vitiabitur. Et generaliter vt ſentiat id tantũ ipſum adſit oportet: vnde ſenſum optinuit. atq́; id tãtũ corrigatur: vnde ſenſus eſt læſus, cũ a natura receſſit. Nũ igitur tertio exemplo eſt opus, an hæc abunde ſatiſfaciant? Sane prudentibus, vel hæc ſuperuacua puto. vt qui vniuerſale intelligere ſine exemplis poſſint. rudibus autẽ & auerſis & cõtẽtioſis ne ſi tertiũ quidem addam exemplũ, quicq̃ fortaſſe ꝓficero. Veruntamẽ quando duo iã dicta ſunt, & inaniter tẽpus noſtrum ſemp terunt: nõ fuerit alienũ, vnum etiãnum ijs exẽplũ adijcere. Proponatur itaq́; iam quẽadmodum vẽtriculus male cõcoquens nobis ſit corrigendus. Verba autẽ faciemus. non ſolum cõtra methodicos: ſed etiã cõtra eos rationaliũ, qui nõ cognita ipſius actionis prima cauſa, quã continentẽ etiã nominare ſunt ſoliti, methodo quadam ac ratione conſtitui poſſe artem putant. Eſto igitur quiſpiam dicat (ab ijs enim quæ obuiã promptãq́; abſurditatẽ exhibent cœpiſſe præſtat, quo eos ſi fieri poteſt, ad ea quæ confuſa magis ſunt intelligenda ſenſim ꝑducamus) Eſto inquã aliquis dicat, hunc quẽpiam qui nunc cruditate laborat, & multos deinceps dies ſolo lacte eſt altus, ac ventris colorem mutauit, albũq́; ex rubro reddidit: iccirco ventris ſui functionem vitiaſſe. Fortaſſe iã rides & iure ꝑfecto rides. Verũ ſi ſcias quã ſit ſimile, & huic de coloribus citra vllam demonſtrationẽ adhibitã quiduis pronũciare: & tibi de exiguorũ meatuũ ſymmetria, aut alio quolibet affectu: nõ arbitror iure ridebis. Nam aut in tete riſum vertes, aut nõ in hunc. Nam eſto impudens ſit, qui cauſam minus probe concoquẽdi colori imputet, dicatq́; quod quoniam ex naturali colore ventriculus ruber eſt, nunc vero redditus eſt plane albus: iccirco cruditate laboret eſt neceſſe. Libens ſane audiam quid tu contra hunc obijcias. Ego enim aliam rationem non inuenio, quã vt iubeam qui ita dicet prius oſtendat. an omnino propter colorem, iuſtam ac naturalem actionem ventriculus edat. Tu ſi quam aliam habes, libens audiam. Sed nec habes, nec habere aliam contradicendi rationem potes, contra eum qui colorem, cruditatis ventriculi cauſam eſſe dicit: quam exigere vt doceat, quomodo ex naturali colore conſecutus, vt concoqueret ventriculus, ſit. An igitur huic qui colori cruditatis cauſam

imputat, fides nõ adhibebitur, ãteq̃ doceat etiã hoc nomine agere vẽtriculũ? Tu cũ vel tenuiũ meatuũ ſymmetriæ vitio, vel alij cuipiã hãc aſcribas: credi tibi poſtulabis priuſq̃ doceas quo pacto ex ſymmetria in illo genere agat? At nõ hoc aio (inquit) nec aliud quicq̃ eſſe concoctionis cõtinentẽ cauſam. ſed prorſus id ignorare me fateor. Atqui ſi ei qui colori actiõis cauſam tribuit: neceſſe eſt etiã eidẽ læſionẽ actionis imputet: qui vero tenuiũ meatuũ ſymmetriæ actionis cauſam dicit, etiã horũ ipſorum a iuſto modo receſſum, eandẽ vitiare fateatur. Tũ qui temperamẽto quatuor qualitatum, caloris, frigoris, humoris, & ſiccitatis actionis cauſam aſſignat, etiã eorũdẽ ipſorũ intemperiei offenſam eius aſcribat: vtiq; & tibi neceſſe erit, eo qđ ſecundũ naturam eſt, prius præſumpto, ita quod præter naturã eſt inquirere. aut ſi ipſũ quod ſecundũ naturã eſt nõ noſti: nec qđ egreſſum a natura eſt noſti. Etenim vos etiã ipſos audio cõtra empiricos dicere. fieri nõ poſſe vt qui id quod ſecũdũ naturã fit nõ norit, dignoſcere id quod præter naturã fit poſſit. At noſco (inquit) quod ſecũdũ naturã ſe habet. Quæro totũ ne, an partẽ eius aliquã? Atq; pars ipſa quã noſti: eſt ne actionis ipſius cauſa, an ventriculo ineſt ocioſe? Nam quid demũ eius noſti? ſitum videlicet, & magnitudinẽ, & cõtextũ, & figurã. At nihil horum actionis eſt cauſa. ſed nec empiricos horũ quicq̃ latet. Quippe qui & ſe partiũ diſſectione, cum occaſio hanc offert, vti fatentur: & ex illa ſe hæc intelligere. Non tamẽ actiones vſuſq; particularũ. At noui inquit & actionẽ. Eſt enim circũplexus & attritio. At niſi cauſam eius noueris: nec morbũ intellexeris. Nam ſi quatuor qualitatũ mediocris temperies actionis ſit cauſa: earũ intemperies omnino vitij cauſa erit. Tu vero reris phlegmonẽ, & ſcirron, & tumorẽ, & abſceſſum, aliaq; quæ oculis vſurpari poſſunt: ſolos eſſe vẽtriculi morbos. Quãuis ne hæc ipſa quidem veluti empirici ſolis oculis manibus & reliquis ſenſibus apprehendas. ſed ad ipſam eſſentiam eorũ tentas aſcendere. atq; hãc diligenter diſquirere, videlicet non contentus ijs ſymptomatis quæ ſenſui apparẽt. quæ tamẽ ſymptomata empiricis definiunt ac circunſcribunt ſuã ſyndromen. Sic enim ipſi appellandam cenſent ſymptomatum congeriem, quæ in affecto ſunt loco. Sed nec curationis indicationem ex apparentibus ſymptomatis accipis. Non enim autumo præter naturam, nec an renitens, nec an cum dolore, nec an ruber: ſed an ſit in finibus arteriarum impactio ex coincidentia conſyderas. ac curationem (vt ipſe fateris) ad hoc referens exploras. An nõ ea eſt Eraſiſtrati docendi ratio, vbi de febrib⁹ agit. Sicuti rurſus alia Dioclis, alia Praxagoræ, alia Aſclepiadis. Itaq; nõ a ſymptomatis quæ ĩ phlegmões apparẽt loco, ĩdicatio præſidij his ſumit. Sed ab ĩpa ſub-

Syndrome quid.

ſtantia. Neqꝫ enim an tumor a natura egreſſus, neqꝫ an renitētia, neqꝫ
an dolor pulſatilis: ſed an & coincidentia, & impactio in finibꝰ pulſa-
tiliū, aut obſtructio in exitu venarū, aut putredo aliqua ſuccorū, aut
corpuſculoꝝ ratione cōtēplabiliū, in laxitatibꝰ æque ratione ſpecu-
labilibus, intenſio ſit, æſtimāt. Quare hi oēs ab affectu phlegmone la-
borātis partis, nō a ſymptōmatis quæ hāc ſequūtur, præſidioꝝ indi-
cationē ſumunt. Ad eundē arbitror modū & ſi quis calidū, frigidū, hu-
midū, & ſiccū, cauſatur. Verū hic etiam ſi venter citra phlegmonē, aut
vlcus, aut abſceſſum, aut alia id genus, eo tantū qđ frigidus ſit nō re-
cte cōcoquat: tamē remedijs nō deſtituitur. At qui phlegmonas, ſcir-
ros aliaqꝫ quæ oculis videre licet, tantū eſſe morbos putant: ridicule
plane cruditates quæ præter hæc fiunt, ex imbecillitate ventris inci-
dere dicūt. Ceu affectum aliquē priuatū ſeiunctūqꝫ imbecillitatem eſſe
velint. nō autē in ſuppurantibus, aut ſcirro grauatis, aut phlegmone
affectis, aut alia quauis ratione laborātibus ineſſe. Quippe oia hæc
vitia ſiue in ventre, ſiue in iocinore, ſiue in pectore, ſiue in alio quouis
accidant: illico partē in qua ſunt ad propriā functionē edendā imbe-
cilliorē reddunt. Sed nec id ſatis illis erat ad indicāda remedia. alioq
fruſtra inquirūt affectus. fruſtraqꝫ ad ipſam morbi eſſentiā ſubeūt. tāq
nō aliter detur idonei cōpotes eſſe remedij. Nō igitur qui imbecilli-
tatē vitiū eſſe dicunt, vbi nullo ex ijs, quæ ipſi morbos definiunt affe-
cto ventriculo, animal cruditate laborat: ij dum a nobis refellantē ex-
pectant. Sed ipſi ſeipſos redarguūt. Cū nō propriū aliquod: ſed com-
mune omniū dicant, quodqꝫ nec illis ipſis iudicibꝰ, remediorū inuen-
tionē indicare facile poſſit. Quippe illud roborare imbecillitatē, no-
men nudum ac veluti meta eſt (quo curans dirigit) nō curatio. Nā qd
faciendo ijs qui inualidi ad actionē ſunt, robur vindices: non dicunt.
at in hoc curatio cōſiſtit. Tum niſi ventriculi affectu inuento: vt reme-
diorū ſis cōpos, fieri nō poteſt. Quippe ſi refrixit: calfaciendus eſt.
Si humentior eſt effectus: ſiccandus eſt. Si īmodice incaluit: refrige-
randus eſt. Si ſiccatus: humectandus eſt. Atqꝫ hæ quatuor ſimplices
curationis rationes ſunt. Alteræ quatuor cōpoſitæ ſunt. Si frigidiore
ac ſicciore temperamento redditus venter eſt: calfaciendus ſimul hu-
mectanduſqꝫ eſt. Sin humidior & calidior iuſto euaſit: ſiccandus ac re-
frigerandus eſt. Pari modo ſi calidior ac ſiccior eſt affectus: tum re-
frigerandus tum humectandus eſt. Sin humidior ac frigidior q̄ pro
natura eſt: ſiccandus ac calfaciendus eſt. Quare octo tum ventris ip-
ſius affectus ſunt, quas illi imbecillitates dicunt. Tum octo medendi
rationes. Nec ſicut empiricis: ſic vlli dogmatizātiū dicere licet. Sint
hæ nō ſint: nihil eſſe opus ītelligere. Funditus nāqꝫ logicā ſectam ſub-

Roborare nomē nudū ac veluti metam eſſe quo tēdas.

uertent, ſi ignorato affectu curationis: tamẽ facultatẽ abunde ſibi ſupeſſe dicãt. Etenim ab vſu ipſo oẽs quomodo curãdũ ſit intelligẽt: ſi ab ipſiꝰ rei natura indicationẽ nõ ſumẽt. Ac empirici quidẽ, & qđ iuenire poſſe nõ putẽt quicq̃, eoꝝ quæ abſtruſa ſunt, & qđ id etiã ſi inuentũ ſit nõ deſyderẽt. (Quippe obſeruatas a ſe eſſe curatiões in apparẽtibus cõcurſibꝰ); merito nec ſcire ſe an octo affectus ſint, quibꝰ vẽter imbecillus ſit aiunt: & citra eiuſmodi ſupuacuã moroſitatẽ remedijs ſe abũdare. Qui vero & rationẽ ſe habere ꝓfitẽtur, cuius ope etiã abſtruſa inquirãt: & ipſoꝝ inuẽtionẽ, præſidioꝝ præſtare indicationẽ dicunt: hos quomodo nõ pudeat dicere, aut nõ noſſe ſe, an octo affectus ſint, aut eos ad medendũ parũ ſe reqrere? Neqꝫ enĩ id tantũ dicere ſatis eſt nõ noſſe ſe: ſed refellere par eſt eos qui ſe ſcire affirmãt. ceu parũ vera profeſſos. Quoad vero nec ipſi id faciũt, alijqꝫ nõ pauci demõſtrationis fide cõfirmant, omne corpus ꝑ certo quatuor qualitatũ tẽperamẽto opus ſuũ edere: rationabiliꝰ eſt illis accedere. Niſi forte ꝗ nuda afferunt verba, plus ſibi credi poſtulabũt: ꝗ̃ qui cũ demõſtrationũ fide loquũtur. Atqui illi ſi nõ aliud: ſaltẽ ſuadere ac docere auditorẽ ſtudent, nõ cogere iubereqꝫ. Hi totũ cõtra, tyrãnoꝝ ritu, iubent ne quæramꝰ actionis cauſam. Verũ nos hoc nomine Dionyſiũ. Phalari, cæteroſqꝫ tyrannos odio proſequimur, quod iubent imperantqꝫ, nõ ſuadent ac docent. Sicut Solon, Draco, & Lycurgus. At inquit ego itra limites artis maneo. vos & ab ijs exceditis & ad naturalis philoſophiæ pricipia, nos abducere ꝑgitis. An igiť homo lepidiſſime, ne hoc quidẽ ipſum demõſtrabis: quinã videlicet medicinæ artis ſint limites, quæqꝫ nouiſſe expedit ei, ꝗ ratione remediorũ inuentionẽ molietur. Sed terrifico vultu tuo reddere attonitos putas. Audio quidẽ & te illud dicentẽ, nõ oportere actionis inquiri cauſam. Audio & empiricos dicere, nec actiones ipſas eſſe conſyderandas. Audio nõ minus illum qui dicit, non tantum has eſſe æſtimãdas: ſed etiam cauſas vnde naſcantur quærẽdas. Num igitur ex eo eſſe me iniquorum iudicum numero iubes, qui priuſq̃ omnes qui inter ſe diſcideant audierint. vni ferunt ſuffragium? An primum quæ veſtrum quiſqꝫ dicat, ſeorſum audire vis, dein conferre, atqꝫ perpendere, quis tum ſibi, tum apparentibus conſentiat. Quis rurſus nec ſecum, nec cum ijs quæ apparent. Atqui ſi ita faciam Empiricos audiam, & ſi quæ dicunt, ſtabiliter non demonſtrent: ſaltem ea lenire conantes. Vos ne id quidem facitis. Nam ſane libenter audierim, quis veſtrum vel lenimen aliquod, vel demõſtrationem aliquam afferre ſit conatus, cur actionis cauſam inquiri non expediat. Quæ enim a me methodos ſupra eſt poſita, inquirendam eſſe demonſtrauit. vos quod inquirenda non ſit: nec demon-

ſtrationem vllam, nec rationem vllam probabilem afferre conamini. Sed tantũ elato ſupercilio tetrice nos obiurgatis. abſcedere a ſumma phyſiologia iubẽtes, nec ſic quærere hominis naturã intelligere vt philoſophi faciunt, qui ad prima vſq; elemẽta ratiõe aſcẽdũt. Illud quoq; vobis vel dixiſſe tantũ ſatis videtur. Nẽpe arteriã, & venã, & neruũ, principia cõtinẽtia & veluti elemẽta eius phyſiologiæ, quæ de homine inſtituitur ponẽda eſſe. In quo quidã Herophylũ laudauit, quod ita ad verbũ dixit. Eſto hæc prima eſſe, tametſi prima nõ ſint. Sed qui ad demonſtrationẽ prouocat, ac hypotheſes iſtorũ qui ſic opinantur pugnare ſecũ oſtendit: hunc aduerſamini ac fugitis, prorſuſq; non auditis, & contẽnere ſimulatis. ibiq; rationẽ faſtiditis, ijdem ſcilicet qui contra empiricos rationẽ demonſtrationẽq; extollitis. Nam q̃d ſecũ diſſident rationes omniũ, qui vel ex dimidio dogmatizant, etiã ijs q tenuiter in demonſtrandi methodo ſunt exercitati, facile perſpicere licet. Cũ enim phlegmone venter laborat, atq; inde adeo cõcoquere nõ valet: quænã phlegmones cauſa ſit, quærendum cenſent. atq; inde præſidiorum copiam coniectant. ſpreta empiricorũ inuentione. Cum vero citra phlegmonẽ, aliudue id genus vitium ſolius intemperãtiæ culpa concoquere non valet: hic rurſus auxiliorũ facultatem ab experientia petunt. Atqui hæc ſecũ nõ conueniunt. Cum empiricorũ opinio, ſibi cõſtet. Præterea demõſtret efficiatq;, quod volũt. ex ijs quæ vos ipſi nõ inficiamini lemmatis. Quippe ſi fieri vllo modo poteſt, vt ex ijs quæ apparent ſymptomatis curandi ratio coniectetur, ignorato affectu: vtiq; non hic poſſibile, in alio fuerit parum poſſibile. ſed æque in omnibus poſſibile erit. Ergo ne hoc quidem loco rationem vllam afferre poteritis, quo minus vbi affectum explorare nequitis, experientia ipſa ſatis ſit ad remediorũ inuentionẽ. Omnia igitur tirãnorũ ritu iperatis. Vti vero demõſtratione, nec ipſi vultis (Præſtat enim ita fortaſſe dicere, quã nõ poſſe vos), nec ijs qui vti tum nolũt, tum poſſunt acceditis. Itaq; quid aliud ſunt diſceptationes veſtræ: q̃ lites, & cõtentio, & ꝓuocatio ad cõuitia & pugnas? Cuiuſmodi præceptorũ veſtrorũ quidã ꝑpetuo exercuit, aut irridẽs ſi quis calidi, vel frigidi mẽtionẽ faceret. tãq̃ balneatorib⁹ magis, q̃ medicis ea nomina cõuenirẽt: aut vehemẽter icrepãs, q̃ ſi lõgiſſime a medẽdi arte digreſſum, aut Eraſiſtrati credẽdũ ſibi cẽſentis, authoritatẽ obijciens. Verũ hæc vt primo auditu oblectabant: ita cũ ſecũdo & tertio audiui, moleſta ſane fuerunt: ceu ſcurris, quã medicis magis congrua. Si enim authoritas eorũ, q vltra nõ eſſe ꝓcedẽdũ iubẽt, legitim⁹ teſtis eſſe ad demõſtrationẽ putabit: oĩa meræ nugæ erũt, nec finis ĩ diſputatiõe vll⁹. niſi q nũc viſit, ĩimicicia, pugna, cõuitiũ. Quippe q a logicis demon

ſtratiōib⁹ digreſſi, credi qppiā cenſent. ꝓpterea qđ Herophylus aut Eraſiſtrat⁹ ita iuſſit: hos neceſſe eſt omīs gñis cōuitia, pugnaſq; ſeq. admiranda ſcilicet diſputationū quæ nunc habent̃ premia, Fingam⁹ eñ alius dicat, huic qui cōmode non concoquat, ventrē in ſicco & frigido intemperiem contraxiſſe: proindeq; humectandū ac calfaciendū eſſe. Alius quod naturalis eius habitus mutatus ad frigidius & humidius ſit: calidum ſiccūq; victum adhibendum ſuadeat. Tertius autem quiſpiam accedens quod quæ comprehenſa ſunt, non recte ſint dicta, id ne tentet quidem oſtendere: ſed tantū eos qui dixerint obiurget, quaſi ſuperflua ſcrutent̃, & teſtes adhibeat Eraſiſtratū vel Herophylum. Nonne (vt dixi) diſſidij hinc mutuiq; conuitij initium excitabitur. Quippe illos contra, neceſſe eſt Atheneū, & Mneſitheum, & dioclem, & pleſtonicum, & Hippocratem, et Philiſtionem, & ſexcētos alios tales opponere teſtes. Si eñ teſtib⁹ deciſa lis erit: non modico hi vincent. Nā quod tum inſalubris intemperamenti plures ſint ſpecies, tum cuiuſq; earum diuerſa curatio, vbi nō Hippocratis modo, & plurium alioꝝ medicoꝝ: ſed etiā Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti, zenonis, Chryſippi, & omnium illuſtriū philoſophoꝝ teſtimonio comprobarint: vtiq; & quod citra naturam corporis exacte inuētam fieri nequeat, vt vel de morboꝝ differentia quicq̃ inuenias, vel auxiliorum conuenientiū copiæ ſis compos, iiſdem ipſis tum philoſophis tum medicis cōfirmabūt. Hiſq; nō tyrannoꝝ ritu, ſicut iſti iubentibus: ſed euidenti ratione probantibus. Contra hæc igitur, qui calidum & frigidum, balneatoꝝ non medicorum dicunt eſſe vocabula, dicterijs videlicet vtentur, & riſus mouebunt. moriones, phrygas, aut ſcholaſticos narrantes. Quippe conſcij ſibi ſunt non modo nihil demonſtratione confirmatum ſcire: ſed nec quid demonſtratio ſit intelligere. Ergo ex his dicterijs neceſſe eſt oriatur diſſidij initium. Vt enim primū omniū memorem, quæ nugantes ſine demōſtratione dicere non dubitant, conſydera quo pacto neceſſe ſit ex eo pugnam ſubſequi, Nam vbi contra dicta eoꝝ nuda, & demōſtrationis expertia, ac contra teſtes ipſos quibus credēdū cenſent: alij tum celebriores, tum longe plures teſtes opponūt: neceſſe eſt vel cedere, vinciq; vtroq; & quod demōſtrare recuſarunt: et quod numero teſtiū ſint impares: vel perfricta fronte Eraſiſtratū omnibus illis teſtibus dicere maioris eſſe fidei. Siquidem hic neceſſum eſt alterum negare eſſe maioris fidei, aut Hippocrate, & Mneſitheo medicis: aut Ariſtotele & Platone philoſophis: alterū eſſe maioris fidei inſtare. Deinde varie vltro citro tā immodeſta contentioſaq; cōtradictione iactata. alterum eoꝝ impelli vt dicat. non eſſe. alterū, bene ſane ſi tu Eraſiſtratū

in ordinẽ rediges. Hæc enim quotidie fieri in medicoꝝ diſputationi-
bus o Hiero vides. Ea vero ſemel data porta, omnia iam mulierculą-
rum verba ingeruntur, & cum mutuis ſe maledictis aſperſerint: inuti
liter amiſſo tempore diſcedunt. Atq; hanc turpitudinem non eſt quod
dicat aliquis non eſſe ab ijs qui demonſtrationem fugiũt, inceptam.
Fugiunt autem multifariam vt ſcis. Alij cum grauitate tantum incre-
pantes, Alij ſcurrile aliquid comenti. Alij in riſum ſannaſq; diſcepta-
tione abrepta. Quod ſi quis ſermoni ſtare, demonſtrationeſq; audire
audet. primũ quidem omnino non intelligit. Neq; eñ poteſt q demõ-
ſtratiuæ methodi ſit imperitus, eos qui ipſa vtuntur intelligere. De-
inde ſi aliquatenus intelligit: at quod dogma ſuũ in quo eſt innutrit⁹
ꝓpugnare omnino decreuit, cõtra tendere aggreſſus: dein dep̄henſus
quæ nec rite cludant, nec colligant, tum vana nugaciaq; dicere: iraſci-
tur & deuouet dialecticos, ceu maloꝝ cauſas, quod videlicet pituitã
a narib⁹ ipſoꝝ detergent, ipſiſq; mederi conantur. adhibitis ſcilicet
non melle & placentis, ſed allio & cępis quæ etiam pituita tentatos
gallinaceos ſanare ſolent. Quippe millies affuiſti ijs cũ a diuerſe clu
dentibus argumentis, non aliter, q̃ ab ipſo allio et cępis cogerẽtur
lachrymari. Nec te ꝓfecto latet, multos ſæpe nobis priuatim falſos,
ſẽtire iã ſe ſuã ſectã q̃ ſit abſurda: nec tñ hãc poſſe publice mutare. Cũ
alioq nec alias noſſet vñ haberẽt in ꝑcio, et iã vulgo ꝓpter hæc & no
ti & in ꝑcio forẽt. Itaq; ob hæc ipſe quoq; diſtuli cõmẽtarios de medẽ-
di methodo ſcribere. pro cõperto plane habens pauciſſimos huius
tempeſtatis ab ijs adiutum iri. Etenim niſi magna quæpiã miraq; muta
tio humanarũ rerũ fiat: actum de bonis ſtudijs eſt, vtpote confuſis ac

Verum hodieq;.

corruptis. Nemine veritatem ipſam: ſed tantũ ſcientiæ famã quærẽte.
Optime eñ ꝓfecto ſcis, ne quinq; quidem vſq̃ inueniſſe nos, qui eſſe
potius, q̃ videri docti cuperent: Atqui niſi quis ſapientiã ipſam: pro-
pter ſeipſam expetat, ne tempus quidẽ vllum inueniet quo ſe in logi-
ca methodo exerceat. Imo diuitijs, & famæ, & potẽtiæ ciuili inhiãs:
in hoꝝ ambitu vitam omnẽ cõſumet. Ergo dimiſſis his, rurſus ad ꝓ-

Redit ad rẽ propoſitã.

poſitum redeamus. Eſt autẽ ab initio propoſitũ illud, qui omnẽ mor
boꝝ numerum methodo non inuenerit: hunc maxime in ipſis medẽ
di methodi foribus lapſurũ. Cum conſtet totidem eſſe medẽdi ratio-
nes: quot ſint morboꝝ ideæ. Ergo ſic in enumerandis morbis egiſſe,
vt neq; priuatis proprietatibus attentus infinitos ſtatuat, nec in pri-
mis ſtatim generibus ſubſiſtat: id in promptu cuiq; non eſt. ſed ei tan-
tum, ſicut antea dictum eſt, qui in diuidendi methodis ſit exercitatiſ-
ſimus. Principiũ vero diuiſiõis eoꝝ eſt, ſic vt etiam aliubi diximus,
vt eſſentiæ ratio rei diuidendæ conſtituatur. Igitur illud monſtratũ

nobis eſt, morbum omnino vnū ex ijs eſſe quæ præter naturam ſint. Hæc autem quatuor cū ſint: actio offenſa, affectus vnde actio prouenit, affectus ipſius cauſa, et quæ hūc ſubſequūtur ſymptómata, ſiue fūctionem ipſam viciatam, ſiue vnde hæc prouenit affectū, morbum nominare velis: nihil id medendi methodū immutare oſtenſum eſt. modo vnū illud intelligatur, primā ipſam curationem quā etiam nonnulli continentem appellāt: affectus eſſe qui actioni incōmodat. Porro oſtenſum a nobis diximus, rationabilius hunc morbum appellari, non tamen vetare nos, quin ſi cui id cordi ſit, actionis noxam morbū nominet: affectum qui hanc creet morbi cauſam. Præſumpto igiť q͛d morbus vocetur affectus is præter naturā qui functiōi officiat: inquiſiuimus deinceps quot in vniuerſum morbi eſſent. Vbi clarum obiter fecimus ſi quis via ordineq́ proceſſurus ſit, nec ſicut vulgus medicorꝫ facit, Tyrāni ritu imperaturus: huic inueniendū eſſe affectū illū, qui functionis effectrix ſit cauſa. Hūc ſane nos temperamentum diximus eſſe calidi, frigidi, humidi, ac ſicci. Proindeq́ primū morbū in ſimilaribus eſſe ex horꝫ intemperie oſtendimus. Alius quiſpiam corpuſculorꝫ et meatuū ſymmetriam ſtatuet. eoq́ ex indebito meatuum ipſorum modo ægrotare animantes. Cæterū ſi quis nec ipſe actionis cauſam, in quonam ſit entiū genere audebit ſtatuere, nec ijs qui ſtatuunt cōtradicet, ac nihilo ſecius tamē ratione methodoq́ ſe procedere arbitrabitur: hūc egregie improbum eſſe diximus, vt qui nec tutum ſe ab empiricorum accuſatione facere poſſit: & ſecum plane pugnet. Quippe eiuſmodi homines ex dimidio logicos eſſe, qui qua ratione phlegmone, ſcirros, tumor, & alia id gen⁹ fiant, multo labore diſquirunt. Lædi autem, etiam citra hæc omnia ex ſola intemperiæ actionem, non intelligunt. ſed empirice talia curant. Quiſq́ igiť quantum hi aberrent, ſcire volet. tum quot morbos tranſiliant, quātoq́ plures ignorent, q̄ norint, libros noſtros de morborꝫ differentijs perlegat. Intelliget em̄ Hippocratē primū omniū recta inſtitiſſe via. Quæ cū a poſteris abſoluenda fuerat: nō modo nemo eorum abſoluit: ſed pleriq́ etiam quæ probe fuere inuenta, corruperunt. Proxime autem vt viā q̄ inchoata ab eo perficerent, abſoluerentq́ Ariſtoteles & Theophraſtus acceſſerunt. Et ſi fateri verum oportet poteſtate abſoluerūt. Cum conſtituerint aliud eſſe in corporibus ſimilaribus morbi gen⁹, aliud in ijs quæ inſtrumentalia dicantur. Quippe a ſimilaribus functiones edi, eoq́ eſſe cuiuſq́ inſtrumenti vnam tantum ſimilarem. Reliqua vero quæ cum hac quoduis inſtrumentum perficiunt, ea vſus alicuius gratia facta eſſe, illius quod prima erat actiōis cauſa. Sed & horum tamen rurſus cuiuſq́ eſſe per ſe actionem, veluti in oculis.

Anacephaleoſis.

Hippocratē primum oīm recta īſtitiſſe via

Fūctiōes a ſimilarib⁹ edi eoq́ vnicā ſimilarē in quoq́ inſtrō eſſe.

Declaratio horũ in exemplo.

Satius em̃ fortaſſis ſit, quæ in alijs diffuſe oſtẽdimus ſtrictim hic cõ-
memoremus. Ipſum viſus inſtrumentum eſt cryſtallinus humor: reli
quæ oculi partes, eius cauſa ſunt factæ. Quarũ omniũ vſus narrauim⁹
in decimo operis de partiũ vtilitate libro. Cæterũ quãq̃ cryſtallini
maxime cauſa omnia ſũt facta, ſingula tamẽ eorũ aliquã ſeorſum actio
nem ſunt nacta. Ac vena quidẽ, & arteria, & neruus toti animãti com
munẽ. Membranulæ oculi omnes, cũ ſint nutrimenti participes, om-
nino naturalibus facultatibus ſunt præditæ. ac perinde etiã fũctioni-
bus, quæ ab his proficiſcũtur. Quoties igitur cryſtallinus humor ex
intemperie laborat: omnino læditur oculorũ functio. cæterum nõ eſt
eorũ, vt organa ſunt, morbus. At quod hypochyma vocant, nullius ſi
milarium eſt morbus: ſed oculi totius, vt inſtrumenti. Ad eũdem mo-
dum ſi in finibus venarũ, quæ in cauo iocinoris habentur, obſtructio
ex lentis, aut craſſis ſuccis ſubheſit: digeſtio quidem in corpus ꝑ has
morabitur, ægritudo tamen totius iocinoris, ceu inſtrumenti cenſe-
bitur. nulla ſimilariũ eius partiũ ægrotante. Quod ſi intemperies ve-
nas eius infeſtauerit, ipſarũ quidem illarum morb⁹ primũ erit. ex ac

In theſſalũ

cidẽte vero etiã iocinoris. Ac Eraſiſtratus quidẽ in phlegmones ſub
ſtantia tradenda eſt lapſus. Cum nec in particulis quæ phlegmone la
borãt in finibus pulſatiliũ impactio neceſſario cernatur, nec arteriæ
ſpiritum tantũ, cum in naturali habitu ſunt, contineant. veluti in tra
ctatione de his oſtendimus. Si igitur phlegmone eius generis mor-
bus ſit, cuius autumat, et ſcirros eius generis cuius ille opinatur, &
reliquorũ ſinguli, ſicut ipſe obſcure, & multis, ſequaces eius clari⁹ ex
plicare conanť: vtiq; ſolidas ipas partes liberas propemodũ a mor-
bis relinqt. niſi quatenus vlcerari, collidi, incidiq; valeant, atq; id ge
nus aliud quippiam pati. Laborare vero eas ſe totis eiuſmodi mor-
bis, quales nos octo intẽperãtias oſtendim⁹: id nuſq̃ dicit. Atqui cor
pora vniuerſa, etiã quæ difficillime afficiuntur, veluti æs, lapis, fer-
rum, ſaltem calfieri, frigefieri, ſiccari, humeſcereq; cernũtur. Vt vtiq;
mirũ ſit, ſi tantum arteria, & vena, & neruus, nihil eiuſmodi ſentient.
Atq; hoc etiam magis mirũ, ſi patientur quidem: functionẽ tamen legi
timam edent. veluti (ſi ita fors tulit) in corde facultas quædam eſt (vt
ipſe quoq; Eraſiſtratus cõfirmat) qua laxatur & cõtrahitur. Hãc au-
tem lædi profecto oportet ſi viuẽti animali cor ſit exemptũ. quẽadmo
dum ſæpe factũ in ſacrificijs videmus. Quippe ſi non læditur, perpe-
tuo mouebitur, nec tantum ad tempus aliquod, vt nũc cernitur? Ma
nifeſtũ eſt igiť læſam eſſe. proindeq; mouere deſinere. Illud igiť con
ſyderatu nõ inutile erat. cum poteſt ſaltem facultas ea lædi, etiã anteq̃
cor ſit exemptum, quænam ſit eius læſio. quænã alia, præter intempe-

riem? Namneqꝫ figura eius mutata apparet, nec cauitas, nec ligamentum, nec oſculum, nec alia vllà pars perdita. ſed tantum naturalis tēperies mutata. Ergo omnes hi ſimilarium partium, morbi, omnino vt dictum eſt ab illo ſunt omiſſi. Siquidem vbi ſanguis in finibꝰ arteriarum impactus actionē vitiat: id arterias ipſas, quatenus inſtrumēta ſunt, male habet. Vt vero ſimilares particulæ ſunt, octo quidem ſecundum nudas qualitates, intemperies habent, octoqꝫ rurſus cū fluxione. Oportet igitur quiſqs hoꝝ, cum certa ſcientia demonſtrationes cepiſſe velit: a libro de elementis incipiat. poſt deinde reliquos ſingillatim (vt dictū eſt) relegat. Sunt vero proximi huic cōmētarij de temperamentis. Ab ijs proximus eſt, qui de inæquali intemperie inſcribitur. Mox qui de naturalibus facultatibꝰ. Alijqꝫ qui de animæ affectibꝰ ſunt proditi. Idqꝫ de vno quoqꝫ deinceps, et ſeorſum. Hos excipiūt, qui de particularum vſu ſunt inſcripti. Quos ſequūtur qui de morboꝝ ſymptōmatūqꝫ differentijs titulum habent. Pleriqꝫ vero medicoꝝ nec tantū experiētiæ applicantes animū (cum tamen liceret ex empiricoꝝ inſtitutiōe bonis eſſe medicis) & perfectioris rationis cupidi: cum aut ijs quæ citra demonſtrationem ſunt enūciata, credant: aut vitioſis demōſtrationibus fallantur: nō ſolum nihil excogitant boni: ſed etiā quæ per experientiā ſunt cognita, corrumpūt. Siquidem ratio non leue momentū optinet ad experientiā, vel ornādam, vel corrūpendam. Sed quātū recta ratio ornando adijcit: tātum vel etiam amplius, vitioſa detrahit. Atqꝫ hæc me ſæpe medicoꝝ vulgo prædicantē audis. qui priuſq̄ in methodis logicis ſe exercuerint: vel cum demōſtrare aliquid tentant, ſeipſos fallunt: vel cum diuidere quiduis in ſpecies ac differētias: hic quoqꝫ imperitoꝝ coquoꝝ ritu, non per membra incidūt: ſed conterūt, collidunt, ac dilaniant. veluti in eo quod nunc eſt propoſitum. Conſulo igitur (vt ſcis) talibus omnibus experiētiæ animū intendant. Cum nō leue inſtet periculū ijs qui ſupra vires aliquid moliūtur: ne & id nō conſequātur, & quæ intelligere alias poſſent, omnino amittāt. Ergo cum his qui tum recto ſunt ingenio, tum diſcere parati, ipſi rurſus ſermonem conferamus. illud tantū ex his quæ inter initia diximus, cōmonentes. non eſſe cōmittendum, vt vtraqꝫ ſimul cōfundantur. miſceanturqꝫ. & quæ per experientiā ſunt inuenta, & quæ ſola ratione ſunt inueſtigata. ſed cum vtrūqꝫ ſeorſum ſit tractatū, poſt ambo cōiungantur. Ergo cum ipſi de experimentali inuentiōe alibi egerimus: de logica in his cōmentarijs diſſerere propoſuimus. Ac mihi videor his præſertim qui commentarios noſtros de morboꝝ ſymptōmatūqꝫ differētijs perlegerūt, cū quibus ſcilicet mihi deinceps ſermo erit, iam clare oſtendiſſe, ma-

Qui ſe ĩ methodis logicis nō exercuerunt his melius eſſe vt experiētiæ animū applicent.

xime in ipſis ſtatim foribus lapſum Theſſalũ eſſe. Lapſus em̃ nõ leui lapſu, & Aſclepiades erat: vbi inter initia de elementis corporis male ſenſit. Cæterũ multo & maiore et grauiore Theſſalus. Quippe qui omnes in victus ratione morbos in duos ſimiliter illi cõtulit affectꝰ. Multos vero medicinaliũ ſcopoꝝ ademit, quibus ille eſt vſus. Peſſimũ autem grauiſſimũq; illud admiſit, quod nec ipſas actionũ noxas, nec affectus, qui eaꝝ cauſæ ſunt, morbos cenſet, ſed ſolis vacuationibus, vel ſtatis vel precipitatis intẽtos eſſe vult. Accedit quod nec qd ſit plus iuſto ſiſti, precipitatiue vacuationẽ, clare docet. Quippe vel ad vires, vel ad cauſam, vel ad affectũ, vel ad id quod per ſanitatem ſemper eſt obſeruatũ: referri iudiciũ oportet. Ex quo factum arbitror vt pugna inter eius ſequaces non parua ſit orta, vt qui tum de reliq̃s omnibus inter ſe diſſideant: tum de eoꝝ quæ pathe vocant, et notione & ſubſiſtentia. Verũ ſi nunc de pugna eoꝝ hiſtoriam moueam, deflectam ad inutilia ſermonem.

Cũ qbꝰ deinceps ſermonẽ habebit.

Omnem igitur deinceps ſermonẽ faciam, ceu cũ illis agam qui cõmentarios de morboꝝ, ac ſymptomatũ differentijs. præterea de cauſis eorum relegerint. Ad hæc qui ea omnia, quorum paulo ante memini reuoluerint, atq; hinc ordiar.

Principiũ tractatiõis.

Quoniam actiones omnes a ſimilaribus corporibus proficiſci oſtẽdimꝰ, reliquas vero omnes ſingulorum inſtrumẽtoꝝ particulas, vſum quẽpiam ipſis prebere: duplex ſane morboꝝ genus erit.

Gña morboꝝ enumerata.

Alterum in partibus ſimilaribus, alterũ in totis organis. In ſimilaribus intemperãtiæ. In totis organis vnũ in figura ſpectatur, aliud in particularũ numero, aliud in cuiuſq; quãtitate obſeruat̃. quartũ in poſitura. Vtrarũq; vero partiũ, id eſt ſimilarium inſtrumentaliũq;, cõmunis eſt ipa vnitatis diuiſio. Ergo ſex in vniuerſum morborũ ſunt genera. Vnum ipſorum ſimilariũ ꝓpriũ. Nempe intemperies quatuor vt modo dictum eſt, inſtrumentoꝝ cuiuſq;: et cum his ſextum, quod tum ſimilaribus tum inſtrumentalibus eſt cõmune, ipſius vnitatis ſolutio. Horũ cuiuſq; differẽtiæ ad vltimas vſq; ſpecies in libro de morboꝝ differentia ſunt traditæ.

De medendi indicationibꝰ.

Indicatio, quid.

His ſic ſe habentibus iam de medẽdi indicationibus eſt dicendum, ſed hoc ipſo indicationis vocabulo prius expoſito. Quippe ipſam ſequẽtis ſiue agendi inſinuationẽ, indicationẽ dicimus. Nam inuenitur quidẽ: & ab ipſa experiẽtia id quod cõſequẽs faciendũue ſit. Cæterum nõ ita, quaſi in præcedenti aliquo deſignatũ. proindeq; nemo empiricoꝝ dicit hoc, iſto indicari. Quãq̃ certe ſequi hoc illud dicũt, & præcedere hoc illud, et conſiſtere hoc cum illo. Deniq; omnẽ artem hoꝝ obſeruationem memoriãq; eſſe dicunt. Nempe quid cũ quo, et quid a quo, & quid poſt quid: identidem ſit viſum. Ergo ex ipſa rei natura ordiri, atq; ab ipſa quod ſequẽs ſit, citra expe-

rientiam inuenire: id eſt indicatione inuenire. definito iam hoc quoq́, ac rurſus quod ante diximus, ad memoriã reuocato, omnẽ medendi methodũ ſe iũctam ab experiẽtia procedere, nec recte facere eos q̃ ambas doctrinas empiricam logicãq́ in vnũ cogunt, atq́ cõfundũt: quæ reliqua ſunt proſequamur. Fuerit autẽ omniũ quæ reliqua ſunt ordine primũ, quod ꝓpoſita iam proxime ſequit̃. Sequitur autẽ primũ ac maxime illud, quod omnis medendi methodus per indicationem fit. Quippe quãtum ab experientia ſeiunctũ eſt, id totum indicatio nominatur. Quare quiſq́s condere medendi methodum ad vnguẽ parat, huic a primis eſt indicationibus auſpicãdũ. Atq́ hinc ad eas quæ deinceps ſunt tranſeũdum, rurſuſq́ ab his ad proximas, itaq́ pergenti non prius deſiſtendũ q̃ ipſius compos ſit finis. Porro finis propoſitæ nũc nobis tractationis eſt, iuenire cuiuſq́ morbi remedia. Quodnam igitur viæ quæ huc perducit ſtatuetur principiũ? Nempe morbi ipſi⁹ cognitio, qualis ſcilicet is natura ſit, vt prius eſt oſtẽſum. Quippe ſi id quod curatur is eſt: ratio ꝑfecto eſt, ab ipſo quoq́ indicationes eſſe incipiendas. Ergo primũ quæ generalis cõmuniſq́ morborum omniũ indicatio ſit, inueſtigandũ eſt. Ab hac deinde, ad alias ſpeciatim diſcẽdendũ. Quippe neceſſe eſt omnes morbos vni⁹ eiuſdẽq́ participatione, morbos appellari. veluti arbitror & hominem, & bouẽ, & canem, et reliquoꝝ ſingula. Vnũ nãq́ idẽq́ in omnibus hominibus habetur, cuius gratia omnes eãdem appellationẽ hominis ſortimur. Pari modo canibus vnũ idẽq́ omnibus ineſt: cui cogitatiõe innitimur, cum canẽ intelligere volumus. Similiterq́ in omnib⁹ equis, vnũ idẽq́ ineſt ꝓpter qđ omnes equi dicunt̃. In omonymis autem hoc clarius perſpicere licet. Nam omnibus quadrupedibus animalibus, quæ latrant, vnum idemq́ ineſt: vtiq́ quod & quadrupedia ſunt, & latrabilia. At marinis illis rapacibus belluis, quas ipſas quoq́ canes appellamus. vnũ rurſus idemq́ ineſt, quod terreſtrib⁹ nõ eſt. Ita vt his cũ illis in canũ natura nulla ſit: niſi tantũ nominis conuenientia. At hominis cũ homine veluti Socratis cum Alcibiade, non nominis modo: verum etiã eorum quæ ijs inſunt, ſocietas eſt. Nã & animalia, & bipedes, et pedeſtres, & rationales, et mortales ſunt. In plenũq́ nihil vlli ſingulariũ hominũ qua homo eſt, ineſſe deprehendas, quod non & reliquis inſit. Cæterũ terreſtribus canibus, ab ijs qui ſunt marini multa inſunt diuerſa. ſeu corporis ſpectes formã, ſeu animi mores. Quippe ille cicur eſt, hominiſq́ amãs: hic inſidiator, & ferus. Ille terreſtris. hic marinus. Ille quadrupes. hic non. Rurſus ille latrabilis. hic ad latrãdũ minime habilis. At nõ terreſtriũ canũ hic latrabilis eſt ille, non. nec rurſus, hic quadrupes.

Indicatiõe iuenire, qd

Finis ꝓpoſitæ methodi

Principiũ ꝓpoſitæ methodi.

Oẽs morbos vnius eiuſdẽq́ participatione morbos vocari.

alter non quadrupes.ſed omnib⁹ ipſis vna forma ineſt qua canes nominãtur. Nec vero ſubſtãtijs modo id ineſſe videtur: verũetiam ipſis accidẽtibus, Vel vt affectus ſunt: vel vt actiones, vel vt paſſiões. Verbi gratia homo inambulãs ab homine inambulãte nihil differt ſecundum ipſam inambulationem.ſed nec vſtus ab vſto, nec cæſus a cæſo, nec albus ab albo, nec niger a nigro. Verum in maioris minoriſq; ratione ſinguli hoꝝ non paruã optinent differẽtiam, veluti magis minusue albus. Verũ quatenus albus, vnum idẽq; cũ altero albo poſſidet. Ita nimirũ vt qua homo eſt, vnũ idẽq; cum alio quolibet homĩe. Et in ſingulis deniq; ſignificatoꝝ vnũ idem vbiq; ineſt. Ita igitur & ipſum ægrotare & valere ſe habent. Illud eñ ægrotantibus omnib⁹ ineſt, hoc valentibus.vtiq; vnũ idẽq; vtrũq;. Et veluti nomine hominis vnũ: ita etiam nomine ſanitatis vnũ ſignificatur. Declarat autem et quotidianus inter nos ſermo, quod in quibus omonymia non eſt, in his vnũ eſt quod ſignificatur. Si eñ dicat quiſpiã vulneratum ſibi eſſe lapide caput, nemini non dilucidus ſermo eſt, aut ambiguus. ſicut eſt cum dicitur deuoratũ eſſe a cane Coriſcũ. Siquidem a quo cane ſtatim rogabit auditor. Propterea videlicet quod duo ſũt canũ genera. Terreſtre alterũ. Alterũ marinũ. At non quo lapide, aut quod caput rogabit. Cũ & omnis lapidis qua lapis eſt, vna ſpecies ſit, et omnis capitis qua caput. Canis vero vt canis, ſane non vna. Sicut nec lingulæ, qua lingula. Quãdo & tibie & calciamenti pars lingula eſt. Ac ſi quem audias miniſtro iubentem vt lingulam afferat, incertũ eſt quã lingulam dicat. Sin ventrem, aut veſicam, aut iecur, afferre iubeat: non item. Ergo ſingulis ſignificatis vna ſubiecta res eſt. nõ tamẽ cuiq; voci, vna res ſubijcitur. Interdũ eñ tantũmodo ſignificatur per vocem, nec quicq̃ ſubijcitur. Verũ de his quæ ita dicuntur differere pſentis propoſiti nõ eſt. Quibus autem nõ tantũ ſignificatur aliqd: ſed etiam res aliqua ſubiecta eſt: his quotquot ſignificata fuerint: totidem ſunt et reꝝ ideæ. Ac vocis quidem vnũ ſignificantis, vna neceſſario erit & rei ſpecies. Numero tamen plures has eſſe licet. Sicuti A. Eoq; ſeptem eſſe vocales dicimus. Elementa græcoꝝ diomate quatuor & viginti, ad cõmunẽ videlicet omniũ ſpeciẽ, quæ vna eſt referentes: non ad particulares quæ chartis, lignis, mẽbranis, & lapidibus ſunt ſcriptæ. Quarũ maximus numerus eſt, nec potis numerari, pe neq; in infinitum extenſus. Nam poſſunt in toto temporis ſpatio infinita ſcribi tum A. tum B. tum G. Eodem modo & reliquarũ litterarum ſingulæ. Verum ea in vniuerſum quatuor eſſe, et viginti numero dicimus: non particulares intelligentes.ſed tantũ ſpecies, quibus vt arbitror ipſa nomina indimus. Quippe non hoc quod in charta ſcribit,

Sĩgulis nominũ ſignificatis vnã ſubiectã rẽ eſſe. ſed nõ cuiq; voci vnã rẽ.

Aliqñ ſignificari p vocẽ nec qcq̃ ſubijci.

Quib⁹ vocib⁹ res aliqua ſignificatur his quot ſũt ſignificata, totidem reſpondẽt rerũ ideæ.

A.dicitur:illud quod in ligno pingitur, A.nõ dicitur. Imo tum hoc, tum illud.idq; ſiue deſcribas in terra, ſiue in lapide, ſiue ſcalpas, ſiue colorib⁹ pingas. Sed nec pueros docet quiſpiam multa. A.et B.et G. et reliquorũ ſingula. Imo quodq; horũ vnũ, ſimul aũt oĩa viginti quatuor. Simili genere, ſi equũ vnũ puero indices, aut camelũ: vbi alium rurſus equũ, aut camelũ aſpexit, nõ rogat quod animal id ſit, ſed illũ equũ, hãc camelũ nominat. Atq; illũ quẽ prius cũ hoc quẽ nũc cernit, eũdẽ eſſe dicit. Quãuis fortaſſis alter mortuus iã ſit, alter(hic videlicet quẽ cernit) ſupſit. Iam vinũ hoĩes heri hodieq; idẽ bibiſſe ſe dicũt. Nẽpe ſpecie idẽ. Interim tria ſe vina hodie bibiſſe narrãt, aut etiam vnũ. ad ſpeciem vbiq; reſpicientes. Præterea quindenas fores vno ſigillo obſignatas, ad ſpeciem ſcilicet in omnibus ſermonem referẽtes. Adeoq; eſt euidẽs, ac omnibus natura inſitum, tum hominibus, tum brutis, vt aliud quid ceu in ſubſtantia ſubiectũ, aliud ſeu ſpecie vnũ intelligant: vt vel aſinorũ, qui tamen omniũ brutorũ ſtupidiſſimi videntur, aliud eſſe ſpecie vnum, aliud numero, noticiã non fugiat. Cõſpecta nãq; camelo, aſinus ſe retrahit & fugit, ac timet. ſi nũq̃ ante camelũ conſpexit. Sin autem videre iam aſſueuit. q̃uis aliam. aliamq; illi demonſtres: tamen propter conſuetudinem non amplius timet. ſed veluti vnam ſpeciem intuetur, & illam cui inſueuit, & hanc quæ nũc primũ apparet. Ad eundem modum nec homines timet propter conſuetudinem. Sed hos quoq; velut vnam ſpeciem videt. Verum ſi curatorem inſpexit: non ſolum vt hominem: ſed etiam vt hunc hominem agnoſcit, & micat auribus, et caudam quatit, & rudit, & laſciuit, cum eum aſpexit. vtiq; indicans ſe familiarem agnoſcere. Hunc itaq; tum vt hominem, tum vt familiarem noſcit. Eum autem quem primũ iam videt, vt hominem ſimiliter, vt familiarem non ſimiliter. Quare non nos modo: verum aſini quoq; iam aliud vt numero idem, tum vident, tum etiam noſcunt, ac meminerunt: aliud vt ſpecie. Ac Dionem curatorem(eſto enim ita vocetur) aliter vt hominem, aliter plane vt curatorem ſuum agnoſcunt vernaculi aſini. vtiq; communem eius cum alijs hominibus ſpeciem, vt hominis capientes: Priuatam vero ac ſecretam, vt Dionis tãtũ. Ergo tantũ abeſt vt veteres philoſophos laudẽ, tanq̃ amplũ aliq̃d magnæq; ſubtilitatis inuenerint, quod idẽ ac diuerſum, vnũ ac non vnũ, nõ ſolum numero: ſed etiam ſpecie ſit inaudiendum: vt etiam ipſis aſinis hoc ineſſe natura dicam. Sane adijciunt veteres philoſophi non tantum numero, ac ſpecie aliquid idem dici: verum etiam genere. Verum id iam ad rem propoſitam non deſydero. Mihi enim vnicum illud ſatiſfacit, quod ipſis aſinis ſtupidiores oſtẽdi, qui non cõcedunt aliud ſpecie vnũ, aliud numero

Aliud ĩ ſubſtãtia ſubiectum. aliud ſpecie vnũ etiã brutis notũ eſſe.

In empiricos. dici. Magiſq; his etiam qui vnū eſſe Phreniticū & vnū Empiricum: vnū tamē eſſe hoīem nō cōcedunt. Aut qui nō intelligūt ſpecie quidē vnū eſſe hominem: numero nō vnū. nec Socratē vnū eſſe tum ſpecie, tum numero. Phreniticū autē ſpecie eſſe vnū, multitudine nō vnum. Cū fieri nō poſſit vt Dion, Socrates, Theō, & Coriſcus, pariter ſi ita fors tulit, phreniti laborantes, cū quatuor ſunt: vn⁹ multitudine ſint. Sed ſpecie vnus, multitudine nō vnus. Abſurdius autē multo eſt qđ Empirici dicūt. Cū vnū eſſe empiricum dicūt. Deinde rogati quomodo vnū dicant. eum qui viuit, cū eo qui mortuus eſt, & eum qui eſt in græcia cum eo qui eſt in Aegipto, mirificū reſponſum afferunt. Quatenus (inquiunt) Empiricus eſt, hactenus etiam vnus eſt. Hoc em̄ extremæ ſtupiditatis eſt. Si adiectis illis Quaten⁹ & Hactenus, nec q̄ ipſimet loquūtur intelligant. Si em̄ hactenus Serapion, & Menodotus vnus ſunt, qua empirici ſunt: ꝑfecto in alijs vnus non erūt. Quādo ſi omnifariam vnus eſſent: ſuperuacue (arbitror) ac fruſtra addita eſſent illa Quatenus et Hactenus. cū promptum eſſet dicere vnū eſſe Serapionē et Menodotum. Ita nimirū, vt ſi de ipſo tantū Menodoto loquens, adiectione non egeres. Sed abſoluto ſermone diceres Menodotus eſt vnus. Ergo ſi vnus abſoluto ſermone eſt Menodot⁹, Serapion autē & Menodotus nō abſoluto ſermone vnus, ſed quatenus empirici: omnino ꝑfecto ipſis alia quæpiā inerūt, quibus duo ſūt, & nō vn⁹ ambo. Efficiturq; hoc illđ quod antiqui philoſophi dixerūt. aliud numero & idem & vnum eſſe. aliud ſpecie. Nec eſſe mirum ſi Menodotus Serapioni in aliquo idem ſit atq; vnus: in aliquo non idem, neq; vnus. Quatenus enim empiricus idem. Quatenus autem hic reſimus. ille naſo adunco, aut candidus aut niger, aut magn⁹ aut paruus, nō idem. Nūq̄d igiť ſic eſt vterq; eoꝝ homo, vt vel naſo eſt adunco, vel reſimus. an ſic, vt empiric⁹ eſt? An hoc quoq; puer intelligat. qđ qua homo, vn⁹ ſūt. qua hic reſimus, ille grypus, nō vn⁹? Num igiť extremi ſtuporis eſt, aut ptinaciæ, aut neſcio quo noīe merito appellē, fateri vnū eſſe phreniticū, qua phreniticus. Simili modo lethargicū & pleuriticū: hoīem vero, qua homo eſt nō vnū? Præterea empiricū vnū dicere qua eſt empiric⁹: equū vero vt equ⁹ eſt nō vnū. Cū audire liceat Ariſtotelē & Theophraſtū affirmātes, ſpecie quidē poſſe alterū alteri idē eſſe: nūero vero nō idē. Atq; etiā an̄ hos, illū q̄ ipos hm̄oi ſignificatoꝝ diſtinctionē docuit, audire dicētē nihil eſſe miri vnū eſſe multa, & mľta vnū. Quippe adeo dilucide oēm hāc diſceptationē Plato in pricipio Philebi abſoluit: vt mihi vel ipis ſtupidis videať eē dilucid⁹. Aſini nāq; norūt tū hoīem, tū camelū, tū bouē. Prætea hūc hoīem, hūc camelū, hūc bouē. Eodē mō viā norūt, nō tm̄

Plato ī philebo.

abſolute vt viam:ſed etiam vt hanc viam. Nam in ingreſſu viæ quã non nouit aſinũ ſtatue attendeq; vt illam perambulet, ac totam peragat, in neutrã partem declinãs. niſi ſicubi in diuerſa ſcindit. vtiq; declarans ſe ſpeciem ipſam viæ meminiſſe, & clare intelligere. Quippe inambulat eam quæ trita eſt. quatenus autẽ ignorat, fallitur. Neq; em̃ ex recordatione eius quæ inſectilis vnaq; numero eſt, hanc quam nõ nouit peragere poteſt. Manifeſtum vero eſt eum hãc viã qua nũc primũ inſiſtit, quatenus via eſt, vt noſcentem inambulare: quatenus vero numero vna eſt: eatenus ignorare. Propterea quod & nuſq̃, ad nõ tritam diuertat: & qua in duas ſcinditur, neſciat vtra ſit eundũ. Quod tamẽ oĩno non ignoraret: ſi ſecundo aut tertio, nũc p hãc ingrederet. Nam qm̃ alterum nouit, alterũ nõ nouit. ꝓpterea videlicet quod cõmunẽ viæ ſpeciem cognoſcit ꝓpriã autẽ huius, vel illi⁹ ignorat: vtiq; quatenus nouit nõ fallitur. Quippe qui tritæ inſiſtit. Quatenus ignorat: fallitur. neſcius ſubinde in triuijs quã eligat. Duplicẽ ergo cognitionem habẽt & aſini. Cõmuniũ ſpecierũ alteram, priuatarũ alteram. In ſũma ſiue vnã ſpeciem appellare cõmune illud velis, ſiue genus, ſiue cõmunitatem, ſi illius hanc quã ipſe nunc interpretor notionem cuſtodias: de nominibus contendes, rem tamẽ mutare non poteris. Et de nominũ quidem impoſitione, alius fortaſſe quiſpiã tecum contendet: vtiq; qui æque in reꝝ cõtemplatione vt tu parũ eſt exercitat⁹. Cæterũ nos ſaltem nõ contendemus. illud potius te monebimus meminiſſe, quod Plato ait. Multa em̃ vnũ eſſe & vnũ multa. Mirificũ ſane dictũ. nec facile eſt cõtendere cũ eo, q hoꝝ vtrũlibet ſtatuat. Etem̃ ſi hoc obſerues: nõ erit quod cõtendas, vt nũc cõtendis, partim ignorantia: partim adductus pertinacia. Sed ſiue quis vnũ eſſe phreniticũ dicat, vnũ eſſe cõſenties, ſiue multa, ita quoq; cõſenties. Simili modo & Empiricũ, & dogmaticũ & Methodicũ. nõ aliter ſane & medicũ vnũ eſſe, ac multos dices. Vnũ qdẽ quã medicũ, nõ vnũ vero particulari multitudine. Nõ em̃ de empirico loquẽs illud. Quatenus adhibebis: de medico loquẽs id tolles. Neq; rurſus de medico loquens adijcies, de hoĩe loquens auferes. Nec phreniticum vnũ eſſe dices, qua phrenitic⁹. ægrotantẽ vero nõ vnũ. Siquidẽ hic quoq; qua ægrotãs eſt, vn⁹ eſt. Dediſce igit tandẽ nugas illas, quib⁹ in alijs libris captioſe vtẽs cenſes, oſtẽdi tibi ipm hoiem ſolum. & ſeorſum a particularibus hoĩbus. Tanq̃ ipſe oſtẽdere poſſis, empiricum, citra Menedotum & Serapionẽ, & alios particulares empiricos. Aut etiã phreniticum ſeorſum a particularib⁹ phreniticis. Vbi igit eſt error, vndeq; hæc mutatio? vt aſinis adeo ipis ſint ſtolidiores. Nẽpe vñ, ĩ alijs quoq; infinitis fallunt. Quippe vbi a notiõibus ad reꝝ ſubſtãtias tranſire

Aſinos cõmunes priuataſq; ſpecies noſſe.

tentant, Deinde per logicæ cōtēplationis imperitiam falluntur: vtiq; ſubuertunt cum rerum addubitatione, etiam ipſas notiones. Siquidē excipit eos hic quæſtio de generibus & ſpeciebus, quæ nō modo homines qui in logicis methodis non ſunt exercitati: ſed etiam niſi acriter intendant, aliquos ex ijs qui ſunt exercitati poteſt fallere. Cæterū non oportet, propterea quod de rerum ſubſtantia dubitant: a manifeſtis recedere notionibus. Nec putare cōſultū aliquid inueniſſe vtroſuis, vel empiricos ſi vnū dicant. non adiecto quo ſignificato vnū ſit, vel methodicos ſi ꝓ genere, vel ſpecie, vel cōmuni: cōmunitatē vſurpent. Mihi em̄ melius viſum eſt notione ipa clare iā definita. Nempe qua phrenitici ſunt, hac eſſe omnes vnū, qua vero hic iuuenis, ille ſenex. aut gracilis, aut corpulentus, aut vir, aut mulier, hac multos: veteri elocutione de cætero vti. Ac cū Ariſtotele, Theophiraſto, & Platone loquendo periclitari, qui omnia id genus ſpecie eſſe vnū dicūt, multitudine vero nō vnū. Nō phreniticū modo, aut lethargicū, aut empiricū: ſed etiā dogmaticū, & methodicū, & hoiem, & equū, & virū, & mulierē, & reliquoꝝ ſingula. Quod ſi ad particularia diſcenderis, veluti hāc mulierem q̄ indicari digito poteſt, hanc ſane non poſſis ſpecie quidem vnā dicere, multitudine vero multas. Quippe hæc mulier q̄ idicari digito poteſt, vna eſt vtroq; modo, & ſpecie, & multitudine. qđ etiā aliter numero dicere ſolemus. Hi vero ita nō faciūt. ſed alij cōmunitates nominant, ceu vero nō magis dubitari de ijs: q̄ generibus & ſpeciebus poſſit. Alij quaten⁹ hoc quippiā eſt: vnū eſſe dicunt. quatenus autē non vnū, nequaq̄ explicāt. Etem̄ par erat hos quoq; quēadmodū oſtēdūt, qđ menodotus, & Serapio, & Theodas, et Glaucias, & appolloni⁹, & Calicles, & Diodot⁹, & Heraclides, & lycus. vnus oēs ſunt qua empirici: ita rurſus quēadmodum nō vn⁹ omnes: ſed multi ſunt, exponere. Siquidem in his exponendis alicubi plane deprehendiſſent. idem tum vnū, tum multa. non modo eſſe: ſed etiā dici poſſe. Menodot⁹ nāq; & Serapio, qua empirici ſūt, vn⁹ ſunt. Imo vero & qua medici, & q̄ hoies. Quid vero qua aialia? Nā id q̄ri ab his operepciū eſt. Num hacten⁹ quoq; Menodot⁹, & Serapio vn⁹ ſunt? Nā ſi id negēt: nec nos cōcedem⁹ quaten⁹ empirici ſūt: eaten⁹ eſſe duos hoies, vnū. Sin concedāt hac quoq; duos eſſe vnum, nēpe quaten⁹ ambo ſunt aīalia: ꝓtinus illud ſubijciemus. Recte igit̄ ab antiquis philoſophis dictum eſt, aliud numero, aliud ſpecie, aliud gñe eſſe, quod tum idem, tū vnū eſt. Dehinc rurſus interrogabimus, phrenitic⁹ Menodot⁹, phreniticus Serapion, idē ne eſt, an diuerſus? Si reſpōdent oīno vnū phreniticū eſſe, vnūq; & eūdem ambos, qua phrenitici. Rurſus ꝑcontabimur, quid aūt qua ægrotantes.

Idē numero etiā idē multitudine dici.

num hac quoq; ambo vnus ſunt? Si negent, neq; nos illis concedem9, qua phrenitici. Sin annuent: vtiq; rem aliquam ponemns cuius vna ſit ſpecies, de qua omnes homines morbi nomẽ enũciant. Non enim phrenitis res aliqua fuerit, cui vna ſit idea, atq; hactenus omnes qui ea ſunt affecti, vnũ efficiens. Morbus autem ſimiliter vnum nõ faciet eos quos occupauerit. At nulla eſt (inqt) ita diſtincta ſpecies, aut animalis, aut morbi: ſicut hominis, & phrenitidis. Q uid ais improbe. An nihil tibi ſignificare videntur hæ voces, animal et morbus. Sed ſimiliter efferri vt blytyri & ſcindapſus. An ſignificant quidem, verũ nulla res ſubſtat, quæ vocibus reſpondeat, veluti in ſcylla & centaurus. an etiã ſignificant, atq; id quod ſignificatur vnũ eſt? Q uippe ſi nulla ſit res, quæ iis vocibus animal & morbus indicetur: non recte dicis hominẽ eſſe animal, aut phrenitim morbũ. Sin eſt res aliqua, et vere dicis, tum hũc qui aduenit animal eſſe, tum hũc q decũbit ægrotare: eſt vtiq; omnino aliquid eoꝝ, quæ ipſis inſunt de quo vocẽ vtrãq; enũcias. Verum ad hæc intelligenda parũ es exercitat9. tametſi ea ex primis ſint quæ in logicis inſtitutionibus tradantur. Cæterũ quid hoc ad ipſam veritatem. Nõ eñ ꝓfecto ex iis quæ tu nõ intelligis iudicãda veritas eſt: ſed ex iis q̃ quiſpiã intelligit, q & natura prudens ſit: & ea didicerit, ac exercuerit. nec idẽ cõtẽtioſ9 ſit. ſed veritatẽ amet. quoꝝ nullũ in te eſt. quãq̃ mediuſſidius haud ſcio, an iſta, natura prudẽtẽ deſyderẽt. Quis eñ neſcit nõ idẽ ſignificare Socratẽ, ac reſimũ. ſed Socratem totius eſſe ſubiectæ ſubſtantiæ nomen, reliquoꝝ nominũ nullũ de tota corporis ſubſtantia dici. Nõ ſimum, non ꝓgaſtora, nõ caluũ: ſed hoꝝ aliud figuræ naſi eſſe nomẽ, aliud defect9 capilloꝝ in capite, aliud magnitudinis eſſe vẽtris. atq; hæc ſũt q̃ reſpectu partiũ dicãtur. At ſi cãdidũ aut nigrũ Socratem dicã, de oĩbus arbitror corporis partib9 nomina ꝓnũciem. Cæterũ non totã ſubſtantiã, ſed vnũ ex iis quæ illi accidũt, indicem. Nẽpe colorẽ. Q uinetiã ſi craſſum dicam, aut tenuẽ, durũ, aut mollẽ, hirtũ, aut glabrũ, aut cætera id genus quæ Socrati accidũt: ne ſic quidem de omni eius ſubſtãtia appellationes affero. Sed vnũ aliquid eoꝝ quæ ipſi accidũt oſtẽdo. Ad eũdũ modũ, & ſedere ipm, & inãbulare, & mouere, & dormire, & vigilare, & ſingula id gen9 noĩa, de nulla ꝓfecto ſubſtantia dicim9. Sed aliquid eoꝝ quæ Socrati inſunt his ſignificamus. Quæ nimirũ in ſuperiorib9 vel actiones eſſe, vel paſſiones, vel quoſdam affectus diximus. Satius ergo fuerit, nũc quoq; ſub hac te formula exerceã. quẽadmodũ etiã in ſupiorib9 oſtẽdim9. ac nõ a noĩb9: ſed a rebus orſus. Incipe vero a teipſo primum, æſtimaq; ſimplex ne res ſit, an compoſita. Vtrũ ne pes ſis, an naſus, an ocul9, an caput? Cõſtat eñ nullũ te hoꝝ

Q uæ noĩa de tota ſubſtãtia rei dicant.

Quæ de accidẽtib9 vel ꝑtiũ ei9 vel totius.

eſſe, ſed nec ſine his. Verũ & ex his & ex reliqs partibus vniuerſis, quarũ ſingulæ debitam habeant poſituram, totus es compoſitus. Eſto igitur tibi nomẽ Themiſo. At cum Themiſona claudũ eſſe aio, eo qđ dico claudum, pedum affectum ſignifico, Themiſo vero totius eſt nomen. Quinetiã ſimus cecuſq; a parte dicitur Themiſo. Rufus vero & craſſus non a parte: ſed ab affectibus qui toti inſunt. nõ aliter q̃ inambulans, ſedens, diſputans, & viuens. Num igitur intelligis non eſſe hæc totius ſubſtantiæ tuæ ſigna. Sed alia a parte quapiam eſſe nominata, alia ab vno affectu? Cum vero bonũ te, iuſtũue quiſpiam dicit: non etiam proſpicis, hæc eſſe affectuũ nomina, qui in animo tuo conſiſtunt? Atqui ſi noris quod hæc ad portionem ſe habent, cum albo, & nigro. (Quippe ſicuti iſta corporis: ita illa animi affectionũ ſũt nomina) intelliges (arbitror) & artificem & inertẽ, vel ſi quod nomẽ artifici eſt contrariũ, ab animi affectibus eſſe impoſita. Iã ſi artifex vnde nomen accepit ſcias: ſcies arbitror Medicus quoq; vnde ſit appellatus. At hunc ſi vnde dictus ſit cognoris: non eſt quod magnopere labores. vt inuenias cui demũ inditum ſit nomen empirici. Sane ipſum quod a vobis exigo, nec adeo difficile, nec magnũ eſt. Quippe ipſa prædicamenta diuidere logicæ ſpeculationis eſt initium. Cuius eſſe vos omnino expertes facile declarant ea, quæ temere nugamini. Vel nunc igitur reſipiſcentes poſthac incipite quæ corpori accidunt nominare. veluti quod hic albus eſt et niger, aut certe vehemẽter. adeo vt ægre ferre calorẽ poſſit. Deinde calorẽ ipſum qui adeo auctus ſit, vt occaſione eius corpus laboret, nec probe perfungi actione poſſit: permittite volenti appellare febrem. Siquidem omnes homines eum qui ita ſit calidus febricitare dicunt. Nec ſane rem magnã facietis nomen mutantes, niſi quod tempus veſtrũ perdetis. Illud potius vir bone facito. Cũ Themiſonem febricitare dices, & Dionẽ febricitare, & multos ad eum modũ febricitantes nominabis: perpende diligenter nunquid in ijs omnibus vnũ idemq; ſit, ipſum (vt ſic dicam) febricitare, an diuerſum? Inuenies enim vnũ eſſe idemq; ſpecie, multitudine, quod etiam numero dicimus, non vnum. Cũ aliter tibi nec vt reſpondeas fas ſit, nec intelligas. Ergo qui febricitat, is qua febricitat vnus plane eſt. Quando et qui delirat, quatenus delirat, etiã eſt vn⁹. Quid vero & qui ſimul febricitat & delirat. nunquid & is vnus eſt, qua ſimul & febricitat & delirat? Sane id neminem latere arbitror. Ponatur igitur ambobus ijs vnum nomen, febricitanti dico ac deliranti, voceturq; phreniticus, qui ita laborat. Quod ſi non intelligis quemadmodum ambobus vnum nomen ſit poſitum, admonebo te fortaſſis nominum quæ ipſe vſurpas. Quippe equum

aliquid appellas. Nempe animal (vt ita dicam) hinnibile, ſiue quod ad hinnitum ſit habile. An igitur intereſſe cenſes, Equũ dicas, an animal quod ad hinniendũ ſit habile? Ego ſane, non cẽſeo. Atqui ſi id ita eſt ambobus illis nominibus, et animali, & hinnibili, quo vtiq; breuior eſſet ſermo, equũ indidiſti. Ad hũc etiam modũ ſi quod pedeſtre & bipes animal ſit, pro tribus nominibus vno interpretari velis, hominẽ vocabis. Et ſane ſolutio cuiuſq; nominis in ſuã orationem ad eũ modum abſoluitur. Qui etiam vt cõijcias, componaſq; orationem in vnũ nomen, nõ aliter, q̃ iã dicto fit modo. Cũ videlicet & ſimplicium cuiuſq; notionem ſecundũ ipſius nomen tenes, & ſimul ex duobus ſimplicibus rurſus alterã notionem efficere compoſitam potes. mox illi nomen imponere. ſubinde rurſus ipſi compoſitæ alia ſimplici adiecta, vbi ex tribus iam ſimplicib⁹ vnã notionẽ feceris: huic quoq; nomen aliquod imponere. Quomodo inquies & qua ratione id? Siqdẽ non grauabor exercẽdo eos, qui reſipiſcere a diuturna iſta ignorãtia nõ recuſant: longius ꝓgredi. Calor ſimplicis rei nomen eſt. præterea actionis læſio, ſimplex quædã res eſt. At tantus calor, quãtus iã actioni officiat, nõ etiam ſimplex res eſt. Quod ſi etiã totũ vexet corpus, multo profecto minus iã ſimplex eſt. Ergo quo minus multis vtantur hoĩes, ad cõpendiũ alioqui natura procliues, eiuſmodi calorẽ, febrẽ vocant. Quippe expeditius dictu eſt febricitare Dionem: quã tantũ in toto corpore caloris habere: vt multas functiones corrumpat. Ergo cum affectum ipſum ſignificare volũt: febrim. cum vero eum qui affectu laborat, ab affectu ipſo nomen declinant. vocantq; febricitantem, ad eum modum quo a candore candidum, & a nigrore nigrum. Itaq; compoſitæ rei nomen febris eſt, atq; hoc etiam magis febricitans. Simplex autem eſt delirium. Verum ſi ſimplex hoc cum compoſito copules: homo ipſe phreniticus. affectus, phrinitis nominat̃. Quẽadmodum et homo ipſe, ne animal rationale mortale dicamus, breuitatis cauſa, homo eſt nominatus. ipſo hominis vocabulo orationis vim quãdam comprehendente. Atq; id eſt quod veteres philoſophi orationem nominis dicere appellant. Cæterum non ducunt in infinitum: ſed vſq; ad ſimplicia ſubeunt. Nam cum hominem in animal & rationale & mortale ſolueris: poſtea ipſum animal ſolues in ſubſtantiam ſenſilem. At non ipſam ſubſtantiam amplius ſoluere poteris, nec etiam ſenſile. Quippe ſimplex primũq; eſt horum vtrũq;. Quo fit vt mihi mirari ſubeat, de ijs qui phreniticum & hominem eſſe concedunt: morbũ vero & animal eſſe, non concedunt. Quippe qđ ꝑinde eſt, ac ſi cõpoſita eſſe des: de ſimplicibus dubites; quaſi nõ priora cõpoſitis natura, ſimplicia ſint. At nõ vidi inqt ipm ꝑ ſe aial.

Exercet lectorẽ in exemplis.

Simplicia compoſitis natura eſſe priora.

Sed nec hominē inſulſe vidiſti. Et tamen teipſum ais hominē eſſe. An illud fateberis? animal autem eſſe te nō fateberis? Nuſq̃ inquit vidi p ſe morbũ. Sed nec phrenitim vnq̃ ſolam vidiſti. Sed in Thione, aut Dione, aut alio quopiam homine. Quare hoc plane puerile eſt. eo quod nuſq̃ morbum ipſum per ſe ſolũ videris: iccirco putare morbũ non eſſe. Quippe ita nec febrim, nec phrenitim, nec aliud qppiã id genus eſſe dabis, vt quoꝝ nullũ vſq̃ ipſum p ſe ſolũ videris. Sane ex pediebat poti⁹ nō ita: ſed vt dictũ ſupra eſt, a reb⁹ ipſis cœpiſſe, cogitationeq̃ ipſa ſpectaſſe, quot eſſent in totũ ſimplicia. Mox ꝓprio nomine, cuiq̃ impoſito, ex ipſis iam compoſita nectere. Ergo ſubiecto corpori vnũ hoc primũ inſit, quod ſētit. Num cui id ineſt, animal nō appellabis? non, inquies. Atqui de nomine hoc pacto heſitabis. Sed nec ſenſile corpus eſſe concedes. Iam ita de rebus ipſis falſo opinaberis. At ſi & corpus aliquod ſenſile eſſe, & nomē hoc animal de eiuſmodi corpore dici cōcedes: audebis poſtea dicere animal nihil eſſe? Ergo nec album aliquid erit, nec inambulans nec currens. Quippe ab ijs quæ ipſi accidunt, dicitur corpus album, inambulans, et currens. Ipſoꝝ vero accidentium hoc albedo, illud inambulatio, tertiũ curſus dicitur. Eodem modo ſenſus vnũ quid eſt, ex ijs quæ corporibus accidunt. ſentiens vero, ipſum eſt corpus. hoc vero etiam animal nominatur. Quis igitur vbi ſentiens corpus aſpexit: omiſſo hoc nomine animal: aliud quærat, quod de eo dicat. Num corpus dũtaxat ĩtelligitur, tanq̃ Centaurus? an res quoq̃ aliqua huic appellationi eſt ſubiecta? Patet proculdubio eſſe ſebiectam aliquã. Age quid ſenſus? intelligitur ne tantum. an aliquid eſt eorum quæ corpori inſunt? Mihi vero etiam id clarum eſſe videtur. Nempe ſenſum vnum eſſe ex ijs quæ corpori inſunt. Atqui ſi neq̃ corpus tantũmodo intelligitur: ſed etiam ſubſiſtit. nec etiam ſenſus. Imo is quoq̃ ſubſiſtit: qui fiet vt ambo coniuncta compoſitum efficiant non ens? nam id iam perridiculum ſit corpus quidem eſſe ac ſenſum, nihil tamen eſſe ſentiens corpus. Sicut illud magis ridiculum, ſentiens quidem corpus eſſe: animal autem nihil eſſe. Ceu aliud quiddam animal ſit, & non hoc. aut quicq̃ interſit oratione: an nomine iudicare aliquid velis. Aeque abſurdum ſit & morbum negare aliquid eſſe. Quippe ſi affectus nihil ſit, morbus quoq̃ nihil erit. Sin affectus aliquid eſſe detur: vtiq̃ & morbus aliquid fuerit. Quicũq̃ enim affectus functioni officit, is eſt morbus. At non potes inquiunt oſtēdere mihi ipſum per ſe morbũ. Imo nec phrenitim vir bone, nec febrim. quæ tamē nihilominus eſſe fateris. ſicuti multa alia. Nã micrologiã nominũ quã philoſophi quidã ſcite ſunt cōmenti, ſed quæ omnem in vita loquen-

di conſuetudinẽ ſubuertit ſic, vt ne ipſi quidem in ſuis ipſorum operibus ea vti poſſint: impræſentiarum omitto. vt qui & alibi de ipſis diffuſius egerim: & in opere de elementis, quæcũq; ſunt neceſſaria dixerim. Intelligo autem micrologian qua diuidunt in genera, græca illa τὸ ὄν, τὸ ὑπάρχον et τὸ ὑφεστός. latine ens, & ſubſiſtens, ſiue ſubſtans dixeris. Quippe quæ tranſlaticie nobis, tum hic tum in ſequentibus latine ponentur. Vt autẽ omnes in omnibus refutem fieri omnino nõ poteſt. Sed enim quod non modo propria morbi notio ſit: ſed etiam res aliqua ſubiecta, quæ hanc appellationẽ ſit ſortita, ſatiſfaciant ad præſens quæ hactenus ſunt dicta. Clarius autem idem ipſum in progreſſu ſermonis intelligetur: vbi de primis indicationib⁹ abſoluta diſputatio erit. Quæcũq; vero nũc dicta de morbo ſunt, ea mihi & de ſymptómate, & paſſione eſſe dicta cẽſeo. Præterea ſanitate, & paritate, et robore, & potentia, omnibuſq; alijs quorũ nomina, & notiones de rebus quibuſdam ſubiectis ſunt dicta. Omnia nanq; hec corporibus inſunt, partim vt affectus: partim vt actiones: partim vt paſſiones. Præterea quædam ceu naturaliter inſint, quædam, ceu præter naturã. Indicatio quoq; ex ſingulis eorum ſeorſum prebetur, a plurimis tamen prætermiſſa.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER TERTIVS.

SI igitur Hiero indicatio quæ ab ipſa rei natura primũ oritur: quod agendum ſit inuenit: neceſſe eſt remediorũ inueniendorum initium ex morborum ipſorum natura ſumi. Si quidem abſurdum ſit, aliud eſſe quod curandi rationem præſcribat: aliud quod curetur. Etenim indicare de ſe quicq; magis poteſt: quã de alio. Hoc autem clarius fiet in ſequentib⁹. Verũ quoniã omnibus in confeſſo eſt primas indicationes ex affectib⁹ eſſe ſumendas: certe laborandum pluribus fruſtra non eſt: vt hinc eſſe incipiendum doceam. Illud potius monſtrare tentemus, neq; totum hoc eſſe, nec prorſus magnã aliquam partem. veluti methodici putãt. ſed minimã & tãtum initiũ.

Indicationem quæ a morbo ſumit principiũ tantum eſſe methodi quæ de medẽdo inſtituitur.

Igitur iidem ipſi aiunt, calculũ qui in veſica ſit, propterea quod toto genere præter naturã ſit, ablationẽ ſui indicare. Ad eundem modum verrucas, & myrmecyas, & atheromata, & ſteatomata, & meliceridas, & alia id genus. At inteſtinum quod iam in ſcrotum decidit, omniaq; quæ luxata ſũt, quod videlicet loci gratia præter naturam ſe habent: reponenda ſe in ſuum locum docent. Atqui tantum abeſt, vt horum quippiam artificij cuiuſq̃ ſit: vt etiam priuatorum cuiq; patere poſſit. Quippe qui membrũ quod luxatũ ſentiunt: reduci in artus iubent. Præterea verrucã tolli. & vlcus ad cicatricem duci. & aluum fluẽtẽ ſiſti. Verum quibus hec rationibus fiant, id ſane neſciunt. Atq; id eſt quod adijci a medico debet. Itaq; indicatio quæ a morbis ſumitur: principium tantum eſt, & (vt ſic dicam) carcer vnde medẽdi ratio promouet. Nulla prorſus ipſius medicinæ artis adhuc portio. aut certe nec magna, nec propria. ſed quæ etiã plebei ſit communis.

Hũc demũ medicũ eſſe qui ꝑficere ea poſſit, q̃ prima indicatio ꝑſcribit.

Ergo cui facultas eſt, illa inueniendi ex quibus perfici poſſit quod a prima indicatione ſuggeritur, is merito morborum eſt curator. Qui ſi per experientiam inuenit, obſeruator & empiricus eſt nominandus. Sin ratione quadã et methodo: logicus, & methodicus, & dogmaticus. Ergo plebeius quidem (altius enim idem repetẽdũ eſt) medicum adit, reponi ſibi mẽbrum iubens, aut os, quod forte fractum eſt, formari atq; componi, aut melicerida ſibi tolli. Verum quo pacto horum quodq; peragetur, id ſane inuenire medicinæ artis eſt munus. Ac empirici quidem, per experientiam inueniri omnia contendunt.

Nos partim experientia: partim ratione. Cum neq; illa inuenire omnia queat, neq; ſola ratio. Veruntamē cōfuſam mixtāq; tradēdam eſſe doctrinā nō cenſemus. Sed ſeorſum empiricam, & ſeorſum logicam, quo facile appareat, quā habeat vtraq; vim. Nunc vero de ea quæ ratione paritur, inuentione dicere ſtatuimus. Num igitur eſt nobis methodus aliqua qua vſis, inuenire prædictorum ſingula liceat. dico quod ſuperuacaneū genere ſit, adimere. & quod motum loco ſit, id proprio loco reddere. & quod vnitatis ſolutū ſit, vnire. An empiricen ad hæc requiremus? Ego ſane methodum eſſe aliquam, qua quæſita inuenias, plane mihi perſuaſi. Eiuſq; principium eſſe, id quod ſinguli morbi faciendum dictant. vnitatis nanq; ſolutio, vnitionē poſtulat. Ea in oſſe, fractura dicitur, græce, catagma. In carnoſa parte, vlcus. Sicuti etiam vulnus, & ruptio quod rhegma, & conulſio qđ ſpaſma dicit̄. Vulnus quidē ſolutio quædam ex vulnerādo in carnoſa parte relicta. Ruptio et cōuulſio citra vulnerationem facta. prior enim carnoſæ partis diuiſio eſt. poſterior neruoſæ. His omnibus vnitio moliēda indicatur. quæ an præſtari vbiq; poſſit, an in multis non poſſit, hoc vtiq; internoſcere primū iam hominis artificis eſt. Quippe nemo plebeius nouit, nec neruoſam trāſuerſi ſepti partē, nec inteſtina tenuia, nō poſſe quem indicant finē recipere. Sed & de præpucio, & de tenui buccarū parte, quod ſimiliter ſe habet idem ignorat. Præterea an caries ī oſſe quæ Texedωn. græcè dicitur ſanari queat, ſicut eroſio in carne, cōpertum nō habet. Iam an coaleſcere fractura poſſit. veluti vulnus. Præterea an callo adglutinari poſſit certum nō intelligit. Pari modo in capitis fracturis vulgus omnino non nouit, ſit ne expectāda calli generatio, an aliter curandum. Porro multo adhuc magis ignorat, an corde vulnerato, aut pulmone, aut ventriculo, aut iocinere, fiducia ſanationis ſit. Nec in ſūma quicq̄ vltra primā indicationē vulgaris quiſq̄ nouit. Itaq; hoc ipſum primū artis eſt opus, vt intelligas ſperare ne, id quo tēdis debeas: an ſecus. Eius rei duplex cognitio eſt, nec poteſt addi ratio tertia. Altera per experientiā cui longo vſu eſt opus. Altera per ipſius rei naturam. ſiquidem hæc tum cuiuſq; particulæ ſubſtātiam æſtimabit: tum actionem. tum vſum ſitūq;. A quibus procedens non ſolum quod ſanari nō poteſt, præuidebit: ſed etiam quod recipere ſanitatem poteſt de inueniendis ei remedijs deliberabit. Conſtat autē quod a ſimpliciſſimis incipiet. Porro nihil eſt ſimplicius vlcere, quod in ſumma carnoſa parte ſit. Huius ergo ſi quidem vlcus tantum ſit: curationis finis vnitio eſt. Sin etiam cum cauitate ſit: duplex eius propoſitus eſt finis. Sicuti etiam duplex eſt affectus. Nēpe vlcus qđ eſt vnitatis ſolutio: & cauitas quæ ex amiſſa aliqua animalis propria

Primū artis opus eē vt itelligas ſperādū ne ſit qđ deſtines.

Dupliciter itelligi poſſe an liceat qđ deſtines ſperare.

De vlcere.

ſubſtātia eſt cōtracta. In quo genere fieri interim nō poteſt, vt alteri⁹ propoſitarū finiū ſis compos. veluti ſi non modo caro ipſa: ſed etiam ſubditum illi os perierit. Quippe impleri ad vnguē cauitas eiuſmodi non poteſt. cicatrice induci certe poteſt. Sed hæc vlceris ſanatio eſt. Cauitas inſanabilis remanebit. Hoc igitur ipſum aut per experiētiā, aut rationis ope dignoſci oportebit. At Theſſalus nec his vtitur, nec tertium quicq̄ adijcit. & tamen nugari non erubeſcit. ſed id mittamus.

In methodicos.

Illud potius doceat imitator Theſſali medicus, quo pacto cauū i carnoſa parte vlcus, nullo ex ijs quæ ſubſunt læſo, ſanabimus. Sarcotico (inquit) medicamento, id eſt, quod carne impleat, īpoſito. Bene ſane, magna facilitas, fortaſſe autē ſtupiditas potius erat dicendum. ſi cum ſarcoticū dixit: ſatiſfeciſſe ſe quæſtioni putat. Quippe ſi ſarcoticū iā ſcimus, quid amplius requirimus? Dic nobis quod illud ſarcoticon ſit, quo es vſurus. Thus reor inquies, aut iris, aut ariſtolochia, aut erui farina, aut panax. Nam de ſiccis medicamentis principio mentionem faciam. Age igitur hæc medicamenta quo pacto inueniſti? Experientia inquis. Quid igitur eſt, quod per te amplius eſt adiectum. Siquidem quod cauum implendū ſit, id quidē vel priuatus quiſq̄ nouit. At ex quibus id, & p quæ medicamenta fiat, experientia docuit. Theſſalus vero nec vt empiricus, nec vt logicus medicamentum id nouit. Vt empiricus, quia videlicet nō vult. Vt logicus, quia nō poteſt. Nā ego eum, vt empiricum id ſcire, plane noui. Cū enim duo ſint omnis inuentionis inſtrumenta. (Nempe experientia & ratio) qui qđ inuētum eſt nouit, ſed tamen rationem eius dicere in promptu non habet: is prodit ſe per experientiam id inueniſſe. vt igitur quantū erret intelligat: aurium nobis operā pauliſper accōmodet. Volo enim paucis cum ſolius experiētiæ profeſſore agere. Etenim hunc quoq̄ dicere par eſt, quo pacto ſiccum hoc, quod carnem producat, medicamentum inuenit. quod vtiq̄ cephalicon nominant. Porro componitur id ex iride & ariſtolochia, & eruo, & thure, & manna. i. cortice thuris. Eſt autem, & aliud quod præter iam dicta corticem panacis recipit. Sicuti etiam aliud cui elota cadmia admiſcetur. Dicat itaq̄ mihi hæc quomodo ſint inuenta. Et quid (inquit) attinet de inuentione eorum quærere, ac non recte potius inuentis vti? Atq̄ hæc quidem ab initio ſtatim reſpondent. Poſt vero interim ex ſomnijs inueniri poſſe talia dicunt: interim forte quapiam aliud fuiſſe, in aliud effuſum. Mox aliquē vti mixto auſum. Cæterū fiduciæ eius ſpem nō dicunt. Hæc igitᵉ manifeſtæ ſunt nugæ. Tertius his inueniendi modus plane eſt rationalis. Si quidem ſimplicium illorum quiſpiam vnūquodq̄ vt ſarcoticū expertus mox carnē aliquando non facere cernens: ratione depre

Diſputatio cū Empirico.

Cephalicō

hendit nō omni naturæ eorum quodq; competere. Si enim cui ariſtolochia vlcus carne non impleuit: huic thus cōtulit, Cui thus nō profuit, huic iris admota, fuit vtilis: rationabile erat (arbitror) non omnes ab omnib⁹ ſimiliter affici. Hoc vbi ſemel in ratiocinationē venit: optimum factu eſt viſum: q̄ plurima eiuſdem ſpeciei in idem miſcere, quo nulli corporis naturæ deeſſet, quod cōueniat. Atqui amice in cō mixtis ſpeciebus nō ſeruatur actio ſuæ cuiuſq; ſubſtātiæ. ſic, vt ī vnaquaq; ſubſtantiæ ſpecie nō deſit quod morbo curando conueniat. Nā ſi aut corporis naturam inuenire poſſent, aut adhibiti medicamenti vim: non eſſet fortaſſe ijs tali varietate opus, vt quibus vnū illud medicamentū quod vni corpori conueniret, inuenire in promptu eſſet. Nunc cum ignorant vtrūq;: parum recte omnia miſcent. vnum ſcilicet quod omnibus naturis quadret, moliri medicamētum ſtudētes. Hāc ego componendorum medicamentorum rationem, primis illis medicis excogitatam arbitror. atq; vt antiquū inuentum recipio. Cæterū tantum eam a vera medicinali methodo abeſſe reor: quanto certe rationabilior eſt tranſfuſis in ſe mutuo cribris. Quippe niſi illud primum cogitet, ſolius ſe compoſitionis quæ ex ſimilibus ſpæcie medicamentis conflatur, non eius quæ ex cōtrarijs initur, methodum didiciſſe, Mox in eius miſcellæ multitudine vnum fortaſſe eſſe medicamentum, quod laboranti ſit vtile, fortaſſe vero nec vnum, contra, ſeptem octoue, quæ ex vſu non ſint, ita vt pluribus numeris obſit eiuſmodi medicamētum, quā proſit: hæc inquā niſi reputet: plus eū ignorare negotij, quā nouiſſe dixerim. Oleum nāq; cauo vulneri infuſum aduerſiſſimū omniū medicamentum eſt. Cum ſi ita mederi velis vſu ipſo intelliges, ſordidum ac male olens vlcus fieri. Quod ſi tempus quoq; anni calidius ſit, ac vitio mali ſucci homo laboret, aut fluxionibus obnoxius natura ſit, aut etiam in victus ratione delinquat: timor eſt ne illi pars ea computreſcat, in qua vlcus eſt factū. Timor vero eſt & ſi cera ſiue ſola, ſiue in oleo ſoluta vtare. Atq; hæc quidem putreſcere vlcus facient. At ſi eruginem ad leuorem tunſam inſperges: ea quidem nullo modo putrefaciet. dolorem tamen ac roſionem inferet non paruam. Præterea exedet, ac phlegmonen excitabit. Quod ſi largius vtere, conuulſionē quoq; accerſet. Quoniam igitur neq; oleum, neq; erugo, neq; cera cauum vlcus implere carne poteſt: conſtat, quod ex ijs qui experiētiam profitentur, nemo vſquā ea miſcebit. At ego ſane hæc miſcebo. Imo debita menſura non hæc modo: verum etiam alia mille pharmaca ex ijs quæ cauo vlceri ſunt inimica. Quippe ſi non ijſdem facultatibus lædūt, ſed quodāmodo contrarijs: imparia quidē immodicaq; profecto fuerint, vt ad cauum vlcus implendum. Verum

queadmodum ex duobus temperamentis immodicis: vnum efficiatur modicum, id in medicamentorum componendorũ rationibus docuimus. Non eſt igitur difficile ex oleo, cera, & ærugine medicamẽtum quod carnem producat, conficere. Si enim noris eiuſmodi vlcus mediocriter ſiccandum eſſe: non ſiccare autem nec ceram, nec oleũ: vtiq; intelliges, nec alterum. ſeorſum, nec ambo ſimul cauum vlcus implere poſſe. Imo vero nec æruginem ſolam, vt quæ imodice ſiccet. Ergo ſi omnia miſcueris: modice ſiccum efficere medicamentum poteris. Quis vero cuiuſq; eſſe modus debeat id mihi in libris qui de medicamentorum compoſitione ſunt inſcripti, iam traditum eſt. Nunc quoq; ſi res poſtulet indicabitur in ſermonis progreſſu. Nam primum omnium abigendus mihi a ſequentibus libris amethodus iſte Theſſalus eſt. ſed indicato prius illi quantũ a recto aberret. Nam prudenti, vel quæ nunc dicta ſunt ſatis oſtenderint, qualis eſſe debeat medendi methodus. Verum non eſt cum talibus ſermo. Itaq; etiam neceſſe eſt, cũ iſtis adhuc diſputemus. hinc ſumpto initio. Omnis quæ præter naturam eſt cauitas: impleri poſtulat. Quare & quæ in carnoſa etiam accidit parte. Ipſa vero impletio inueniendorum remediorum finis quo tenditur eſt. Vt vero quæ ipleant inuenias, & multa ratione opus eſt, et multiplici particulatim indicatione, & methodo rationali exacta. Etenim ſæpe vidiſti difficilia ſanatu vlcera curare nequiuiſſe, nec eos qui experientiam profitentur, iſtos inquam qui remedijs ſcatent, nec etiam eos qui rationem ſibi vindicant omnes (Quippe Theſſalij iſti quos methodicos nominant) ſunt autẽ reuera a methodo alieni, tanq̃ aſini lyram, ne ad audiendam eiuſmodi ſpeculationem ſunt idonei: nedum quod rectum eſt ratione inueniant. Vidiſti autem ſubinde in eiuſmodi vlceribus empiricos quidem, alias ſe ad aliud medicamentum tranſferre. Cum nulla profecto ratio tranſitum ipſum mõſtraret. Verum quoniã multa ſunt experti, quæ cauum vlcus impleant, ipſam vero vt idem vocant idioſyncriſian. i. corporum proprietatẽ, in qua ſingula eorũ pollere ſunt viſa, nec agnoſcere, nec meminiſſe poſſunt: ideo nunc quoq; ad quod ſe tranſferant non intelligentes. ſed ſperantes in multis particularibus experiendis, obiter quod conueniat omnino inuentum iri: alias ad aliud tranſiliunt, fortunæ potius, quã rationi eius qđ cõducat inuentione permiſſa. Similes his ſunt, tametſi id nolunt, & qui ex dogmaticis ad naturalia corporũ principia ſubire ratione nõ valuerunt. Quippe hi (vt ante oſtendimus) ex dimidio empirici ſunt. De iſtis vero amethodis Theſſalijs quid etiã loquare? Soli igitur hi qui vera methodo curant, tum ſingulis id genus vlceribus idonea medicamenta, & victum aptum inueniunt: tũ liquidiſſime

Sarcoticon ex oleo cera & ærugine.

Idioſyncriſia.

rebus ipſis oſtendunt, quantopere conducat, quantumq; ad medendũ lumẽ præſtet, ipſa de natura tractatio. Etenim prætermitti negligiq; aliquando quod vtile ſit, his qui ab alio pharmaco ad aliud aſſidue tranſeunt: non ſemel tibi oſtendi vno aliquo ex medicamentis quib⁹ illi fuerãt vſi, eiuſmodi vlceribus ſanatis. Spreta vero eiuſmodi medicamenti facultas ab ijs merito eſt, quod videlicet & propter intempeſtinum vſum non ſolum non prodeſſe; ſed etiam obeſſe eſt viſum, & quod in primo vſu nihil aliquando quod eſſet euidens, effecit. Vidiſti porro non minus oculorũ nos grauiſſimos dolores ſanare, aut balneo, aut vini potione, aut fomentis, aut ſanguinis miſſione, aut purgatione, quibus nihil aliud adhibet medicorum vulgus: q̃ medicamenta hæc, quæ ex opio, & mandragora, & hyoſcyamo fiunt. Maximam plane oculoꝝ perniciem. vtpote quæ nulla re alia illius ad præſens leniminis ſpeciem præſtant: q̃ quod ipſum ſenſum enecant. Multoſq; noſti ab eiuſmodi medicamentorum vſu, cum liberalius fuiſſent admota, nunq̃ poſtea naturalem ſtatũ recœpiſſe. Sed ex his principio quidem, cõfuſe atq; ægre vidiſſe, tempore vero, ſuffuſione quam hypochyſin, vocant, vel pupillæ nimia dilatatione, quã mydriaſin, appellant, vel tabe, vel corrugatione, quam rhytidωſin, vocant, occupatos. Noſti profecto non minus & illud, cũ ab ephebis vſq; mecum ſis verſatus, nec ſub vllo me vſq̃ præceptore vidiſſe, eiuſmodi opus: ſed id per me ratione excogitaſſe, & quã longo tempore aphoriſmum illum, Dolores oculorum meri potio, vel balneum, vel fomentũ, vel vena inciſa, vel purgatio tollit, conſyderauerim. Quamq; ex reliqua Hippocratis diligentia ſperarim, ne in hoc quidem vel falſum quippiam, vel quod fieri nõ poſſit, præcipi. Idq; fuiſſe quod me ad inquiſitionem incitauit. quoad ipſa Hippocratis inſiſtens via, inueni quo pacto diſcernerem, quãdo, quomodoq; dictorum quoq; ſit vtendum. Qua ratione multis qui talia viderunt manifeſtum feci, quanta medicinalis methodi vis ſit. quantiq; mali occaſio fuerint, qui non ſeruata veteri medicina: nouas ſectas condiderint. Itaq; & vos me quamq̃ a principio recuſantem: orando tamen impuliſtis, omne hoc opus tractandum ſuſciperem. Quod deos precor alijs quoq; hominib⁹ ſit vſui. Certe exiguam ſpem habeo, propter eum qui nunc regnat bonarum artium contemptum, diuitiarum vero exiſtimationis & ciuilis potentiæ admirationem. Ad quæ quiſquis ſe conuertit, is nulla in re veritatem inuenire poterit. Verum hæc prout deo placebit: ita finientur. At nos medendi methodum, quæ veteribus quidem exculta eſt, nunc vero neglecta iacet, pro virili reſtituemus: repetita nimirũ quã de cauo vlcere inchoauimus diſputatione. Ac de prima quidem inuẽ-

Stupefaciẽtium noxa.

Hypochyſis.

Myd riaſis

Rhytidωſis.

tione eoꝝ, quæ eiuſmodi vlcus carne impleant: ſatiſfaciãt quæ paulo ante diximus, concedamuſq; ſi libet empiricis quæ dicunt omnia. At de inuentorum vſu & ſæpe tibi in ipſis rebus oſtendi, & nunc ſermone indicare conabor.

Cur empirici vbi prius medicamentũ non ꝓfecit, trãſire ad aliud ratione nõ poſſint.

quẽadmodum empirici vbi ſolenne cuiq; medicamentum nihil profecit: apte ad aliud, certaq; ratione tranſire neſciant. Atq; id iure accidit. Siquidem cum cauſam improſperi ſucceſſus prioris medicamenti ignorent: nec quo eam in ſecundo declinent, habent. Quippe cum cauſam ignorent, cur munere ſuo medicina fungatur, nec cur fallat intelligere valent. Hoc vero ignorato neq; ad aliud tranſire rationabiliter poſſunt. Quando nec in illo vitare eandẽ cauſam poſſunt.

Caui vlceris ſanandi vera methodus.

Agedum igitur ipſi iam Hippocraticam veramq; caui vlceris ſanandi methodum, tradamus. Porro hanc ab ipſa rei ſubſtãtia ordiri oportet. Itaq; qm̃ in cauo vlcere id nobis proponitur, vt caro quæ perijt reſtituatur:

Generãdæ carnis ſanguinẽ materiã eẽ. opificẽ, naturã

ſcire licet generandæ carnis materiã, ſanguinem bonum eſſe, opificem authoreq; naturam. Verũ non ſatis eſt naturam dixiſſe, niſi etiam quorum natura, ſit adiectum, & vbi.

Quorũ natura carnẽ gignat.

Conſtat autem quod ſubiectorum corporum quibus ſuper induci caro debet, natura ipſa gignendæ carnis opifex eſt.

Vnde conſtet cuiuſq; corporis natura.

Porro cuiuſq; corporis natura monſtrata eſt ex calidi, frigidi, humidi, ac ſicci tẽperatura cõſiſtere. Quare manifeſtum eſt iuſtum horum temperamentum in ſubiectis particulis quibus reſtituturi deficientem carnem ſumus: opificis habere rationem. Ac primũ quidem in omni cauo vlcere, duo illa conſyderanda nobis ſunt, & quod ſubiectum eſt, iuſta ne temperie ſit id eſt an ſecundum naturã ſe habeat. (Quippe monſtratum eſt ſanitatem in ſimiliaribus corporibus ipſarum quatuor qualitatum eſſe tẽperiem). Et præterea ſanguis qui influit bonus ne an modicus ſit. Si igitur horum alterutrum vitioſum ſit: multi ſane affectus præter naturam exiſtunt. Nobis tamen vna cauitas in carnoſo membro proponitur. Fingamus igitur & ſanam eſſe partem: & ſanguinis cõfluxum citra vllum, vel in qualitate, vel quantitate vitium. Porro his ita ſe habentibus, nihil eſt præterea quod obſtet, quominus prima carnis generatio proſpere contingat. idq; nullius externi medicamenti ope. Quippe cauſis ambabus vnde naſcitur præſentibus, nulloq; extrinſecus quod impediat obſtante: nõ poteſt prohiberi carnis generatio.

Duplex excremẽtũ in alimẽti mutatione per vniuerſum corpus prouenire.

Verum in ipſa primæ carnis generatione duplex prouenire excremẽtum neceſſe eſt. veluti etiã in cõmẽtarijs de natura docuimus. Quod omnẽ qualitatis alimẽti mutationem alterum craſſius, alterũ tenuius excrementum ſequitur.

Inuiſibilis ꝑſpiratio quõ reddat viſibilis.

His excremẽtis etiam per vniuerſum corpus ſemper prouenientibus, quod tenuius eſt ipſa inuiſibilis eſt perſpiratio. Quæ etiã ſubinde fit viſibilis, quoties vel naturalis calor lan-

guet, vel nutrimento vtitur q̃ iuſtum ſit ampliore, vel motus quiſpiã vehementior animali contigit. Alterũ eſt ſordes quæ in ſummo corpore noſtro colligitur. Quinetiam in vlceribus tenuius excrementum, ſanies græce ichωr appellatur. Quod craſſum eſt ſordes. Ac ex tenui quidem excremento vlcus humidum redditur, ex craſſo ſordidum. Eoq; duplicibus medicamentis eget. vtiq; vt humidũ eſt: ſiccantibus, vt ſordidum: quæ expurgent. Ergo cum nullo vnq̃ tempore natura ceſſet: certe nec tempus vllum erit, in quo nõ ambo hæc in cauo vlcere colligentur. Quare nec tempus vllum erit in quo non vtrũq; medicamentorum genus deſyderabit. vtiq; & quod ſiccet & quod expurget. Ac cuiuſmodi quidem genere eſſe medicamentum debet: inuentum iam eſt. Verum non eſt id ſatis. Siquidem ſpecie aliqua inuẽta eſt opus, quæ ſit vlceri admouenda. Hæc igitur quomodo, & qua methodo inuenietur? Nempe ea quæ in libris de ſimplicium medicamentorum viribus eſt tradita. Oſtendimus nanq; in his quædam medicamẽta ſiccare, quædam humectare, quædam refrigerare, quædam calfacere. Nonnulla per coniugationem vel calfacere & ſiccare, vel frigefacere & humectare, vel calfacere & humectare, vel refrigerare & ſiccare. eſſeq; in ſingulis eorum maioris minoriſq; rationem. multitudine ſane infinitam. Cæterum ad vſum medicinalem, limitibus qui facile comprehendantur, circumſcriptam. Primo quodam in his, & ſecundo, & tertio, & quarto ſtatuto ordine, graduue. Cuius igitur ordinis erit medicamentum quod carni producendæ ſit aptũ. quodq; modice tũ ſiccare debere, tum detergere ꝓpoſuimus? Certe primi ordinis. Quippe qđ ſuper hũc fuerit, ita, vt nõ modo humoris, qui influit redundantiã cõſumat: ſed etiã affluentẽ ſanguinẽ populet: id refici carnẽ, ceu materiẽ eius abſumens, prohibebit. Porro talia eſſe oſtẽſum eſt. Thus, & ordeaceã, & fabaceã, & erui farinã, & iri, & ariſtolochiam, & cadmiã, & panacẽ, & pompholygẽ. Omnia vero hæc, tum maioris minoriſq; diſcrimine inter ſe diſſidere: tum alia eorũ ſimplices qualitates vincentes habere. Alia compoſitas, monſtratum eſt. Siquidem ariſtolochia, & panax, tum cæteris plus ſiccant, tum natura magis calent. Ordeacea fabarumq; farina multo his minus ſiccant. nec vllum calorem optinent. Thus modice calet, minus tamen illis ſiccat. Adeo vt quaſdam corporum naturas omnino non ſiccet. Erui farina & iris, horum atq; ariſtolochias & panacis medium locum tenent. Verum quod ſermo noſter vtiliter attigit, denuo repetam⁹. Quippe thus in humida corporis natura carnẽ ꝓducere poteſt. In ſicca no poteſt. Scire nãq; licet duas eſſe primarum indicationũ differentias. Quod ſecundum natu-

Nõ ſatis eẽ medicamẽti gen⁹, niſi inuenta ſit & ſpecies.

Cuius ordinis ſiccãtiũ detergẽtiũq; ſit, quod carnẽ producat.

Duas eſſe primarum indicationum differentias.

ram ſe habet, cuſtodiam ſui indicante, & propterea quæ ſimilia ſui ſint poſtulante: quod præter naturam eſt, ſublationem ſui, eoq́ꝫ contraria requirente. Perit enim quidq́ꝫ in contrarium. & a contrario. Atq́ꝫ vlcus quidem quo eſt humidius: eo ſane medicamento quod magis ſiccet, indiget. Corporis vero natura quanto eſt humidior: tanto quod minus ſiccet, medicamentum poſtulat. Quare ſi qua ſunt vlcera, quibus par eſt humiditas: quod in ſicciore corporis temperamento conſiſtit, vtiq́ꝫ magis ſiccari poſtulat: quod in humidiore, hoc ſane minus: quo natura naturæ intereſt. Siquidem productam carnem ei quæ præfuit, ſimilem eſſe oportet. Vbi igitur priſtina ſiccior fuit, nouellam quoq́ꝫ ſicciorem fieri conueniet. Quare vberius hæc ſiccari. Quantoq́ꝫ magis ſicca fuerit: tanto quod admouetur medicamentum, magis ſiccam facultatem habere debebit. At in humidiore natura, tanto rurſum ijs quæ minus ſiccent medicamentis eſt opus: quanto caro ipſa minus eſt ſicca. Thus igitur vt ad humani corporis naturam eiuſmodi optinet temperamentum. Quod cum temperatis & medijs naturis conſentit, humidiores paulo liberalius ſiccat. Aeque ſane vt quæ ad ſummũ ſunt ſiccæ: ijs paulo eſt humidior. Merito itaq́ꝫ thus in quibuſdam, tum vlceribus tum naturis, pus quidẽ mouet, carnem non producit. in quibuſdam etiam carnem producit. Itaq́ꝫ ſi obſeruaueris, rationi reſpondere euenta deprehendes. In humidiore nanq́ꝫ natura producere carnem poteſt. In ſicciore non poteſt. Præterea in modice humidis vlceribus carnem efficere poteſt. In ijs quæ præhumida ſunt, prorſus non poteſt. Vides ne igitur clariſſime qui recta methodo curare vlcus velit: quot huic theorematis ſit opus? Nam poſtq̃ inuentum eſt humorem omnino huic vitio ineſſe: vtiq́ꝫ ſiccans parandum medicamentum indicauit. At quoniam ipſorum ſiccantium quædam magis ſiccant, quædam minus, partim ex vlcerum diuerſitate, partim ex ægri natura, quod expedit eſt deſumptum. Itaq́ꝫ non modo de corporis natura meditatus ſit oportet, quiſquis commode ſanare vlcus debet: verumetiam diligenter ſpeculationem omnem de medicamentis didiciſſe. tum ſicci humidiq́ꝫ corporum temperamenti notas callere. Contemplare igitur quanta ſit methodicorum iſtorum pronunciandi temeritas. qui vnum id ſibi ad cauum vlcus ſanandum ſatiſfacere putant. ſi ſciant quod carne eſt implendum. Non enim in hoc curandi ratio conſiſtit. imo in eo inueniendo quod carne ſit impleturum. At quod implebit iam inquit experientia eſt inuentum. Dic proinde & quod ſanabit inuentum experientia eſſe, nec fruſtra gloriare, nec methodum extolle. Quamquã apud ipſos quoq́ꝫ empiricos

*De thuris natura reſpectu hominum.*

*In methodicos.*

*Empiricos expientias limitare.*

experientia quæ ſine certa limitatione ſit, damnatur. Scribunt nanq; in commentarijs de medicamentis ad hunc modum. Emplaſtrum ad eos qui molli ſunt corpore, & pueros & mulieres. Noruntq; thus in naturis eiuſmodi carnem in cauis vlceribus, ( modo aliud nullum ſymptωma ſit ) producere. eademq; implere. Vtrum tamen eiuſmodi corpora humida ſint, atq; iccirco modice ſiccantia deſyderent, an alia euentus cauſa ſit: ſane non norunt: Rurſus enim ad ſenilia corpora aliud ſcriptum medicamentum inuenies, aliudq; ad ea vlcera, quæ ægre ad cicatricem veniunt, oraſq; prætumidas habent, quæ ochthωde. græci vocant. multaſq; alias diſcretiones in omnibus ſuis medendi commentarijs ſcribunt. Quibus quoad licet, ad curandæ naturæ proprietatem appoſitum pharmacum inueniunt. Quippe diſcretiones in quaq; arte proprium a communi ſecernere conantur. quantoq; plura quis diſcreuerit limitaueritq;: eo propius ad proprietatem accedit. Ipſum vero ad vnguem proprium nec ſcribi omnino poteſt, nec dici. Eoq; tum empirici ij qui in arte fuere diligentiſſimi, tum dogmatici fere omnes, fatentur, nullam ſcribi poſſe curationem ad vnguem exactam. Sed id quod ad coniecturam de laborantis natura deſyderatur. alij ex proprio cuiuſq; medentium vſu: alij ex ratiocinando adijciendum eſſe affirmant. Nemo tamen eorum adeo fuit preceps vt omni vlceri cauo vnam ſe habere medicinam, quæ carnem reſtituerit, profiteretur. Non enim apud vllum inuenies eiuſmodi pharmacum, quod omne vlcus cauum ſanet. Imo pro modo humoris ſordiſq; atq; ipſa laborantis natura: immutandum medicamentum eſſe. Miſſa ergo hic methodicorum impudentia: age videamus quid empirici dicant, qui ex proprio cuiuſq; vſu exercitationeq; adijciendum aliquid cenſent, ad propria laboranti inuenienda remedia. Siquidem ( vt ſæpe diximus ) nulla eſt in arte medica, nec res, nec medela, quæ ſpecie dicibilis non ſit. Sed quod nec dici nec ſcribi nec omnino præcipi poteſt: id quantitas in quoq; eſt. Nam in vlceribus humor & ſordes dici poſſunt: quantitas in neutro dici poteſt. quamq̃ hic quoq; accedere propius ad indicandam eam ſtudemus. exiguam copioſamq; ſordem dicentes. præterea tenuem, & craſſam, & prorſus multam, & admodum paucã, & mediocrẽ, & cõpetentẽ, aliterq; ad hunc modum varie nominantes. quo videlicet q̃ ꝓxime licet, ad quantitatẽ indicandã accedamꝰ. Diligenter igiť attendas nũc velim. vt intellegas quãtũ præſtet methodo quiduis: quã ſola experientia facere. Eſto nãq; notũ ſit, hoc vel illud pharmacũ ad cauũ vlcus implendũ facultatẽ habere, in ijs qui vt nos loquimur, humidiore ſunt tẽperamẽto, vt obſeruator, & empiricus,

Quod nec dici nec ſcribi nec pręcipi poteſt, id quãtitas i quoq; eſt.

Quantope præſtet methodo quiduis, q̃ ſola experiẽtia facere.

qui molli ſunt carne ac mulieribus & pueris, deinde nunc tali admotum nihil proſit. Nos igitur cuius cauſa nihil profuit inueſtigabimus atq; hanc in duo æſtimanda reducemus. Nam aut parcius ſiccauit medicamentum: aut nimium. horũq; notas habebimus ſordem & ſaniem. Nam ſi pluſculum ſordis ſit, totumq; vlcus humidius: intra modum ſiccauit. Sin purum & abſq; humore cernitur: vltra. Statim igitur menſuram quoq; exceſſus defectuſq; ex ipſo notarum modo intelligemus, tantoq; pharmacum quod deinceps applicabitur, vel ſiccius, vel non tale admouebimus. Empiricus autem ſi admotum cuipiam medicamentum carnem non reſtituit: id quidem videt. cæterum ignarus parcius ne, an nimium ſiccando id euenerit: tranſire ad alterum non poteſt. Ad eundem plane modum & Eraſiſtratus Herophiluſq; ex dimidio (vt dictum eſt) dogmatici male vlcus ſanabunt. Quippe qui ea tantum vitia curare ratione tentant, quæ inſtrumentalium partium ſunt propria. Vlcus (vt iam dictum eſt) commune ſimilarium inſtrumentaliumq; eſt. ideoq; id quatenus in ſimilaribus prouenit: eatenus empirice curabunt. Quinetiam, ſi ea curare tentent quorum ſubſtantia omnino perijt, aut etiam quæ manca curtaq; ſunt: in his quoq; neceſſe eſſe a logice curando multifariam aberrent. Si enim quod perijt ſubſtantia quæpiam ſimilaris ſit: neceſſe eſt eum qui regignendæ huic conſulet, totius eſſe naturæ peritum. Ac de his quidem poſt dicetur. Illud interim clariſſime oſtenſum arbitror non eſſe cuiuſq; probe vlcus curare. primamq; indicationem, quæ vel plebeis patet, minimam eſſe curationis partem. Nam & calorem, frigus, humiditatem, ac ſiccitatem, actiuas qualitates eſſe, demonſtratione accœpiſſe neceſſe eſt. & deinde quæ nobis tum de temperamentis ſeorſum dicato volumine ſunt ſcripta: tum quæ huc pertinent in alijs voluminibus omnia nouiſſe. Atq; hactenus quidem de vlcere cauo ſermo eſt habitus. ipſam tantum cauitatem curantibus nobis. Siquidem quæ vlceris propria curatio ſit, nondum traditum eſt. Perficitur autem ea quoq; iuxta eandem methodum. Quippe quæ tum a laborantis partis temperamento: tum a medicamentorum facultate accipitur. Porro ambo hæc a tractatione de elementis pendent. Etenim niſi illud in methodo conceſſum ſit, quatuor qualitates genituræ corruptelæq; cauſas eſſe: nec methodum inchoaſſe, nec prouexiſſe, nec abſoluiſſe fas eſt. At vero vt illas agentes mutuo patienteſq; oſtendas: id ad ſpeculationem de elementis pertinet. Quod igitur in præcedentibus oſtendimus: id nunc præſenti ſermone eſt confirmatum. Nempe nihil poſſe medicum de vlla ſimiliarium partium agitare ſine naturali quam vocant ſcientia.

Non poſſe medicũ ſine naturali ſciẽtia ſimilariũ curationẽ iuenire. ſed nec inſtrumentaliũ ſaltem integram.

Verum illic de ſimiliaribus dumtaxat id eſt oſtenſum, hic iam ſermo noſter quodammodo inſinuat, ne in ipſis quidem inſtrumentalibus cuiq̃ integram inuenire curationem licere, qui illam non attigerit. Porro idem in toto opere etiam euidentius monſtrabitur. Verum ad ipſam vlceris quod ſolum conſiſtit curationem tranſire nunc tempeſtiuum videtur. Fuerit autem ſolum, ſi nec affectus vllus ſimul adſit, nec ſymptωma. Eſto igitur quæ exulcerata eſt particula, nec fluxione vexata, nec malo ſucco vitioſa, nec omnino extra naturalem temperiem, ſed nec vlla cauitas adſit, nec vlla cutis amiſſio. Nam id quoq; bona pars medicorum præterit, non intelligens poſtq̃ cauum vlcus carne iam impletum, ac planum effectum nihilominus tamen hiat: duplicem adhuc particulæ affectum ſupereſſe, alterum ſubſtantiæ cutis amiſſionem, alterum continui ſolutionem. Ergo quoties vnũ id habetur, nempe continui ſolutio, ſiue ea ſummæ eſt cuticulæ (quam epidermida vocant), ſiue cutis totius, ſiue etiam pariter ſubiectæ carnis, vitium quod vlcus dicitur, ita exiſtit, poſtulatq; tantum agglutinari. Quippe ſi commiſſæ ſimul ſint cutis oræ: nihil erit in medio cutis generis diuerſi, quemadmodum in eo quod iam repletum eſt planumq; redditum. In hoc enim oræ vlceris ſe non contingunt, ſed totius vlceratæ partis cutis perijt, quam vtiq; reſtituere oportet. At in eo quod acuto aliquo eſt diuiſum: vna adglutinatio requiritur, non etiam cutis generatio. Quoties ergo vlceris ſimplicis propoſitum ſit inuenire curationem: præſumendum in ſermone eſt, diuiſam eſſe carnoſam particulam, citra vllius portionis amiſſionem. Nam latum quod cicatrice induci poſtulat: omnino cuticulam quã epidermida græce vocauimus, deſyderat. Hanc igitur tum gignere, tum ſibi vnire oportet. duoq; tibi hoc loco exiſtunt, ad quæ ſicuti in cauo vlcere conſilium diriges. Propterea quod affectus ipſe geminus in ambobus eſt. Quo igitur (ipſorum inquiet forte aliquis) planum vlcus a cauo diſcernitur? Si & geminus vtrobiq; eſt affectus, & geminus curanti propoſitus finis? Nempe multitudine amiſſarum partium. Quippe in cauo vlcere, non ipſa modo perijt cuticula: verum etiam reliqua cutis natura vniuerſa, & ſubiectæ carnis portio aliquando non exigua. In repleto vlcere caro non deeſt exterius cooperimentum deſyderatur. Ac quæ eius generis vlcerum curatio ſit poſt dicemus. Nunc eius quod vlcus tantum ſit, nec alium vllum affectum adiunctum habet, quænam debita curatio ſit, præcipiamus. Ergo quoniam hic ſola diuiſio proponitur, diductorum oras vna cõiunctas eſſe oportet. An non id ſolum: verũetiam coniunctas manere. Porro bifariam ſimul manent, quæ commiſſa ſunt. Cum alia per ſe,

*Vlceris q̃d ſolũ conſiſtat, curatio.*

*Duplicẽ eẽ in vlcere affectũ poſt cauitatẽ expletam.*

*Epidermis*

*Vlceris q̃d ſolũ ſit ſine alio affectu, Curatio.*

Dupliciter coiūcta manere quæ comittant.

alia ope aliorum ſubſiſtant ac maneant. Per ſe quidem quæcunq; ſecum concreſcunt ac coaleſcunt. Aliorum ope, et quæ colligantur, & quæ glutino aliquo tenentur. Ac quæ concreſcant: omnino mollia naturaliter ſint oportet. Talis ſane eſt tum caro ipſa, tum quæcunq; carnea ex ipſa conſtitutione ſunt. Quæcunq; vero dura ſiccaq; ſunt, eorum diuiſæ partes coire ſimul nequeunt. ſed glutinum aliquod vinculumue quo cōmiſſa maneant, requirunt. Et talium quidem ſanatio, in ſequentibus præcipietur. Nunc de ijs quæ vniri poſſunt incœptū ſermonem peragamus. hic quoq; ipſam coitionis coaleſcentiæq; cauſam inueſtigantes.

Vnitionis effectrix cauſa.

Eſt vero ſicuti in cauis vlceribus, vt caro producatur: ita in ſimplici vlcere, vt oræ ipſæ ſecum coaleſcant, natura certe cauſa. Adeo ſi quæ diſſident in idem adamuſſim componas citra omnem reliquam extrinſecus molitionem coaleſcunt. Oriturq; tibi iam alius attendendus finis. Nempe orarum adductio a quo orſus, quibus id efficias inueſtigabis.

Oræ vlceris quib⁹ rebus cōmitantur.

Quippe aut vinculo ex duobus initijs circundato, aut ſutura, aut fibulis (quas græce ancteras vocant) impoſitis: aut horum quibuſdam. aut omnibus, quæ diducta ſunt in idem, adduces. Expedit autem quod circuminijcitur, neq; molle nimium ſit, & algæ ritu fragile, bryωdes græce vocant, quo videlicet tuto cōtineat: neq; rurſus ita durum, vt premendo offendat. Tum vero ipſa circumductio, nec ita laxa ſit, vt nihil efficiat: nec ita vehemens, vt premendo dolorem excitet. Hæc ſi feceris, fueritq; vlcus ſolum citra vitioſum ſuccum, aut fluxionem, aut intemperiem, aut phlegmonen, aut aliud quodlibet vitium: proculdubio coibit. At ſi vel præ eius magnitudine fieri nequeat, vt diſiunctæ ipſæ partes exacte ad imum vſq; ſibi coniungantur, videlicet nec ſutura, nec fibulis, nec deligatura pertingere ad eas valente, vel etiam ſanies iam illic ſit collecta, vel dolor quiſpiam adiunctus: eiuſmodi vlcus ex ſola partiū cōmiſſione adglutinari omnino non poteſt. Quando quod dolet, plus aliquid affluere facit. Atq; etiam ſi quod affluit, pro iuſto nature modo ſe habeat: attamē vires ipſæ partium quæ tum propter dolorem, tum etiam ex vulnere ſunt imbecillæ, ne quod iuſtum eſt ferent. ſed veluti ab iniuſto grauabuntur. Atq; hinc omnino ſuperuacua ſanies proueniet. mirū etiam niſi & phlegmone. Iam vero ſi etiam citra dolorem ſanies in medio adductorum labrorum vlceris interuenerit, aut etiam locus quiſq; medius interfuerit, qui ſanie quidē ſit vacu⁹, ſed aere plenus: nō poteſt eiuſmodi vlcus ſola diſſidentiū partiū cōiunctione glutinari. Quādo & ſanies iā vnionē diſpeſcit: & quæ cōiūgēdis interueniūt loca vacua, interiorꝝ laterū frontes ꝓhibēt ſe cōtingere. Quare illæ ſaltē vlceris partes, vt coeant, etiā carne prius impleri naturæ

opera poſtulant. Porro hæ adeo plane ſunt exiguæ, ſi modo diuiſæ vlceris partes rite ſint coniunctæ: vt vnius diei ſpatium deſyderent, aut ad ſummum bidui. Hoc igitur tempore medicamento opus eſt, quod particulam ſiccet. vt & ſi qua ſanies iam ſubſit: hanc conſumat. et ſi qua in vacuum locum influxura eſt: hanc prohibeat. Nunc igitur medicamentum quod carnem producat & mediocriter ſiccet: rurſus mihi ad memoriam reuocabis. vt intelligamus ſiccius ne eo eſſe glutinatorium debeat: an ſecus. Sane quod carnem producit, ſi totum qui confluit ſanguinem conſumeret: ipſam materiem creandæ carnis adimeret. At glutinatorium aut omnino carnis generatione nõ eget, aut plane exigua. quare plus ſiccet oportet quam quod carnem producit. Ergo tum hac ratione tenui quadam differentia inter ſe diſſident: tum vero altera non parua. quatenus ſcilicet quod carnem producit. ſtatim etiam detergendi vim optineat oportet, quo non modo redundantiam humoris ſiccet: ſed etiam ſordem auferat. Glutinatorium nec detergeat, nec expurget: ſed contra prorſus ſubſtantiam omnem in idem cogat. Cuiuſmodi facultatem habent medicamenta ea quæ auſtera & aſtringentia vocantur. Hæc nanq; in idem cogendi, ac ſtipandi, non detergendi, neq; purgandi facultatem habent. Quo fit vt vbi carni producendæ ſtudemus: maxime cauendum ſit: a medicamento quod aſtringat. Vtpote quod ſordem vlceribus arctius affigat, q̃ vt facile poſſit abſolui. Vinum igitur omnis vlceris, qua vlcus eſt, optimum eſt medicamentum. Quod ſi nec illud qua vlcus, ſermoni ſit adiectum: idem tamen arbitror intelliges. Quippe recordationis tantum cauſa eſt additum, ne quis obaudiat, non ſicut neceſſarium aliquid definiens. Adeo ſi memorem te eorum omnium, quæ in proximo libro ſunt tradita de rebus ſingulis tum nominandis, tum vero ſubiectis præſtiteris: nihil eſt quod talia tibi de cætero definiam. Illud tantum abunde mihi erit, ſi per ſingula eorum ſimplices affectus a compoſitis ſecernam. De quibus mihi non nihil prius eſt dictum. ac nunc nihilominus eſt dicendum. non adeo me hercle rei ipſius cauſa: quam quod pleriq; medicorum dictione ipſa decepti, cauum & æquabile recens & inueteratum, ſordidum & purum, liberum phlegmone & phlegmone impeditum, putant differentias eſſe vlcerum. Neceſſe igitur eſt diſtinguere quæ propriæ vlcerum differentiæ ſint, & quæ aliorum affectuum complexiones. Verum hoc poſterius paulo. Sane ſolennis veteribus doctrina (quæ vtinam nunc eſſet in vſu) maxime naturalis eſt. Quippe ij ſimplicis cuiuſq; affectus propriam curationem dicunt, precipuæq; omniũ Hippocrates. Medendi nanq; methodus ad hunc

Glutinatorij & carnẽ producẽtis differentia.

modum belliſſime procedet. Si de ſingulis ſimplicibus ſeorſum præcœperim⁹, poſt deinde de cõpoſitis omnibus alterã aliquã methodũ indicauerimus. Veluti enim ſi duo vere eſſent in victus ratione morbi, clauſum & fluens .i. qui in retentione & fluore ſpectarẽtur, cũ ſeorſum vtriuſq; curationem dixiſſemus, de coniunctione amborum eſſet agendum, ſicut theſſalus ipſe cenſet: eodem (arbitror) modo, quoniã vlcerum qua vlcera ſunt, vna omnino eſt ſpecies tum phlegmonarũ qua phlegmone ſunt, altera item ſpecies vna eſt. Oportet vbi ſeorſum vlceris, ſeorſum rurſus phlegmones curationem tradideris: poſt deinde ambas in idem coniungere. Id igitur ſi fecerimus, omne profecto vlcus tum ſiccari debere, tum etiam aſtringi, pro dicta iam methodo inueniemus. non tamen detergeri. Contra, cauitatem in carne ſiccari quidem poſtulare & abſtergeri: minime autem aſtringi. Quin etiam ad eundem modum quem prius diximus in cauis vlceribus: nũc ad portionem naturam corporis æſtimabimus: mollis ne ac laxa ſit, an dura ſicca & compacta. Siquidem prior quanto eſt humidior: tanto medicamentis minus ſiccantibus eget. Poſterior quatenus eſt ſiccior: eatenus rurſum quæ vehementius ſiccent, magiſq; aſtringant deſyderat. Empiricus enim (arbitror) hic quoq; pueros, & fœminas et qui tenero ſunt corpore memorabit. iuuenes, agricolas, & nautas his opponens. Cæterum cum non intellegit, quod in pueris, & fœminis propter humiditatem temperamenti eiuſmodi medicamenta viſa ſunt conducere, rurſus, altera meſſoribus, ac nautis propter ſiccitatem conuenire: nec cuiuſq; corporis curationem exacte conijciet, nec erroris cauſam deprehendet. Quo fit vt nec quẽadmodũ ſe ad potius transferet, vbi parum ceſſit his quæ per experientiam prius nouit, intelleget. Hec igitur ſummatim de glutinatorijs medicamentis diximus.

Altera methodus ad pparationẽ medicinæ ſpectans.

Hinc vero altera quædam methodus ſuccedit ad eorum præparationem compoſitionemq; pertinens. Siquidem cauo vlceri quicqd volumus ſtatim applicamus. ſiue ſiccum id, ſiue humidum medicamentum ſit. Licet enim omni parti vlceris ea tum inſpergere, tum illinire. At in vulneribus quorum maior eſt profunditas, id non licet. Quippe vbi ſemel oras coniunxeris: contingere quæ in alto ſunt diuiſa, non poſſis. Conſyderandum igitur eſt non modo an ſiccans aſtringenſq; modice medicamentum ſit: verum etiam an peruenire ad imum valeat. Nam & ceruſſa & lithargyrus ſiccant aſtringuntq; modice: ſed ſi ea cineris ritu circa vulnus inſperges: nihil proficies. Neq; enim ad fundum peruenit medicamẽti vis, quod ita ſit ſiccum. humiditatem igitur deſyderat, quo ſimile emplaſtici ſit, vel etiam humidioris cuiuſq; medicaminis. Verum hæc operis ei⁹ quod de me-

dicamentorum compoſitione præcipit: ꝓpria ſpeculatio eſt. nō eius quod de medendi ratione inſtituitur. Quo vtiq; an ad rem propoſitam requiſituri videamur: id ꝓcedente opere dicemus. Nūc ad vlcus quod cicatrice induci poſtulat, reuertar. de quo paulo ante dixi, eius quoq; primū quo tēditur finem ex eodem eſſe genere, cui⁹ eſt & caui. Quippe regignere aliquid opus eſt quod perijt: non tantum vnire quæ diſſident. Cæterum diuerſa ratione hic gignere quod deſit: quā in cauo. Quando illic ſanguis, hic caro pro materia ſit. Impletur igit̄ quod cauū eſt, ex gignenda carne. quæ ipſa ex ſanguine primordium habet. At ad cicatricē perducitur quod iam eſt impletum, ex gignenda cute, quæ ex ſubiecta creatur carne. Cæterū caro eadem ſpecie cū ea quæ perijt: gigni in cauo vlcere poteſt. Cutis talis omnino, qualis erat quæ perijt: prorſus reſtitui nō poteſt. Simile quiddā cuti, & qđ eius officium ſuppleat poteſt. nō tamen plane cutis. Ac cauſa quidē, cur ſicuti caro adepſq; regignūtur: ita cutis quæ prorſus perierit regigni nequeat, ex naturalibus ꝓblematis eſt petenda. quēadmodum autem tum naturā, tum vſum cutis imitemur: hinc accipiendū. Eiuſq; rei methodum iam tradam⁹. Quoniā tegere carnem naturali aliquo tegumēto propoſitum eſt (quippe id eſt ducere ad cicatricem vlcus): aut cutis nobis generanda eſt, aut ſūma caro cuti ſimilis efficienda. Verum vt cutis regeneretur fieri omnino nequit. quod ſuper eſt igit̄ efficere eſt tentandū. At quæ igitur huius efficiēdi eſt ratio? Nempe alteratio, Quippe vt carnis pars quæpiā non amplius caro permaneat: ſed veluti cutis euadat poſtulamus. Quo pacto igitur inquies alterabitur? Profecto alicuius alterantiū qualitatū ope. Incidit enim rurſus hoc loco, vel nolentibus nobis, de elementis ſermo. ſine quo nec quod cicatricē inducat inuenire medicamentū licet: nedum quod carnis producendæ, aut ad glutinandi facultatem habeat. Ergo quoniam cutis carne ipſa tum ſiccior eſt, tum etiā denſior, ſi carnem ſiccabimus & aſtringemus: cuti etiā perſimilem reddemus. Habes medicamenti, quod cicatricē inducit ſummā. Verum ea non ſatiſfacit. Nam et glutinatoria tum ſiccabant, tum etiam aſtringebant. Ergo quo hæc ab illis diſtent, id ſi ipſam rerū ſubſtantiam inſpicias, inuenies. Nā quoniam in glutinatione vlcerum, ſiccandū quod confluit eſt, quo videlicet affecta pars ſuperuacuis vacet, in cicatrice ducenda nō modo qđ confluit, verum etiā humor qui in ipſa carne continetur eſt conſumendus: multo ꝓfecto ſiccius quod cicatricem inducat, quā quod agglutinet eſſe cōueniet. Quando glutinaturo vnū id propoſitū eſt, vt eius quod ſecundum naturā eſt redundātiam conſumat. Qui cicatricē inducet non hoc modo: verūetiam vt ei quod ſecundum naturam ſe ha-

Diuerſitas regignendi ei⁹ qđ ī cauo vlcere deſit & qđ ī plano.

Caro eadē ſpe regignitur. Cutis non.

Naturā cutis q̄ rōe ſit imitādū.

Ducere ad cicatricem qđ ſit.

Cicatricē īducētis medicamēti ſūma.

Glutinatorij & Cicatricē iducētis differentia.

bet, aliquid deradat. Galla igitur imatura hoc loco, & malicoriũ, & ægiptiæ ſpinæ fructus, modice ſiccantia pharmaca ſunt. Chalcites, et ęs vſtum, & æris ſquama, & miſy, & fiſſum alumen, multo his ſũt valẽtiora. Miſy quidẽ, & calcites ꝑcipue. Mitior autẽ æris ſquama: Atq; etiã hoc mitius ęs vſtum. Quod etiã ſi lauabis: vtiq; minus mordens medicamẽtũ habebis. Porro hoc quoq; ad ſpeculationem de cõponendis medicamentis ptinet, quæ ſane medẽdi methodum ordine ſequitur. Nam medicamentorum facultates noſſe, id quidem medendi methodum præcedit, tractatumq; de his alibi eſt. Compoſitio vero medicamentorũ, medẽdi methodũ ſequitur. Quippe vbi hæc vniuerſale præcepit, dico autem ſiccandum, aut humectãdũ, aut calfaciẽdum, aut refrigerandũ eſſe. tum vel modice id faciendum eſſe, vel valenter, vel leuiter. intelleximuſq; cuiuſq; ſimpliciũ medicamentoꝝ facultatẽ, hancq; per ſe & ſeorſum perpenſam: tum profecto quo pacto quis ea cõmode ad vſum miſcuerit conſyderare cõueniet. Exiſtit igitur eo pacto duplex de medicamẽtis peritia. Altera de eoꝝ virib⁹, altera de compoſitione ac præparatione. Verũ ad id quod ſupereſt methodi de vlceribus, redeundũ eſt. Supereſt autem (vt arbitror) de ſupercreſcẽte carne dicere quã hyperſarcωſin græce vocat pleraq; medicoꝝ pars. Eſt porro is quoq; morbus ex eo genere, quod in quantitate magnitudineue partiũ ſpectatur. Licet eñ pro arbitrio voces. Ex eodem genere et cauitas erat, de qua iam egim⁹. Ergo veluti quod vlcus cauũ vocant nõ vnũ eſt vitium: ſed pariter et cauitas & vlcus. Ita vlcus quod ſupercreſcẽtem carnem habet, nõ vnus eſt morbus: ſed ſimul caro ſupercreſcẽs, & vlcus. Indicat autem magnitudo quæ præter naturã eſt, primã indicationem (quã etiam veluti metam inueniendoꝝ remedioꝝ diximus) ipſius ſcilicet exuperantis ablationem. At hæc ſola medicamentoꝝ ope perficitur, non opera naturæ. videlicet cõtra quã in carne reſtituenda aut glutinatione ſe habuit. Hæc eñ naturæ ipſius ſunt opera. pharmacis tantũ, quæ actioni eius obſtant ſummouentibus. At ſupercreſcẽtis carnis detractio, nullum quidem naturæ opus eſt. ſed medicamentis perficitur, quæ vehementer ſiccẽt. Porro ꝓxima ſunt eiuſmodi medicamẽta, tum ijs quæ valenter detergent, tum ijs quæ cicatricem inducunt. ſic vt non pauci interim p errorem medicamentũ quod carnẽ minuit, vel pro eo quod ſordem deterget, vel pro eo quod cicatricem inducit, accipiant. Exempli gratia, miſy & chalcites ſi humidæ naturæ applicabis: potius carnem demere, q̃ cicatricem inducere deprehendes. Vnde ſi quando ijs vti ad cicatricem inducendam in aliorum penuria cogimur, parciſſime ipſis vtemur. ſummũ tantũ ſpecillũ in ea ad exactiſſimũ leuorem tunſa

Ad Cicatricem ꝑducẽtes, materię

Facultatis medicamẽtoꝝ noticiã hoc opus ꝑ cedere, cõpoſitõis ſequi.

De ſupcreſcẽte carne.

Carnis detractionem medicamẽtis pfici nõ opa naturæ

dimittentes.ac poſt velut tenuiſſimū quēdam pollinem partibus quæ cicatrice induci poſtulant imponētes. Quod ſi minuere, quæ ſupcreuere ſtudemus, liberalius imponemus. Sane ærugo magis etiam quā hæc minuere carnem poteſt. Ita vt genus eoꝝ quæ cicatricem inducant omnino ſit egreſſa. At ſi illa etiā aduras vt minus acria: ſic ad cicatricem inducēdam reddes magis apta. Si vero etiā laues: adhuc fient mitiora. Meminiſti vero arbitror & tu eius qui celebri hoc viridi medicamento ſordidū vlcus citra rationem curauit, melq; ei admiſcuit. Ac multis deinceps dieb⁹ æque ſordidum repperit, ſicq; inops conſilij fuit, nec quo ſe verteret habuit. Accidit em̄ vt non modo non purgaretur ſordes: ſed etiam, vt de ſubiecta quoq; carne nō nihil vna detraheretur, & colliquaretur. Propterea quod medicamentū valentius: quā pro laborantis natura erat. Is vero qui medebatur pl⁹ deinde mellis aſſidue medicamento adiecit, quo videlicet adhuc valētius purgaret. ceu nō ſatis id medicamētū prius adhibitum feciſſet. Euenit autem plane contra. Quippe quātū ille intenderat medicamēti acrimoniā, tantū caro ſubiecta contabuerat. Quod vero in vlcere ex liquata carne ſordis apparuit, id medico ceu medicamentū parum efficax fuiſſet, impoſuit. Atq; huius quidem ignorantia etiā in diſcernendi peritia erat: non ſolum in medendi methodo. Etem̄ ſi quāmaxime ſimiliter ſordidum ex vtroq; medicamento vlcus deprehendit, at certe cauitas maior ex valenti, & quod colliquat medicamento efficitur. Quin etiā labijs prǣaltis, rubrūq; et phlegmōe quodāmodo affectū vlcus cernitur. Aliquādo vero roſionē quoq; manifeſtam, ex huiuſmodi medicamento æger ſentit. Quod vero minus quā par eſt ſiccat, nec mordet, nec quicq̄ efficit eoꝝ quæ retuli. Patere autem & in his arbitror, Empiricū etiā ſi experientia q̄maxime diſtincta, diſcretaq; vtatur: tranſire tamen, vbi quid non ceſſit, ad id quod expedit nō poſſe. Imo vni illi id dicere, q vera methodo quā ipſe nūc iſtituo medet. Quippe quā Theſſalij iſti amethodi methodū profitētur, nomen eſſe nudū, intelligis, omnis effectus vacuū. Qui cum tanta tāq; multiplex ſaltem methodus ſit in vlcere ſanādo, neq; empiricoꝝ diſcrimine ad inueniēda remedia ſunt vſi, neq; ſicut dogmatici ab ipſa rerum natura indicationem agendoꝝ ſumpſerunt. Sed ſolum id, quod nec vulgares lateat proponentes: Nempe cauū vlcus, impleri poſtulare. plenum, cicatrice induci. quod carne ſupercreſcente luxuriat, minui. ſordidum, expurgari. mūdum, vel cicatrice induci vel agglutinari: vlcerum curationis methodum quandam explicaſſe ſe putant. tantum ſcilicet abſunt, vt intelligant humidioribus naturis, minus ſiccantes medicinas conducere, ſiccioribus quæ magis ſiccent. Ergo

Speculatio ad diſcretionem ptinens.

quod in tota diſputatione noſtra manifeſte apparuit, id denuo reſumendum eſt, vt et nos illi q̃maxime ſimus attenti, & reliqui omnes q veterē methodum corruperunt, quantū aberrent clarius intelligant. Incipiam vero ab eo vlcere, quæ impleri poſtulat. vnū id pro exemplo proponens, quando etiā proxime de eo ſermonē feci. Ab hoc de omni in vniuerſum curatiōe loquar. Ergo illud nō ratione modo: verumetiam experientia conſyderantibus apparuit, non omnē naturā eadem medicamenta requirere. ſed infirmiores mollioreſq;, mitiora, validiores ſicccioreſq;, valētiora. Ita vero tum in ijs quibus cicatrix inducebatur, ſe habebat: tum etiam quæ glutinatione egebant. Omnino em̄ nullum vehemētium pharmacoꝝ ferunt molles nature. ✝ In eiuſmodi vero ſermonis noſtri decurſu perſpicuū plane fit, tū ægri naturam eſſe conſyderandam, tum cuiuſq; hominis propriam eſſe curationem, tum ſupra hæc illud tertium. Nempe quoniam cuiuſq; naturæ proprietas ineffabilis eſt, nec exacta ſcientia comprehendibilis: hunc eſſe optimū cuiuſq; particularis ægritudinis medicum, qui iam methodum comparauit, ex qua & dignoſcere naturas poſſit. & cōiectura conſeq, quæ ſint cuiuſq; propria remedia. Porro exiſtimare cōmunem quandā eſſe omniū hominū curationem, ſicuti ſtupidiſſimi methodici putant: extremæ eſt dementiæ. At qui illi ob id ſtata eſſe putāt omnia medicinæ artis Theoremata, hoc eſt eiuſmodi eſſe, quæ ſcientes homines faciāt firmāq; ſui noticiam præſtent, ipſorūq; artem noticiā quandā eſſe cōmunitatum, non proprietatum, tanq̃ cōmunem & generalē hominem non particulares curarent. Ergo ſicuti in alijs omnibus ſtatim inter initia ſunt lapſi: ſic in hoc quoq;. Siquidem curatur non homo cōmunis et generalis, ſed noſtrum quiſq;. Alius videlicet aliud temperamentū naturāq; optinēs. Hi vero vnā eſſe omniū hominū curationem exiſtimant. Ego contra ſi cuiuſq; priuatim naturam explorare ad vnguē ſcirem: vtiq; qualem fuiſſe Aeſculapium mente concipio, talem me eſſe putarem. Sed quoniam id fieri non poteſt, certe vt quoad homini licet q̃proxime accedam: tum ipe me exercere decreui, tum alios vt idem faciant adhortor. Ac conantur quidem quantū poſſunt, & empirici, vt a cōmunibus quidem ſecedere: ita propius ad ea quæ propria ſunt accedere. Verum quātum hi quoq; ab eius rei perfectione abſint: ſupra eſt dictum. Nō em̄ hæc in pueris, vel mulieribus, vel ſenibus, vel mollem carnē, albāq; habentibus, aliaq; id genus, pro certis diſcretionibus (ſicuti illis placet) ſunt ponenda. Imo quēadmodum in humore & ſiccitate corpus ſe habeat. Ac empiricos quidem medicos tum ob alia ml'ta tum ob id probare maxime conuenit: quod accedere quantum licet ad ægri pa

Non omnē naturā eadē medicamēta requirere.

✝ Videtur deſyderari hoc loco aliquid.

Quis optimus ſit medicus.

In methodicos & Empiricos

prietatem conanť. Poſt enim reliquas diſcretiones omnes, quas adhibent, etiã quæ a conſuetudine ſumitur, adijciunt, tanq̃ hinc remedioꝝ quæ ægro magis ſint propria, cõpotes futuri. Dicetur autem a nobis in ſequentibus de cõſuetudine fuſius. Vbi pro cognoſcenda proprietate laborãtis naturæ etiam diſcrimen a conſuetudine priſcis inuentũ eſſe docemus, Hanc itaqꝫ cũ reliquis empirici recipiunt, & ꝑter hãc ipſum etiã medicũ qui ſæpe ægrum inuiſit, quã eum qui non viderit cõmodius curaturũ aiunt. Poſtea tamen cum hæc omnia adiecerint: ſtabilem ſe atqꝫ ſcientificam habere noticiam propriæ curatiõis ægri adhuc non dicũt. At vero imp udẽtiſſimus Theſſalus illud modo vnũ intelligens, quod cauũ vlcus ſit implendũ: conſtantia tamen et firma dicit eſſe medicinæ Theoremata, quãq̃ hoc ſaltem omnes (vt ante iam dictũ eſt) homines ſciunt, non ij modo qui nunc ſunt, poſtq̃ Theſſal⁹ iſte, alter videlicet Aeſculapius inter eos venit: ſed etiam (arbitror) q ante Deucalionẽ & Phoroneũ fuerunt, ſi modo hi rationales erãt, Imo vero præter hoc quod carne eſſe implendum cauũ vlcus nouerunt: etiam illud non ignorarunt, qui medicamenta noſſet, quæ tale vlcus carne implerent: hunc medicum eſſe. Atqꝫ hæc ſi per experientiam ſunt inuẽta: conſtat empirice nobis eſſe curandũ. Sin ratione inuenta ſunt: logice. Non eñ profecto aliud inuenit, aliud nũc cõmo de vtetur. Verum de his nobis cum empiricis res eſt. Quod autem dicere cœperã vera ĩpa medicina de laborantis natura cõiecturam fecit. Nominat (arbitror) id vulg⁹ medicoꝝ græce idioſyncraſian. omneſqꝫ id incomprehẽſibile fatentur. Ideoqꝫ ipſam verã medicinæ artem Aeſculapio, Appolliniqꝫ cõcedũt. Pendet porro omnis hæc ratio ex duplici principio. empiricis obſeruatoribuſqꝫ, ab ijs q̃ manifeſte apparent. logicis, ab ipſis elementis. Nam quod alij aliud medicamentũ proſit: etiã pueri iã ferme ſciunt, & ratio pariter quæ ab elementis ducitur, id cõfirmat. Si nãqꝫ quindecim differẽtias in hominum temperamẽtis ex minoris in ijs maioriſqꝫ ratione, idqꝫ in humida tantũ natura ſtatuas: neceſſe profecto eſt medicamẽtoꝝ etiam quibus ſis vſurus, quindecim differẽtias noueris, quaꝝ aliæ magis, aliæ min⁹ ſiccent, quo nimirũ quod cuiqꝫ naturæ cõgruat inuenias. Quod ſi etiam in ſicciore natura, alijs quindecim poſitis, ad has quoqꝫ pari modo, alia quindecim medicamenta requiras. Habebis in totum triginta medicamenta, quæ triginta naturis conuenient. Quibus vti is demũ cõmode poterit, qui in corpoꝝ temperamentis diligẽter ſe exercuerit. Nunquid igitur ſi totum corpus temperamento ſit ſicciore, ab ijs quæ magis ſiccent medicinis iuuabitur. Si pars quæpiã ei⁹ cæteris partibus ſit ſiccior, quæ minus ſiccent requiret? An liquido pa-

Redit ad rem.

Idioſyncraſia.

Sicut totũ corp⁹ ſi tẽperamentũ ei⁹ ſicci⁹ ſit: ſicciora deſyderat: ſic etiã pars.

tet hic quoq́ꝫ, quæ pars ſiccius temperamentum obtinuit: hanc etiam quæ magis ſiccent poſtulare. Quæ humidius ſit ſortita, minus ſiccãtia. Atq́ꝫ hoc totũ ꝑtermittunt amethodi iſti Theſſalij, qui vnam omni particulæ congruere medicinam putant. Empirici quãtum in hoc Theſſalios iſtos methodicos ſuperant: tantũ a veris methodicis logiciſq́ꝫ ſuperantur. Habent enĩ ꝑfecto illi quoq́ꝫ ab ipſo ſcilicet vſu edocti, aliud medicamẽtũ ad ea vlcera, quæ in oculis accidũt, aliud ad ea quæ in aurib⁹, aut articulis, aut carnibus, aut ſola cute. Cæterũ quod nec in ijs ſe transferre ad alia poſſint: ex ijs quæ ſupra diximus facile patet. Quoniam autem et de his ſatis iam dictũ eſt, rurſus ad diſputationis initiũ reuertamur. miſceamuſq́ꝫ vlceri omnes qui ſimul cũ ipſo incidunt affectus. ab intemperie primũ orſi. Si enĩ exulcerata caro vel prius etiam ex quauis occaſione fuit, vel ipſo vlcerationis tẽpore, iuſto calidior frigidiorue eſt effecta: vtiq́ꝫ medelam exigit, quæ nõ modo moderate ſiccet. ſed etiam in tantũ calfaciat, refrigeretue: in quantũ ſubiecta caro a naturali ſuo habitu receſſit. Cum fieri non poſſit, vt in vlcere, vel carnis productio, vel ſinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio, recte vnq̃ cedat: niſi ſubiecta caro ꝓ naturali modo ſe habeat. Nec fruſtra dictũ ſupra eſt, hæc oĩa naturæ eſſe opera. Purgari tamen ſordida minuiq́ꝫ ſupcreſcẽtia, hæc fieri etiã carne naturalem ſtatum nõ ſeruante licet. propterea quod tantũ medicamentoꝝ ſunt opera. Quocirca legitimi vlceratarũ partium temperamenti, quoties eas vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere ſtudes: maior tibi ſollicitudo erit. Seruari nãq́ꝫ debebũt naturæ motus, quos comprehenſorum ſingula comitãtur. At alias non ſeruabũtur, niſi prorſus ſe pro naturæ ſuæ ratione pars habeat. Veluti igiť ſi phlegmone cũ vlcere vna eſſet, priuſq̃ hæc diſcuſſa eſſet, nemo id vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere, tentaret: ad eũdem arbitror modũ etiam, ſi ſine phlegmone ſola ſubſit intẽperies: nullum hoꝝ fore prius ſperabimus, quã illa ſit ſanata. Rurſus igitur hinc indicatio quædã, ad medicamẽtoꝝ quæ ſuperius cõprehenſa ſunt inuẽtionẽ oritur. Quippe omnia ea ſiccantia erant. ſed diſſidebant inter ſe pro intenſionis remiſſioniſq́ꝫ modo. Cæterũ definitum antea non eſt, quatenus in calefaciendo frigefaciendoq́ꝫ ſe haberent. ſed methodus hoc quoq́ꝫ inueſtigandum cogit. Non enĩ tantum an ſiccet: ſed an etiam non valde calefaciat. aut refrigeret expendi oportet. Ergo altercũ, hyoſcyamũ græce vocant, & mandragorã, & meconiũ, ceu ſupra modũ refrigerantia fugies. tametſi ſiccant ea quoq́ꝫ, quãtum ſit vlceri ex vſu. Reſina vero, et pix, & aſphaltus, quãq̃ modice ſiccant: tamen ĩmodice ſunt calida. Ideoq́ꝫ eis ne-

Miſceť vlcus cũ oĩb⁹ q cum eo ſimul ĩcidũt affectib⁹.

Vlceris cũ intẽpie, curatio.

mo vtetur ſolis, nec aliter: niſi cum leuiter refrigerãtibus admixtis, vnum ex omnibus medicamentum fecerit quod ſit temperatum. Si igitur hæc ita ſe habent, ſicuti profecto habent: inſpici etiam conueniet, & circũdantis nos aeris temperiem. Siquidem veluti medicamẽtum quoddam, is quoq; corporibus noſtris forinſecus incidens, vbi immodicus calore vel frigore eſt: ſanationem moratur. Dãda igitur opera eſt, vt medicamenta exceſſui occurrãt. Ideoq; Hippocrates in calidioribus anni temporibus, ijs quibus frigidior facultas ſit, medicamentis vtitur, calidioribus, per frigidiora. Non ignoras ꝓfecto hic quoq;, ex ſtupidis Theſſalijs quẽdam fateri, quo pacto in calore & frigore ſe habeat, qui ægrum continet, aerem inſpicere: nõ tamen anni tempora a ſe inſpici. quaſi nomina ipſa temporum anni proſint obſintue, nõ eoꝝ temperamẽti ratio. aut non huius cauſa veteres ad ea reſpexerint. Verum quod qui certa methodo curare vlcꝰ debet, huic neceſſe ſit tum ad prima & maxime elementa venire, tum anni tempora, & corpoꝝ temperamenta non in toto modo: verũetiã in ſingulis partibus conſyderare: abunde monſtratum reor. Rurſus vero repetendum hoc etiam loco eſt, quod prius diximus in indicatione quæ a ſicco humidoq; ſumitur. Nam ſicuti in illis humidior natura, humidiora, ſiccior ſicciora medicamenta exigebat: ita nunc calidior calidiora, frigidior, frigidiora requiret. Contrariam ſcilicet ijs quæ præter naturam, & ijs quæ ſecundum naturam ſunt indicationẽ præſtantibus. quippe quæ ſecundũ naturam ſunt ſimiliũ ſibi, indicatiua ſunt. quæ præter naturam, cõtrariorum. ſi modo illa ſeruari, hæc ſummoueri deſyderant. Ac quod tum corporũ temperies, tum anni tempora, tum partiũ naturæ, conſyderanda ab eo ſint qui probe vlcus ſit ſanaturus: clare me docuiſſe exiſtimo. Ad hæc quod prima quidem medicationis indicatio a ſolo ſumatur affectu, remedia tamẽ inueniri non poſſe, niſi prius ad corpoꝝ elemẽta ſit aſcenſum, & ægri temperamentum perpenſum, non corporis modo vniuerſi: ſed etiam afflictæ particulæ. Cum hoc quoq; ambientis temperie æſtimata quæ vtiq; cum ad præſentes ſtatus, tum vero regiones extenditur. Quod autem contrariæ ſubinde in vna curatione indicationes ſint, atq; has quẽadmodum tractare conueniat: latius quidem dicetur in ſequentibus, non tamen alienũ ſit, nunc quoq; paucis de ipſis egiſſe. Etem̃ quod ægri temperamentum ſit humidius, particula ipſa quæ laborat ſiccior, aut contra ꝙ hæc ſit humidior, totius temperamentum ſiccius: mirandum non arbitror. Pari modo in calore & frigore, qđ contrario temperamento ſit pars cum toto. Veluti igitur ſi totum corpus medio temperamento eſſet, quod eſſe optimum docuimus, nihil

Ambientis quoq; aeris inſpiciẽdã tẽperiem.

Hippo.

Limitatio modi ĩ calido & frigido a natura corporis.

Cõtrarię indicationes quemadmodũ tractãdę

In corpore optimi temperamenti mutāda medicamenti vis qđ ad corpis naturā ptinet non eſt.

plane quantum ad laborantis naturam attineret in medicamentis nouaremus: ita vbi vel ſiccius, vel humidius, vel calidius, vel frigidius iuſto cernitur: eatenus intendere vires medicamentoꝝ oportet: quatenus corpus ad naturalem intemperiē eſt verſum. Nō em̄ arbitror excidit nobis quæ naturalis intemperies ſit, et quæ præter naturam. Dictum em̄ de ipſis eſt in alijs, ac ꝑcipue in libro qui de inæquali intemperamento eſt inſcriptus. Pone igitur totum laborantis corporis tēperamentum humidius eſſe, eoq; medicamēta deſyderare, quæ min⁹ ſiccent, ipſam vero ægram particulam ex earū numero eſſe, quæ ſicciores ſint, qualia eſſe diximus, quæ minus ſunt carnoſa. Cuius generis ſunt quæ circa digitos, et articulos habentur. Præterea quæ circa aures, & naſum, & oculos, et dentes ſunt. ac vt ſemel dicam vbi crebræ cartilagines, & mēbranulæ, & ligamenta, & oſſa, et nerui ſūt. Adeps vero, et caro, vel omnino nulla eſt vel perquā exigua. Diuerſa autem in his eſt ea, quæ a patiente particula accipitur indicatio, ab ea quæ ex ægri ſumitur natura. Quare ſi quanto ægri temperamentū iuſto eſt humidius, tanto particula iuſto ſit ſiccior: nec adijciendum, nec detrahendum pharmaco quicq̄ eſt. ſed tale adhibendum, quale ſi vlcus in medij temperamenti particula conſiſteret, adhiberem⁹. Sin ſiccior debito particula magis fuerit, quā corporis temperamentum iuſto eſt humidius: vtiq; in tantum intendi ſiccitatem medicamēti cōueniet: quantū particulæ temperamentū, totius temperamentum excedit. Veluti ſi quatuor numeris ſit exulcerata pars, medio temperamento ſiccior, ægri natura gradibus tribus humidior: manifeſtum eſt particulam, quæ nunc exulcerata eſt, ſiccius vno gradu deſyderatură medicamētum, quā quæ ſit temperata. Quod autē hæc omnia cōiectura ſint accipienda, tum quod optime conijcere poterit, qui in ratiocinando de his ſit exercitatus: liqdo patet. Ac in talibus quidē omnibus contrariæ ſubinde indicationes vno tempore fiūt. Neq; em̄ eſt quod de indicationibus, quæ a calido et frigido ſumuntur etiamnum dicam. vtpote quæ ad portionem dictoꝝ intelligi poſſūt. In alijs vero etiam in temporibus quibus perficiendæ ſunt indicationes ſeparantur. in principio præſertim curationis altera ceſſare, altera officio fungi. Sicut exempli cauſa, cum vlcus cauū ſimul ſit, et admodum ſordidum. Quippe affectus præter naturam in hoc triplex eſt, vlcus, cauitas, & ſordes. Ordo vero ſanationis a ſorde expurgāda ordietur: quod videlicet nec glutinari quicq̄, nec carne impleri poteſt, priuſq̄ purum fuerit. Secundū locum exiget cauitatis ſanatio. Si nāq; vel glutinabimus, vel cicatricem inducemus, vel (vt ſūmatim dicā) curabimus vlcus: cauitatem implere non poterimus. Pone ergo non

Cōtrariæ indicatiōes q bus ſimul ſubſeruire nō licet.

ſolum tria hæc particulam obſidere: ſed etiam phlegmonen, vel Eryſipelas, vel gangrenam, vel intemperiem aliquã ſimplicem, compoſitãue. Nũ nam hic manifeſtũ eſt, quod niſi quis illam prius ſanauerit: implere cauũ vlcus non poterit? Quippe dictum ſupra eſt, carnis generationem ex ſana quæ ſubiecta ſit, ortum habere. Ex ea vero quã phlegmone premit, et intemperata, et vno verbo ægrota: caro gigni noua non poteſt. Ergo in omnibus eiuſmodi complexiõibus triplex tibi propoſitus finis erit. vnus veluti a cauſis ſũptus, eius quod poſt futurum eſt. Alter vt quod rationem optinet, eius ſine quo non. tertius eius quod veluti accelerantium, & vrgentium nominatur. Siquidem iuſta ſubiectæ carnis temperies, cauſæ rationem habet. vt q̃ con creſcere ſecum quod vlceratũ eſt faciat, & cauitatem impleat. Puritas vlceris rationẽ ei⁹ ſine quo non. Atq; hanc ſordes interpellans curationẽ moratᷣ. Habet vero & ipſa cauitas ad vlcus rationem eius ſine quo non. Quando niſi cauitas prius impleta ſit, induci cicatrice vlcus non poſſit. Ergo ſi ad hæc reſpexeris: ordinem ſanationis inuenies. veluti ſi phlegmone, & cauitas, & vlcus, & ſordes ſimul in eadem particula conſtiterint: primum phlegmonen, ſecundo loco ſordem, tertio cauitatem eſſe ſanandam, & quarto vlcus. Ac in iam dictis quidem, tum ordo, tum agendorum inuentio ex his ſumitur. Vrgentis vero indicatio inter iſta non habetur. in alijs autem habetur. Nam affectus vnde primũ maximeq; iminet homini periculum: hic primus curari debebit. Interim vero non prim⁹ modo: verũetiam ſolus, veluti ſi puncto muſculi capite, conuulſio quæ nulla conuenientiũ medicamentoꝝ vi remittitur ſuperueniat. Quippe præciſo per tranſuerſum toto muſculo, cõuulſionem quidem ſanaueris, aliquem tamen ex particulæ motibus vitiaueris. Ad eundem modũ cũ e vena vel arteria ſanguis ĩmodice ꝓfluit, ſi totũ vas p trãſuerſũ p̃cideris vlcus qdẽ ei⁹ ſanare poſtea non poteris, piculũ tñ qđ ex ꝓfluuio ſanguinis impẽdebat, ſuſtuleris. Iã neruũ pũctũ ſæpe cogimur trãſuerſũ p̃cidere, quoties vel cõuulſiões, vel deliria, vel ãbo, magna ægreq; ſanabilia ſupuenire vulneratiõi cernimus. Pari modo vbi luxatio cũ vlcere in aliquo maioꝝ articuloꝝ icidit: vlc⁹ ſanam⁹, luxationẽ inſanatã relinqmus. Qñ ſi hãc quoq; ſanare conemur, cõuulſiões omnino ſequentᷣ. Tertius itaq; ꝓpoſitus medẽti finis is eſt, q ad id quod vrget, attẽdit. diuerſus nimirũ a duobus illis modo dictis. Neq; enim idem eſt, aliquid vel vt cauſam conſyderes, vel vt id quod rationem optinet eius ſine quo non, vel vt quod vrget. Sed & quod vrget, tum eiuſmodi interdum eſſe, vt alium inſanabilem affectum relinquat, dictum iam eſt. Tum vero affectum ipſum nõ nunq̃

In cõplicatis affectib⁹ tria ſpectãda eſſe.

Primũ curãdũ eſſe id qđ vrget.

a nobiſipſis induci, partim in neruo puncto, vel tendone, vel vaſorum cuiuſq́ ſanguinis profuſione, partim in capite vulnerati muſculi. Nam vbi luxatio cum vlcere vna conſiſtit, non ipſi affectum facimus: ſed tantũ eum qui factus eſt, nõ ſanamus. Dicetur vero de ijs accuratius in ſequentibus. In præſentia nanq; redire ad proprias vlcerũ differentias placet, ac propoſitum ſermonem breuiter cõplecti. Quo ſi qua ex his etiam indicatio remediorum ſit reliqua: eam non ꝓtermittamus. Ergo putreſcens vlcus, & quod exeditur, & quod gangrena, & quod eriſipelate affligitur, & canceroſum, & dolens, & indolens, quæq; alia id genus veluti vlcerum differentias loquũtur: ſi qs empiricam curationem prodens, nec aliud cogitãs pertractet: nõ eſt cũ eo contendẽdum, ſi vlcerũ ea differentias nominat, Millies enim dictum eſt, non oportere de noĩbus contẽdere. Sin tanq́ artificioſum aliquid de indicationibus dicturus: docendus eſt, omnes iam dictos affectus compoſitos eſſe. Alias vero eſſe differentias ſimplicis ſoliuſq; vlceris, et cui nullus alius adiunctus ſit affectus. Nã ſi ab acuto aliquo facta tantũ diuiſione, forma eius quod vulnerauit impreſſa eſt: exiſtent profecto ſic multæ vlcerum differentiæ. obliquorum, rectorum, pampini modo retortoꝝ, hami ritu vncoꝝ, aliter quocunq; modo ſe habẽtiũ. Atq; hæ quidẽ differẽtiæ oẽs a figura ſunt. A magnitudine rurſus pro maioris minoriſq; ratione mille aliæ. Nam et magnũ, & paruũ, & maius, & minus vlcus vlcere, tum dicitur, tum vero eſt. Quinetiam breue, & longũ, in ſũmo reſidens, & in profundũ penetrans. Atq; in ſingulis horum, tum quod magis tale, minuſq; eſt, ſiue in ſpatij, ſiue magnitudinis, ſiue quãtitatis, ſiue quocũq; modo appellaſſe libet differentia. Quod ſi hæc ita ſe habent omnino ꝓfecto, & æquale vlcus, & inæquale in alto differentiæ erunt. Quippe diffiſſo ſi ita ſors tulit, per lõgitudinem femore, poteſt ſuperior diuiſionis pars altæ deſcẽdere, inferior in ſũmo corpore herere. aut cõtra, in ſũmo eſſe, q́ ſuperior eſt, ꝓfunda q́ inferior. Iam illa quoq;. Nẽpe diruptũ aliqua ex parte, aut ex toto fuiſſe, & inciſum fuiſſe, & vbi quod vulnerauit, obliq́ ſub cutem ſe dedit, alterã vlceris partem in cõſpectu eſſe, alterã ſub cute latere, idq; vel ex ſupnis partibꝰ eſſe, vel infernis, vel lateralibus: oĩa hæc vlceris differẽtiæ ſunt. Ab ipſo tẽpore rurſus aliæ vlcerũ differẽtiæ ſumunt͂, cruentũ, recens, exigui temporis, & diuturnum. Atq; in omnibus his ipſa maioris minoriſq; ratio numeroſa eſt. Atq; ab ipſa vlceris natura hæ differentiæ ſumuntur, maxime quidem propriæ quæ a ſubſtantia rei capiuntur. Nempe quæ a figura ducuntur, & a diuiſionis magnitudine. Idq; vel in longitudine, vel in altitudine, vel in ambabus.

Simplicis ſoliuſq; vlceris differentiæ.

A figura.

A magnitudine.

A tẽpore.

Præterea æqualitate in his & inæqualitate. Extrinſecus vero accedē-tes, et quæ ſcilicet rationem optinent eius ſine quo non. Tum a tempore in quo factū vlcus eſt (ita eñ aliud recēs, aliđ vetus vocatur): tum ex eo quod totum, parſve conſpectum fugit, vel conſpiciendum ſe præbet. Iam vero & a generatiōis ratione, eo quod totū ſit inciſū, vel totum diruptum, vel pars inciſa, pars dirupta. Quod ſi quę a loco quoq; in quo eſt vlcus, differētias cēſeas: veluti ſi finis muſculi, vel principiū muſculi, vel mediū muſculi, vel cutis ſit quod vlceratū eſt, vel iecur venterue ſit, in quo vlcus conſiſtit: fuerint profecto, & ipſæ vlcerum differentiæ, non vtiq; a propria ipſorum natura: ſed a locis in quibus conſiſtunt deſumptæ. At cū phlegmone quis obſeſſum vlcus dicit, aut ſupcreſcente carne preſſum, aut cauū, deinde ſimiles vlceris differentias dixiſſe ſe, ijs quas modo retuli putat: hunc neceſſe eſt in medendi methodo falli. Quippe græce phlegmænon elcos ex formula dictionis ſimilē habet interpretationis figurā, cū paruo vlcere. Cæterū quod ſignificatur ſimile non eſt. Siquidē pfundum, aut ſummo tenus factum, cū de vlcere dicimus: ppriam eius differentiam oſtēdimus. Phlegmænō vero omnino vlceris differentia nō eſt. Cū poſſit phlegmone pars affici, etiam vbi vlcus non ſit. Quo fieri (arbitror) vt hic immutare dictionem liceat. Si eñ accidiſſe alicui vlcus cum phlegmone dixeris: proprius ad rei naturā, & clarius interpretatus ſis. Non aūt ſi alij cum magnitudine, alij cū paruitate factum dicas. Quippe cum & magis ex natura rei, & clarius loquere: ſi huic magnum accidiſſe vlcus, illi paruum dixeris. Adeo ſi fieri poſſit, vt mutata dictio, et rei naturæ conuenientior, et audituris clarior ſit: cōmittendum non eſt quo minus id fiat. Quippe caput ad effugiendā in rebus deceptionem eſt, vt definita locutione vtare. Quānam igitur in talibus methodum ſtatuamus. Etenim tradenda quæpiam præceptio eſt, ac veluti ſcopus, quo ſemper intentis diſcernere ſtatim liceat: differentiam ne alicuius affectus dixerit quis, an alterius affectus complexum. Eſto igitur tibi diſcrimen hoc, quod conſiſtere ſeorſum, & per ſe poteſt: id nullius vnq̄ alterius fuerit differentia. Ergo magnitudo, paruitas, æquabilitas, inæquabilitas, tempus, & figura, ex eorum numero ſunt: quæ alijs accidunt. Vlcus, phlegmone, gangrena, & putredo, ſingula ſeorſum, & per ſe cōſiſtere poſſunt. Sunt nāq; corporis noſtri affectus quidā p̄ter naturā, minime ea quæ affectibus neceſſario accidunt. Quippe omnibus his neceſſario accidit, vt vel parua ſint, vel magna, vel æquabilia, vel inæquabilia, vel recentia, vel inueterata, vel euidenter appareant, vel condantur, nec videantur. Phlegmone vero affici ex

Diſcrimen differentiæ alicui⁹ affectus, ab affectu.

ijs quæ vlceri accidunt non eſt, veluti nec putreſcere, nec gangrena tentari. Sunt enim hæc omnia ex morborum genere. Siquidem affectus præter naturam ſunt, et actionem vitiant. Alio rurſus modo vlcus crucians, & vlcus ſordidum, ceu quædam vlceris differentiæ dicuntur. Cæterum compoſitum quippiam hic quoq; indicatur. Sed diuerſa ratione: quam vt phlegmone tentatum, aut putreſcens vlcus dicebatur. Quippe illic affectus ſunt phlegmone, & putredo: hic dolor: & ſordes, ex ſymptomatum ſunt genere. Pari modo & cum dicitur, cacochymon vlcus, id eſt vitioſo ſucco obſeſſum, aut fluxione vexatum, aut arroſum: cauſa cum affectu copulatur. Manifeſtumq; ex talibus eſt methodi eius, quæ de medendo inſtituitur, primos, ac ſimplices, ſineq; vlla compoſitiõe morbos, veluti elementa quædam eſſe. Quo magis in commentarijs, qui de morborum differentijs ſunt ſcripti, omnes eos enumerauimus. Sane nihil referat primos, an ſimplices dixeris. Quando quod primum eſt, ſimplex eſt. & quod ſimplex, primum. ideoq; etiam elementare. Indicatio vero curationis, ex differentijs fit. ſed non omnibus. Nam recens, vetuſue vlcus nihil indicat. Quamq̃ indicare videtur nonnullis. ſed hi ſeipſos fallunt. non aliter, quam in his, q̃ ad victus rationẽ ſpectant. Cũ aliã initij, aliã incremẽti, aliã ſummi vigoris, aliam remiſſionis indicationem eſſe dicunt. De quibus latius in ſequentibus dicturus: non eſt quod nunc ſim verboſior. Verum quod tantum ad rem præſentem ſit ſatis: id adijciam. Recens vlcus cum omnino ab altero quolibet affectu eſt liberum, nec ſymptoma vllum habet adiunctum: aliam putant indicare curationem q̃ vetus. Id vero non ita ſe habet. Siquidem quod vlcus tantum eſt, nec quicq̃ aliud, eſt porro eiuſmodi, cui nec cauitas adeſt, nec dolor, nec ſordes, quodq; & omni alio affectu eſt liberum, & ipſam tantum vlceris ſanationem deſyderat, cuius vtiq; propoſitus finis, vel vnitio, vel agglutinatio, vel coitio, vel continuatio eſt (Quippe millies diximus licere appelles vt lubet, modo rei nihil mutes): eiuſmodi igitur vlcus, ſiue recens, ſiue antiquum ſit: eãdem ſemper curationem requirit. nihil plane proprium indicante diſcrimine eo, quod a tempore ſumitur. At ſi cauitatem alte reconditam ſub cute habet: conſyderare oportet, vtrum ea in ſuperiore parte ſit, ita vt ſanies ex ea prona effluat: an in inferiore, ſic vt illic ſiſtatur. Eius igitur cui effluxus patet: eadem quæ aliorum curatio eſt. Cui nõ eſt: huic ipſi moliamur effluxum oportet. Eius duplex ratio eſt, alias tota cauitate deſecta, alias in fundo tantum aperta. Quando vero harum alterutra ſit ineunda: docebit tum locorum ipſa natura,

Quod primũ eſt, ſimplex eſt. & quod ſimplex, primum.

Vlceri qđ ſinũ habet recõditum: moliendus efflux⁹ eſt.

tum vero vlceris magnitudo. Si nãq; et loca ipſa dubiã ſectionẽ faciant, et vlcus magnũ fuerit: in fundo aperire magis expedit. Sin contra ſe habeant, perſcindere pſtat. Deligatio vero eius incipiat quidẽ ſuperne, finiatur infra. vbi ſcilicet patet effluxus. Quod autem differentia ea, quæ a vulneratis omnibus particulis ſumitur, ad indicandam curationem ſit maxime opportuna: id in ſuperioribus eſt dictũ. Verũ ea quidẽ vt ſimilariũ, hæc cuius nunc memini, vt inſtrumentaliũ eſt indicatio. Sane dicetur de ea, quæ vl' vt ſimilarium corporum, vel vt inſtrumentalium indicatio eſt, in ſequentibus vberius. Nunc ad proprias vlcerum differẽtias eſt redeundum. Ac de ipſo ſeu trãſuerſum ſit, ſeu rectum, ſeu profundum, ſeu in ſummo corpore, ſeu paruũ, ſeu magnũ definiendum. Trãſuerſa nãq; vlcera, eo quod labra eorum magis diſſident, abſuntq; a ſeſe, coniũgi diligentius poſtulant. Ideoq; tum ſuturis, tum fibulis in his eſt vtendum. Quæ vero per lõgitudinem muſculoꝝ ſunt facta: hæc ſi a duplici initio deliges, nec ſuturis, nec fibulis, egebis. Sin aliter deligare placebit, vel fibulis, vel ſuturis vtere. Sufficient autem pauciſſime omnino ſuturæ. Et magna quidem vlcera, ſi recte ea, que prius dicta ſunt meminiſti: ijs quæ valentius ſiccent medicamentis curabis. Parua vero, vel quæ moderate ſiccent, abunde ſanauerint. Profunda vero vlcera, omnino etiam magna ſunt, voluntq; tum a duobus initijs deligari: tum vero nec labra ſua pꝛopere glutinari. At quæ profunda, multum lataq; ſunt, vt duplici ratione ſunt magna: ſic duplicem quoq; indicationem pſtant. Itaq; et quæ valenter ſiccent. poſtulant, & ne immature labra coniungas: & vt a duobus initijs deliges, & vt altis ſuturis conſuas. Ad eũdem modum, & ſi multæ ſimul differẽtiæ coierint, quarum ſua cuiq; ſit indicatio, ſi quidem inter ſe minime pugnent: omnibus vti maxime expedit. Sin aliquatenus ſecum pugnent, quẽadmodum diſtinguere de talibus oportebit: dictum quidem alicubi in præcedẽtibus eſt, locupleti⁹ tamen dicetur in ſequentibus.

De trãſuerſis vlcerib⁹

De ijs quæ p lõgitudinẽ muſculi ſunt facta.

De magnis & paruis.

De pfũdis.

De pfũdis ſimul latiſq;

Nunc enĩ finiẽdus hoc loco tertius hic liber videtur. In quarto qui ſequetur de ijs affectib⁹, qui vlcera comitari plurimũ ſolent: diſceptatio erit. Tradentur autem cum his etiam internarũ cauſarũ curationes.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER QVARTVS.

Catagma. Spaſma. Apoſpaſma Rhegma Thlaſma. Ecchymoſis. Anaſtomoſis. Diapideſis Anabrωſis

VNum eſſe morborum genus ipſam quoq; cõtinuitatem ſolutã diximus. Hæc in omnibus animalis partibꝰ incidit, nõ tamẽ vnũ nomẽ in oibꝰ ſortiť. Quippe q̃ in carnoſa parte, vlcus. in oſſe fractura, græcis catagma dicitur. in neruo, ruptio. græci ſpaſma vocãt. Eiuſdẽ gñis ſũt & q̃ græci iterũ apoſpaſma & rhegma et thlaſma dicũt. Illud in ligamẽto, hæc in vaſis, muſculiſq; ex violẽto ictu, vel graui caſu, vľ alio quopiam valẽte motu excitata. Quæ vero ecchymoſis græce diciť, plurimũ vna cũ cõtuſiõe ruptiõeq; incidit. Fit aũt aliqñ et ex oris vaſoꝝ aptione, quã anaſtomoſin vocãt, & ex ea q̃ a nõnullis diapideſis diciť. Aliud vtiq; tũc ſolutæ cõtinuitatis genꝰ. Iã vero & ex eroſione quã anabrωσin græce vocãt: ſoluiť interim in aialis partibꝰ continuitas. Verũ is iam mixtus affectus eſt. Vt q aliud quoddã morbi genus adſciſcat, quod in quãtitate partiũ conſiſtit. Veluti ſupra cum de cauis vlceribus ægimus, eſt monſtratum. Eſt em̃ horum ipſorum duplex ortus. alias ab exciſione. ſæpe ab eroſione proueniens. Verum

Eroſionis cauſæ.

exciſio quo pacto eueniat, non latet. Eroſio ſi intrinſecus ab ipſo animali ꝑuenit: vitioſi ſucci ſoboles eſt. Sin extrinſecus: aut a valentibꝰ medicamentis fit, aut ab igni. Et ſane (vt dictum ſupra eſt) diligenter attẽdere oportet, et ſimplices affectus a cõpoſitis diſcernere. Cũ ſimplici morbo ſimplex adhibenda curatio ſit. compoſito, nõ ſimplex. Ac quænã in cõpoſitis curãdis tenenda methodus ſit, ſupra eſt dictũ. Cæteꝝ nõ tantũ generalitatẽ eius didiciſſe: ſed etiam in ſingulis eius partibus exercitatũ eſſe oportet. Cũ in his quoq; non paucis methodis (vt ita dixerim) particularibus ſit opus. Propterea qď cuiq; morboꝝ ſpeciei, ſua ſit methodi ſpecies. Ergo quod reliquũ eſt, vlcerũ curationis in hoc libro exequamur. hinc ſũpto initio. Omne vlcus aut ſolum eſt, ipſumq; per ſe, nullo nec cum eo ſimul inuadente, nec ipſũ

De his quæ maius vlcꝰ reddunt in hoc libro agi.

p̃cedẽte, aut ſequẽte alio affectu: aut cũ alio quopiã vno, multiſue cõſiſtit. Quorum alij non modo ſtatim ab initio vlcus excitarunt: ſed etiam nunc maius efficiunt, alij eius ſine quo non, vt ad curãdi opus rationẽ optinent. Verum de his prius dictũ eſt. At q̃ maius vlcus reddũt: de ijs hoc volumine ageť. Ac duplex in his curatiõis cõſiliũ eſt:

vt vel eiuſmodi affectus e corpore prorſus eximas, vel incōmodum quod inferunt vincas. Verū hoc vbi exiguus plane affectus eſt, fieri licet: vbi magnꝰ eſt, duci ad cicatricē vlcus prius nō poterit: q̄ illi affectui remediū attuleris. Ergo quinā & quos numero eiuſmodi affectꝰ ſint: diligenter nobis conſyderandū eſt. inde nimirū ſūpto initio: vn̄ ſupra eſt cœptū. Omne vlcꝰ ſiue ſolū ſit, ſiue vna cū cauitate: & ſubiectam ſibi carnē naturaliter ſe habere poſtulat, & ne qd inter oras conglutinandas interſit. qđ tn̄ ſæpe fit. ita vt pilus, arena, ſordes, oleum, aliudue id genꝰ glutinationē ꝓhibeat. Cæterꝝ hæc ceu ſymptωmata q̄dā vlcerꝝ ſūt, & q̄ morari ſanationē, ſi ſint, poſſūt, officere ſi nō ſint, nō poſſūt. Subiectę vero carnis affectus cauſæ rationē optinet, ad id qđ efficit. Quippe ex hac, & p hāc, tū q̄ diſſidēt glutinant: tum q̄ caua ſunt, carne implent. Hanc ergo plane ꝓ natura ſua ſe habeat oportet: quo hæc vtraqꝫ cōmode pficiant. Atqꝫ recte hæc qdē ſe habuerit: ſi id quod reliqs etiā oībꝰ eſt cōmune, ꝓpriū tēpamentū tueat. Itaqꝫ temperatā eſſe ſubiectā carnē, ad vlcera tum glutināda, tum carne implenda prorſus oportet. Nūqd igit hoc tātū ſatis eſt? An etiā ſanguinem qui cōfluit, & bonū eſſe et modicū quātitate oportet? Mihi id quoqꝫ multo maxime verū eſſe videt. Nā & q corruptus ſanguis eſt, tātum abeſt, vt ad glutinandū, et carnē implēdū ſit vtilis: vt etiā ipē nōnūq̄ corpus erodat, atqꝫ exulceret. et multꝰ humor cū in vlceribꝰ excremēta creet, ſanationē (ceu prius diximꝰ) morat. Atqꝫ hi tres ægre ſanabiliū vlcerū modi vident. Qui ex intēperie ſubiectæ ꝓuenit carnis. qui ex vitio cōfluētis fit ſāguinis. & tertius q ex mēſura cōfluētis naſcit. An nō ita faciēda diuiſio eſt. ſed ſit potiꝰ? Nēpe ægre ſanabiliū rebelliūqꝫ vlcerū, alia ꝓpter vlceratæ carnis intēperiē, alia ob cōfluentem humorē: talia fieri. tū intēperiē rurſus ipſam, bifariā diduci. Cū alias in qualitate ſola naturæ modū egreſſa ſubdita caro ſit: alias etiā cū acceſſorio quopiā tumore. Iā ipm cōfluxū bipartito etiā ſcindi. Nēpe in cōfluētis ſucci, tum qualitatē, tū quātitatē, interim vero miſceri dictorꝫ affectuū, aut aliquos, aut etiā pariter oēs. Porro tradēda eſt medēdi methodꝰ nō oīm ſimul: ſed cuiuſqꝫ ſeorſū. Ac carnis qdē intēpies, ſi ſqualēs ſiccaqꝫ videt: aq̄ tēpata fouēs humectāſqꝫ corriges. Quoties aūt eo remedio vteris, eſto tibi pfuſionis, humectationiſqꝫ meta, vt cum primum rubeſcit, attolliturqꝫ particulæ moles: tum deſinas. Quippe ſi vltra pfundas: quod attraxiſti, id euocabis. Itaqꝫ nihil ꝓfeceris. Qui etiam medicamētorꝫ humectandi facultas plenior eſto: q̄ vt in ſana carne præceptum eſt. Si vero humidior, q̄ pro naturali habitu caro fuerit: contraria ratio ineunda eſt. ac medicamentorum facultas ad ſiccius transferenda. Aqua vero nullatenus ad-

Tres ægre ſanabilium vlcerꝫ modi.

Aliter diuidit.

Methodi curādi, ſingulorꝫ.

Siccæ intēperiei curatio.

Humidioris intēpiei curatio.

mouenda. imo ſi lauandũ vlcus videtur: vinũ, aut poſca, aut decoctũ auſteræ cuiuſq̃ herbæ præparandum. Eodemmodo et calidiorem, q̃ par eſt carnis habitum refrigerabis, & frigidiorẽ, calefacies. Agnoſces vero horum vtrũq;, partim colore, partim tactu, partim laborãtis ſenſu. Quippe alias vſtionem ſentire ſe fatentur, alias manifeſtum frigus in particula, gaudentq; vel frigidis medicamentis, vel calidis. Et alijs quidem rubor lenis inſidet, alijs color magis albicat. Verum hæc diſtinguere propoſiti operis officium non eſt. Quippe in quo non dignoſcendi, ſed medendi methodum inſtituimus. ſed conſequentia quadam ſermonis inuitante digreſſi in hanc ſum⁹. Rurſus igitur ad ea quæ propoſuimus reuertamur. Partium quæ cum aliquo præter naturam tumore exulceratæ ſunt: earum prius ſanandus tumor eſt. Quæ vero omnis præter naturam tumoris curandi ratio ſit: in ſequentibus dicẽt. Nũc quantũ eius rei cõiũctũ cũ vlcerũ curatione eſt: tractabitur. Cũ labra tantũ vlceris decolorata dura ve pluſculũ fuerint: excidenda ea ſunt ad ſanã vſq; carnem. Cũ vero ampli⁹ ꝓgreſſus eiuſmodi affectus eſt: deliberatio incidit excidẽdũ ve omne id ſit, quod ꝑter naturã viſitur: an ſpatio potius curãdũ. Proculq; dubio eſt, ægri animũ hoc caſu cõſulẽdũ eſſe. Aliqui enim longiore tempore curari citra ſectionem malunt. Aliqui quiduis ſubire dũmodo citius ſanentur, ſunt parati. Aeque vero et mali ſucci, qui ad exulceratam partẽ cõfluit, vt vlcerãs quidẽ eſt, ſanatio eius hic dicẽt. vt malignus ſuccus eſt, aut copia redundãs, in ꝓprijs ipſoꝝ locis tractabitur. Cũ ergo q exulceratis partibus influit ſuccus, nec multo plus iuſto, nec ml'to deterior ſit, auerti hũc regeriq; cõueniet, aſtrictis ſcilicet refrigeratiſq; ijs particulis, q̃ añ exulceratã ſunt. Inchoãda quoq; deligatio eſt a laborãte ĩpa particula, deducendaq; verſus ſanam. veluti in fracturis oſſiũ ꝑcepit Hippocrates. ſed & q̃ vlcerib⁹ ĩpis admouentur pharmaca ſiccent valentius oportet: q̃ ea quæ ſimplici admouẽt vlceri. Quod ſi ſiſti cõpeſciq; medicamẽtis influxus nequeat: cauſa ei⁹ inueſtigãda eſt. atq; hæc prius adimẽda. Ac ſiquidẽ ob partis q̃ fluxũ recipit ĩbecillitatẽ aliquã id fiat, huic nimirũ medẽdũ eſt. Fuerit autẽ hæc vlceratæ quoq; partis ꝓpria quædã curatio. Sin propter ſanguinis copiã, vitioſũue ſuccũ, vel corporis totius, vel alicuius ſuprapoſitarũ partium: illa ſcilicet prius ſunt corrigenda. At imbecillitas quidem partis propter quã plus iuſto ſuccoꝝ illi influit: omnino ab intemperie prouenit. Non tamen ab omni. Eoq; fit, vt exulcerata caro nonnũq̃ intemperata tantum ſit, non autem imbecilla: nonnũq̃ vtrũq;, & intemperata, & imbecilla. Quippe imbecillitatis affectæ partis, valẽtior intẽperies cauſa eſt. hãc autẽ ſicut pri⁹

Calidioris itẽp. curat.

Notę caloris & frigoris.

Vlc⁹ cũ tumore particulæ.

Laboꝝ vlceris q̃ decolorata dura ve ſũt, curatio.

Mali ſucci & exulcerãtis curatio.

Valẽtiorẽ ĩtẽperiẽ ibecillitatis eẽ cauſam.

dictũ ẽ, curabis. vtiq; calidã, refrigerãdo, ſiccã, humectãdo, frigidã, calfaciendo, humidã ſiccando. Quod ſi frigidior pariter humidiorq; locus ſit: calfaciendo pariter ac ſiccãdo. & in alijs ad eundem modũ. vincentem videlicet qualitatẽ contraria ſemper oppugnans. Huius rei ratio hæc eſt. Quidquid rectum eſt non in animalibus modo plãtis ve: verũetiam alijs quibuſq;: id ſymmetron eſt, mediũq;, & omnis vitioſi exceſſus expers. Cui enim nec demere quicq̃, nec adijcere, nõ partem aliquã, nõ qualitatẽ poſſis: prorſus id recte ſe habet. Contra, quod demi ſibi aliquid, adijci ve poſtulat: id iam ab optimo ſtatu receſſit. Ad quem vtiq; redire aliter non eſt: niſi & quod ſuperuacuũ eſt tollatur: & quod deficiens eſt, adiungatur. Ac de ijs quidem, quibus partes quæpiã abundant, deficiunt ve, alibi ſermo erit. Vbi vero qualitas aliqua plus iuſto inualuit: ibi & continuo vinci contrariam illi neceſſe. Et continuo vitium corrigi. ex ea, quæ victa eſt reſtituenda. Quippe refrigerans quod ĩmodice incaluit; vna & quod deficit reſtitues, & quod ſuperat diminues. Quare quæ per intemperiem aliquã a naturali habitu receſſerunt: eorum ſanationem per ea, quæ cõtraria viribus ſũt, fieri omnino eſt neceſſe. Atq; ad hũc modum caro, alia ve carnoſa quæpiam pars, quæ fluxione humoris ob imbecillitatẽ affligitur, ſanari debebit. Vbi intẽperiei affectum iam ſanaueris; deinde etiam exulcerationis affectum ſanabis. Non aliter plane nunc curata intẽperie: q̃ ſi citra vlcus incidiſſet. Quo manifeſtum fit, nõ eſſe vlceris, ſed intemperiei propriam omnẽ eiuſmodi curationem. Ad eundem modum ſi aut alterius cuiuſlibet particulæ occaſione, aut etiam totius corporis, cum in eo ſanguis mali ve ſucci redundãt, vitioſum aliquid exulceratis partib⁹ influxerit: medendum prius eſt, vel ei qđ fluxionis eſt cauſa, vel etiam toti corpori. Ita igitur & varices, qui ſæpe ſupra exulceratum locum ſunt, prius ſanabimus. vt deinde mox vlcus ſanemus. Etiam qui ex liene, aut alia quauis notabili parte laborant. ipſa prius parte percurata, mox ad vlceris curationem accedemus. Cæterum nulla harum curationum ipſius eſt vlceris, ſed alterius cuiuſq̃ affectus, qui vlcus vel gignit, vel certe fouet. Nam illud quoq; iam definiri tempeſtiuũ videtur nullam externarũ, vel vt nunc loquuntur primitiuarum cauſarum, curationis indicatricem eſſe. ſed huius indicationẽ ab ipſo affectu initium habere. Quæ vero particulatim ſunt agẽda, hæc tum ab eo quod prima indicatio dictat, tum vero ab ægræ partis natura, tum ambientis temperie, quæq; alia ſunt his cognata, inueniri. Nam (vt breuiter dicam) a nullo eorũ quæ adhuc non parmanẽt indicatio ſumi, eius quod ex vſu ſit poteſt. Sed ꝓpterea quod ad eum affectum noſcendum qui omnino tum rationem,

Ratio cui cõtrarium contrario oppugnandum.

Externas cauſas curationẽ nõ indicare. ſed affectum.

Quid curationẽ indicet, qd quæ particulati ſunt agẽda.

tum ſenſum lateat ſæpe cogimur de externa cauſa inquirere: opinatur vulgus hãc quoq; ſanationis ratione indicare. Quod plane ſecus eſt. Apparet id liquido in ijs quib9 noſci affectus exacte poteſt. Siue enĩ ecchymωſis, ſiue vlcus, ſiue eriſipelas, ſiue putredo, ſeu phlegmõe, in parte aliqua conſiſtat: ſuperuacuum eſt cauſam quæ horum quodlibet effecit, inquirere. niſi iam etiam faciat. Sic enim ſimul quod iam factum eſt curabimus: ſimul quod adhuc facit: facere inhibebimus. Si vero fecit illa quidem, cæterum iam abijt: vtiq; quod factum eſt curabimus, quod adhuc non eſt: nec ſi velimus, ſummouere id poſſum9. Quippe rei præſentis eſt curatio. Eius autem quod futurum eſt, prouidentia. Quod vero nec nunc lædit, nec læſurũ timetur: id ab vtroq; artis munere, tum eo qđ curat, tum eo quod prouidet, exceſſit. Quare nec indicatio ab hoc ad curationem vlla, nec prouidentiæ ratio ſumitur: ſed vti dictum eſt, ad eos tantum affectus, qui noſtram noticiã fugiunt, externæ cauſæ cognitio, eſt vtilis. Empiricis tamen ceu pars totius ſymdromes .i. concurſus in quo curationẽ obſeruarunt: externa cauſa interim ſumitur. veluti in ijs qui a rabido cane, & omnibus qui a venenoſis beſtijs ſunt læſi. Quinetiam ex dogmaticorum quoq; numero ijs qui ſine rationali indicatione, ſola experientia curare ſe talia cõfirmant. Quippe his quoq; externa cauſa ceu pars totius ſyndromes .i. concurſus quæritur. His vero qui ex priore vſu venenoſarum animantiũ vim norunt, atq; ab hac indicationem curationis ſumunt: non ſane ad curationis indicationem cõducit externa cauſa cognita, ſed ad præſentis affectus cognitionẽ. Nam pone ſciam ſcorpionis venenum frigida vi eſſe. ſumãq; veluti a frigido remedij indicationem, nullo tamen ſigno intellegam, talem eſſe in hoc corpore affectũ: manifeſtum eſt ſi ſcorpium percuſſiſſe didicero, quod calfacere tũ corpus totum: tum punctam ab eo particulam conabor. nulla amplius expectata experientia. ſed ab ipſa rei natura indicatione ſumpta. Monſtratũ enim in his libris eſt qui de medicamẽtis ſunt inſcripti, in quibus exercitatum eſſe cenſui, quiſquis ex his cõmentarijs fructum pcipiet: nullam eiuſmodi facultatem ſine experiẽtia inueniri. Eſſet enim profecto felicitatis cuiuſdam munus, ſi quis inſpecto lithargyro, aut caſtoreo, aut cantharide: protinus eorũ vires intelligeret. Verũ ſicut in omnibus peccata tum ab ijs qui modum excedunt, tum qui citra cõſiſtunt cõmittuntur: ita nimirum hic quoq;. ac bis διαπασων (vt in ꝓuerbio græco eſt) non ſemel arbitror inter ſe diſcordant, & qui neq; in hodiernum vſq; diem affirmant ſciri medicamentorum vires, idq; poſt tantam experientiam, & qui ex vna experientia ſciri eas cenſent. Nam & hoc præcipitanter inconſulteq; dictum eſt. ſi vtiq; inconſultũ

eſt quod fieri omnino non poteſt . & illud hominum eſt aut omnino attonitorũ:aut plane litigioſorũ. Verum de his plura expectare nunc non oportet. vtpote de quibus dictum latius eſt, tum in tertio de temperamentis : tum in ijs libris, quos de medicamentis inſcripſimus. Cæterum(vt dixi)ad noſcendos affectus aliquæ externarum cauſarũ conferunt. Vbi vero præſentis affectus nihil latet: nulla iam externæ cauſæ eſt vtilitas. Ac diximus quidem in ſuperioribus, nõ eſſe in idẽ coniungendas vtraſq; doctrinas : ſed ſeorſum empiricen, & ſeorſum tradendam rationalem. Memoria autẽ tenendum nũc quoq; eſt, quod quoniam propoſitum nobis in his cõmentarijs eſt ſolam rationalem tractare, quãq; ad quæpiam horum quæ dicimus nõ apponitur quod abſolute vera non ſint ſed tantum ex methodicorũ ſectæ ſententia: aliquẽ tamen id per ſe ratiocinari, vltroq; apponere debere. Nunc enim ipſi appoſuimus nullam externarum cauſarum ad curationis indicationem conducere. ſed ad affectus aliquando agnitionem fatentes videlicet externam cauſam ijs qui empirice quiduis curant: vnam eſſe partem totius cõcurſus. idq; ſiue ij ratione reliqua curant: ſiue omnia empirice. In his autem quæ deinceps ſcribentur, non erit neceſſe hoc adſcribere. Rurſus igitur ad propoſitum redeamus, indubitatũ illud principiũ præſumentes, quo etiam in præcedentibus ſumus vſi. vbi diximus quod finem quo medicus tendat, indicet id eſſe affectum qui curari deſyderet. Ex hoc vero & reliqua omnia ſumi. Quod vero cũ hoc nulla externæ cauſæ ſocietas ſit: ex ipſis maxime vlceribus a quibus ſermo eſt ortus, intellegas. Finge enim ex eo quod in partem aliquam procubuerit natum vlcus eſſe. Quod ſi ſit: ex vitioſis prouenire ſuccis manifeſtum eſt. Ita enim in morbis facere natura ſolet, cum corpus expurgat: omne excrementũ ad cutim trudit. Atq; hanc quidẽ vlcerari, totum vero corpus purgari accidit. Quænã igitur eſt eiuſmodi vlcerum ſanatio? Nempe quæ reliquorum omniũ quib9 nullus affectus malignus, quod cacoethes græce vocant eſt adiunctus. Verũ ſi hoc ſic ſe habet: manifeſtum eſt, nullam eſſe ad curationem a cauſa quæ vlcus excitauit, indicationẽ. At qui ſi vitioſus ſuccus remaneret: omnino aliqua ab hac quoq; indicatio ſumeretur. Et alioqui abſurdũ ſit, ſi curationem poſtulet: quod amplius non ſit. aut ſi curationem indicet: quod nullius indigeat. Quare dicere indicationem curationis ab externa cauſa ſumi: omni modo eſt abſurdum. Quoniam ergo non ab hac, perſpicuũ eſt: ab ea quæ præſens eſt indicationẽ fore. At qualis tandem ea eſt indicatio? Nempe ei qui exacte loquetur, quæ ad prouidentiam pertinet. prophilacticen græci vocant, qui abuti vocabulo volet, medicinalis. Quãdoquidem ipſorum vlcerum, ſiue tantũ vlce-

Curatio vlceris cuius medicinæ partis proprie ſit.

ra ſint: ſiue etiam cum cauitate: ſi quis diligenter æſtimet: ex fugiēdis
proſpiciēdiſq; ijs quæ nature officient ſanatio perficitur. Et in ſumma
in quibus quod efficitur, naturæ ipſius opus eſt. veluti vlceris gluti-
natio & impletio: in his ad eam quæ prouidet artis partē, omnis per-

Proſpectricis medicinæ duplex genus.

tinet cura. Cæterum ſanatio vulgo dicitur. Ideoq; etiā huius quæ ꝓ-
uidet partis in altero genere conſtitutum eſt, quod morboſum affectū
iam præſentem ſūmouet: in altero, quod eum qui nō dum vrget, pro-
hibet. Itaq; hic quoq; iuniores medici de nominibus cōtendere ſe nō

Duas eſſe functionū medici primas differētias.

intellegunt. Par autem erat, ſi de reb⁹ ſtudioſi eſſent, illud inueniſſe:
duas eſſe functionū medici primas differentias. Aut enim eos qui nūc
vrgent affectus, ijs quæ moliuntur curant: aut eos qui non ſunt, fieri
prohibent. Ergo præſentes iam affectus tollere, ſiue a mouendis ijs.
quæ naturæ opus impediunt id fiat: ſiue per medicamēta quid ipſi mo

Curare, qd.
Proſpicere, quid.

liamur: omnes profecto homines curare dicunt. Cauere autē ne acci-
dant: proſpicere. Et ſane ea quæ ſuccorum vitio ſunt exulcerata: curāt
ij qui ratione ac methodo artem adminiſtrant. ſimul illos purgantes:
ſimul ea quæ naturæ opus impediunt auferentes. Quorum vtraq; qui
exacte loquit, prophilactica vocat. Vetant nāq; (vt in proximo oſtē-
ſum eſt libro) omnia talia aut ſordem vlceri: aut humiditatem nimiā
vitioſam ve innaſci. Non eſt igitur de nominibus miſere cōtendēdū.
ſed methodus potius aliqua ſanandorum vlcerum tradenda. qualem

In theſſalū de vlcerib⁹ quæ cacoęthe vocant, multa.

arbitror ipſe tum in proximo libro: tum in hoc præcipio. Ego nanq;
vel ſtupiditatem Theſſali demiror. ita de vlcerum quæ cacoethe dicū
tur curatione ſcribentis. Sunt autem perq̄ neceſſariæ & cōmunitates
vlcerum diuturnorum, ac non ſaneſcentium aut poſt cicatricem indu
ctam, redeuntium. Ad hoc vt in ijs quæ non coaleſcunt quidem, ęſti-
metur quid ſit quod prohibeat, idq; tollatur. in ijs vero quæ poſt cica
tricem inductam renouātur, vt cicatricem tenere cogas. roborans ſci
licet (ſic enim τὸ μετασυγκρίνειν vertimus) vel patientem particulam:
vel etiam cōmuniter totum corpus, atq; ne facile patiatur, id præpa-
rans. per ea quæ hæc faciant præſidia. Atq; hæc quidem Theſſalus cū
in principio ſtatim libri de chirurgia propoſuiſſet: poſtea de ijs ip-
ſis latius ad hunc modū ſcripſit. Diuturna vlcera & quæ nō ſaneſcūt,
aut quæ ad cicatricem perducta denuo reuertūtur: hæc indicant. Quæ
quidem ad cicatricem non perueniunt, vt quæ coitionem fieri vetant
auferas, ac locū affectum noues. Poſtq̄ ſimile recenti vulneri feceris:
rurſus vt cruentum ſanes. Quod ſi non proceſſerit: vt phlegmonē mi
tiges, & reliquam diligentiam adhibeas. Quæ vero ad cicatricem ve
niunt, & rurſus ſe aperiunt in acceſſionibus quidem, & exulceratio-
nibus: vt ſimili modo cures ijs quæ recens phlegmone vrget. tum ex

ijs quæ mitigare ſolent, ſuper cataplaſma inducas. idq; donec deferueat ira. vbi deferbuit adiuues ad cicatricem inducẽdam. poſt hæc vt partes circumpoſitas late complexus malagmate quod ex ſinapi ſit compoſitum rubere facias, aut alio quopiã quod mutare poſſit. ac vt minus malo pateant efficere. Quod ſi ita non ceſſent: etiam totius cõmuniter corporis curam habeas. ipſum per varias exercitationes, & geſtationes, & vociferationes, adhibitis ſcilicet earũ rerum peritis, roborans etiam victus ratione gradatim tum aucta: tũ diminuta. principio a vomitiõe per radiculas facto. Vteris etiã albo veratro, alijſq; omnibus quibus vtimur in ijs, qui diuturni ægreq; ſummoti morbi victus ratione ſubijciuntur. Atq; hec quidem eſt Theſſali dictio. Operepræcium vero eſt æſtimare hominis vel ſtuporem: vel audaciam. vtiq; ſi recte ſe dicere ſibi perſuaſit: ſtuporem. ſin conſcius ſibi nihil dicere, imponere legentibus ſperat: audaciam. Ex diuturnis vlcerib[9] quænam eſt o Theſſale curatiõis indicatio? Ego ſane neq; ex his: neq; ex recentibus nec omnino a tempore in vllo morbo curationem vnq̃ inueni. ſed ex ipſo quẽ ſanãdum mihi propoſui affectu. Prorſus enim ſi tempus ſpectabitur, tanq̃ ab eo indicatio ſumatur: alteram omnino ſecundus: alteram tertius dies indicationem dabit. Ad eundem modũ et quartus alterã a quinto. & ab his omnibus ſextus. & a reliquis ſinguli qui poſt iſtos. Sic affectus quos curamus, nõ vltra nobis ad cõſyderationem proponentur. nec ab his indicatio ſumetur. quo tamen ne cogitari quidem magis alienum a ratione poteſt. Quomodo ergo neceſſariæ ſunt diuturnorum vlcerum cõmunitates. vbi nihil indicare tempus ipſum per ſe poteſt? Non enim profecto vbi a malis ſuccis vlcus eroditur: diuerſam ex eo poſt quatuor menſes indicationem ſumemus: ab ea quam ſtatim ab initio ſumpſimus. Ego ſane nec ſinerem quidem eiuſmodi vlcus diuturnum eſſe. ſed protin[9] in principio cauſam eius adimerem. Nam & noſſe affectum a principio plerũq; licet: et indicationẽ ab affectu ſumi eſt neceſſe. Tempus vero quid ampli[9]: q̃ dierum numerus docere poſſit, non hercle poſſum conijcere. niſi id voluit Theſſalus ad eiuſmodi vlcera noſcenda tẽpus omnino eſſe manendum. Verum ſic primum idiota prorſus ſit. ſi videlicet fatetur nõ prius agnoſcere ſe affectũ: q̃ vlcus inueterauerit. Deinde illud quoq; aperte fateatur oportet, ex alio ſuggeri ſanationis indicationem: ex alijs preberi affectus noticiam. Nam eſto conferat aliquid tempus ad agnitionẽ. certe indicatio curationis a tempore nõ ſumitur. Quid enim ad rem pertineat, ſi quod vlcus inueterauit: adimere quæ coitionem impediant, & nouare locum qui affligitur? Nam ſi ꝓpter fluxionem malignam, quã cacoethe dicunt vir inepte vlceris labra hoc vel

Nec a diuturnitate nec a recentia nec omnino a tpe indicatiõẽ vllã eſſe.

illo modo ſunt affecta: quid cōmodi erit ſi ea excideris, anteq̃ fluxioni ſiſtendæ cōſulueris? Videlicet vlcus latius efficies, veluti nōnulli faciunt eorum qui ſimiliter vt tu vlcera curant. Siquidem cauſa, quæ ea & dura & calloſa prius reddidit adhuc manēte: nihil aliud ex his excidendis accedet: q̃ vlceris amplicatio. Quippe illa ipſa quæ excideris, perinde & dura: & calloſa rurſus erunt: atq; ea quæ prius. Quã q̃ ne idipſum quidem adiecit prudens ſcilicet Theſſalus, calloſa, & dura, & decolorata, exulceratæ partis excidēda eſſe. ſed abſoluto ſermone abſcindi quæ coitionē morantur iubet, ac nouari. Ac ſi quidem ſummouere cauſas quæ glutinationem morantur ſuaderet: & vetus ea ratio eſſet: nec ipſe eum accuſarē. Præcipitur enim ab omnibus fere antiquis medicis quicũq; ratione quadam, ac methodo de vlcerũ curatione ſcripſerunt: cauſas quæ illa creant abſcindēdas eſſe. æque profecto, vt cæterorum omniũ morborum. Non enim arbitror in vlcerib⁹ manēte adhuc cauſa, quæ ea excitauit: hãc prius tolli expedit. In alijs morbis non expedit. ſed omnino in omnibus in quibus effectrix cauſa ad huc manet: ab hac inchoanda curatio eſt. Quod ſi quæ coitionē impediunt, non dixit de omnibus cauſis quæ eam impedire poſſunt. ſed de labris tantum, veluti ex ijs quæ ſubiecit, oſtendit. plus certe neſcire: q̃ ſcire eorum quæ ad vlceris curationē ſpectãt videtur. Quippe fieri aliquando poteſt, vt & hæc cauſa ſola ſit, quo minus ſaneſcat vlcus. poteſt etiam (vt dictum eſt) cauſa eſſe & quæ citra tumorem præter naturam ſit in exulceratis partibus intemperies: & quæ cũ tumore quidem coniuncta ſit. non tamē qui omnino ſibi labra excidi deſyderet. poteſt & varix ſuperiacens, vel lienis auctior. vel in iocinore vitium aliquod. præterq; hæc oīa imbecillitas ægræ partis. quæ ipſa quoq; intenſa quædam eſt intemperies. Quinetiã vitioſus in toto corpore ſuccus. cacochymian vocant. maxima ſcilicet cauſarum quæ incōmodare vlceribus poſſunt. Vexat ſane non minus vlcera & ſuccorum æqualiter ſe habentiũ, exuperantia, quã plethoran vocant. Horum quodq; ſi adimi theſſalus iubet: laudo hominē, ceu veterib⁹ ſubſcribentem. ſin labra tantum: vnum nouit ex multis. ſed quod nec opiliones lateat. Quippe ſi opilio vlceris labra, dura, & calloſa, & liuida, & nigra, & alio quopiam notabili coloris vitio videat: prorſus ea excidere non dubitabit. Eſt enim excidere res promptiſſima. Maius vero quippiam atq; artis egens medicamētis ſanare. Theſſalus autē, nec quæ labra molliri medicamentis poſſunt, vnq̃ nouit: (Quippe fatentur eum penitus hãc artis partem declinaſſe. ita vtiq; vt ipſe quoq; indicat.) nec omnino experientiam rationalemve ſcientiam de vllo medicamēto viſus eſt habere. quod ipſum quoq; ex libro eius de me-

Variæ cauſæ propter quas nō ſaneſcat vlc⁹.

Cacochymia.

Plethora.

dicamentis oſtenditur. Verum de ijs quæ ibi non recte ab eo ſunt prodita, in progreſſu operis dicemus. Nunc de diuturnorũ vlcerum ſanatione, quam in prius poſita dictione tradidit paramus, diſſerere. Sane melius fuerat non diuturna. ſed cacoethe ea vocaſſe. tum naturã eorum narraſſe. & cauſas generationis eorum expoſuiſſe, curationẽq; cuiuſq;. Primũ quidem cõmunẽ omnium quatenus vlcera ſunt. qualem in tertio libro deſcripſi. deinde priuatam cuiuſq; pro efficientis cauſæ ſpecie. veluti in hoc libro docui. Hic cum nihil horum fecerit, & nouandum vlceratum locum cenſet: & vbi inſtar recentis vulneris fecerit: vt cruenta ſanandum. Hoc ſane quis in operibus artis exercitatus non euidentiſſime intellegat ab eo eſſe ſcriptum: qui nũq̃ vlcus curauit? Sanare ne vlcus diuturnum vt cruentum quiſq̃ poteſt, vbi id ſimile recẽti vulneri fecerit? vtrum ne labris eius fibula adductis: an ſutura coniunctis. an potius horum nullo. ſed medicamẽto quod cruentis ſit aptum, & cum hoc ſola deligatura fretus? Quis eſt qui nõ norit vlcus cacoethes: ſtatim etiam cauum eſſe. vtpote ex roſione natũ? Nunquid igitur inſulſe Theſſale fieri poteſt, vt coaleſcat cauũ vlcus, priuſq̃ cauitas carne ſit impleta? an non eſt hoc vt cruentum ſanare? Ergo ipſe tu fruſtra cauorum vlcerum curandorum indicationem nõ eſſe glutinationẽ: ſed impletionem ſcripſiſti. Quod ſi etiam non eſſet ex ſe cauum omne vlcus contumax: certe dum vt tu præcipis, exciſis videlicet labris vt cruentũ efficitur: ex neceſſitate cauũ fit. maximãq; conquirit labrorum diſtantiã. Adeo vt nõ videam quomodo id glutines, & coire vt cruentũ facias. Nam ſi adducere violenter labra quæ plurimũ diſtant tentabis: phlegmonen neceſſario accerſent. nec coaleſcent. id quod tantũ intelligere mihi Theſſalus videtur. Subdit ẽm.
„ Si non fuerint victa vt phlegmonen mitiges. Satius vero fuerat ſcribere cum non vincentur: vt phlegmonẽ mitiges. Nam neceſſe eſt nõ eſſe vincenda. Verum vt hoc quoq; Theſſalo donetur, atq; id tranſeamus, nec anxie examinemus: illud cuius apertum eſt, quod a communitate, quã ipſemet tradidit, prorſus receſſit. Quippe ſi quod obſtat auferemus: nihil amplius de cõmunitate diuturnorum vlcerum, qua diuturna ſunt ſumem[9]. Sed detur hoc quoq;. videamus quæ ſequunt̃.
„ Scribit enim ad hunc modum. Quæ ad cicatricem veniunt & rurſus
„ ſe aperiũt: hæc in acceſſione, & vlceratione ſimiliter curabis: ijs quæ
„ recenter vexata phlegmone ſunt. Poſt hæc ſubdit. Malagmate quod ex ſinapis ſemine fit, circumpoſitis partibus ruborem excitandum. Quid ais inſane, etiam ſi acre & calidũ ſit quod influit, rubrifieri particulam ex ſinapis ſemine oportet? vt quod in multo tempore contrahere ex fluxione debebat: id ſtatim ex tuo medicamẽto optineat, tota

Quæ veteres rubrifaciendo curabant.

videlicet vlcerata atq; eroſa? Nam veteres eas partiũ imbecillitates, quæ vel ex frigore: vel plurimo humore citra manifeſtum calorem acciderant: rubrifaciendo curabant. Tu rubrificatione in omnib⁹ deinceps vteris. primũ nullo facto diſcrimine, propter ne partis imbecillitatem: an propter fluxionis maliciam, nõ ſanetur vlcus. Deinde ordinem inuertis. Nam cum ſinapi particulam vſſeris, nec quicq̃ profeceris: tum ad corporis totius curationem accedis. Cum contra (vt arbitror) tum ratione: tum experimẽto de ijs ſit ſtatutum. vt toto prius corpore a ſuperuacuis liberato, tum calidum aliquod, acreq; medicamentum parti admouere ſit audendum. Quippe eiuſmodi medicamẽta omnia cucurbitæ ritu ad ſe trahere a toto corpore ſũt habilia. Itaq; niſi id prius vacuaueris, materiem fluxionis acri medicamento relinques. Hoc enim tum empirici fatentur: tũ dogmatici. hoc philoſophorum optimi ſenſerunt. (Nam cum eorum meminit Theſſalus: nõ alienum ſit eos citare teſtes) quod oculum recte ſanare ante totum caput non licet. Neq; hoc ante totũ corpus. ſic Ariſtoteles ac plato de morborũ curatione ſenſerũt. Sane & Hippocrates, & Diocles, & Praxagoras, & Pliſtonicus, & veteres vniuerſi. Theſſalus vero ſolus non ſic. ſed primũ ad compoſitionem ex ſinapi venit. poſt de toto corpore ſollicitus eſt. ne hic quidem prudenter quicq̃ docens. Nam cum liceat corpore medicamento quod purget ſemel vacuato, mox ſalubri victu reficere: hic vociferationũ meminit, exercitationũq;, & geſtationum, et victus certo ambitu mutati, tum vomitionis, ex radicula. mox ſummam his imponit. ipſum veratrum. Idem ſcilicet qui ſine vllo magno negocio omnia ſanare promiſit. Ego vero ne intelligere quidem poſſum. quomodo quiſq̃, aut deterius: aut maiore tẽporis diſpendio, aut inani magis opera ſanauerit. Age igitur ſicut vſu nõ nunq̃ vidimus: ſic verbis quoq; hominẽ fingam⁹, cui ſanari vlcus cõtumax ſit opus. Eſto aliquis qui quidem ſit ſanus: ſed ex ſcabenda de repente quapiã particula, veluti brachio: puſtulam ſtatim excitarit mox eadem ipſa particula iterũ atq; iterum pruritu vexetur. puſtulaq; dirupta, vlcus decolor, inæqualiter eroſum gignatur, atq; hæc in tribus, quatuor ve diebus a principio inciderint. Dicat mihi hoc loco quiſpiam ex medicis qui Theſſalũ imitantur, quonã pacto ſanare eiuſmodi vlcus cõueniat. Ego nanq; cacoethes omnino id dico, & ob id qualis ſit totius corporis affectus, ſtatim conſyderabo. Inueniam nanq; tum ex vlceris ipſius ſymptomatis: tum ex notis quas totũ corpus præ ſe feret, cuius maxime generis ſit is qui redundat ſuccus. Atq; hũc medicamẽto protinus educã. nec protraham dum totus hominis cubitus affectũ quẽdam contumacẽ rebelleq; curationi contrahat. At Theſſali ſecta-

Cacoethus ab initio curatio.

tores ipſius videlicet præcepta ſeruãtes: primũ expectabũt, dum vlcus inueteratũ fit. quo in mirificã illã inueteratorũ vlcerũ cõmunitatẽ recidat. Quaſi nõ longe melius eſſet cõtumaciũ vlcerũ, nõ autẽ inueteratorũ cõmunitatẽ, quæ curationẽ indicaret, tradere. Mox duorũ alterũ aut excident, & ceu recens vulnus reddent, ac veluti ad glutinãdum partes eius adducent: aut primũ quod ex ſinapi conficitur medicamento, vtentur. Quo nõ proficiente, ad ſublatas voces, & geſtationes, & reliquas exercitationes, & victum per circuitus mutandũ confugient. ab ijs vomitionẽ ex radicula mouebũt. Quod ſi his vlcus nõ ſanabitur: veratrũ dabunt. Sin nec id profecerit: hominẽ in libyã ablegabunt. Nã id quoq; adijcere debuit Theſſalus, poſt eximiã illã cõtumaciũ vlcerũ curationem. Quippe in vociferationibus, geſtationibus, & alijs eiuſmodi immorantur, quaſi malũ habitum corporis quã cachexiam græci vocant, nõ vitiũ humorum quã cacochymiã dicũt, curet. Et quid miri, ſi tum fatentur ſe vlcus cacoethes ſtatim vt eſt natum non noſſe: tum vero dum ſit inueteratũ, ac ſæpe cicatricem ducat: ſæpe ſe aperiat manebunt: anteq̃ quid facto opus ſit intellegant. vbi etiam eos qui quoquomodo febricitent, acceſſionẽ quæ tertio die futura, nõ futura ve eſt, tranſire cenſent. Adeo videlicet ad vnguẽ contemplationẽ de criſi ꝑnouerunt. aut ſummũ morbi incrementum futurum proſpicere poſſunt. Quid igitur ſæpe accidit? Nẽpe tabeſcere in lectulis horũ culpa homines, q̃ ſtati ſecũdo die explicari potuiſſent. Quippe nõ ſemel nos, aut bis ter ve: ſed ſexcenties, tũ ipſi multos febricitãtes, ſimul vt prima acceſſio deſijt lauimus: tũ præceptores noſtros id ipſum facere vidimus. intrepideq; de cætero victitare ꝑmiſimus. ceu poſt febri carituros. quos ſapiẽs ſcilicet Theſſalus q̃ primã diatriton. i. tridui mediã excogitauit: prorſus arefeciſſet, totis (puto) trib⁹ dieb⁹ fame cõfectos. mox dein (arbitror) modice ſcilicet ĩ quarto die nutriuiſſet. ab hoc paulatĩ reficiẽs: vix ſexto aut ſeptimo, ad cõſueta munia qui ſemel febricitaſſent, dimiſiſſet. Adeo ſemꝑ homines ĩ morbis tabefaciunt. a quib⁹ vtiq; facile poſſent liberari. Nam cũ paucisſimis dieb⁹ ſanari vlcus cõtumax incipiẽs poſſet: Theſſalus id in annũ, aut etiã longius tẽpus, incurrere ſinit. Manere nãq; dum id cicatricẽ ſæpe inducat: ſæpe etiã ſe reſoluat, vt ſcias an contumax ſit, mox vbi curationẽ incœperis, ne tũc quidẽ corpus ſtatim purgare, ſed primũ medicamẽto ex ſinapi, dein geſtatione, & vociferatione, & certo victu, poſt radicula, ab his veratro vti: hæc quid aliud: q̃ annũ expectantis ſunt? An per deum immortalem cum ſex diebus, aut plurimũ ſeptem: poſſet homo curari: multos menſes trahemus. quo videlicet primũ an cacoethes vlcus ſit ſciamus, dein curationẽ inchoabimus ẽ

Et quæ demũ neceſſitas erat propriam inueteratorum vlcerum cõmunitatem tradendi. præſertim cũ nihil ad curationẽ conducat licueritq́ non inueteratorũ: ſed contumacium, nec horũ me hercle cõmunitatẽ indicatricem, ſed curationẽ ſcriberet? Quippe accidit quibuſdam tum vlceribus: tum morbis, vt contumaces rebelleſq́ ad curandũ ſint, nec tamẽ inde curationis indicatio ſumitur. ſed affectus ipſe primã curationis indicationẽ ſuggerit. Ex ea vero, & quæ ſunt agẽda inueniunt. ad eũ modum quẽ ipſe tradidi. Quare hoc eſt methodo curare quod nos facimus. veteres imitantes. ſi modo methodum eſſe oportet vnam quãdam vniuerſalem viam, quæ omniũ particulariũ ſit cõmunis. Hic vero etiã in hoc fallitur. putatq́ quicquid omnino in ijs habetur, qui methodo aliquid faciũt, ipſam methodum eſſe. Nã noticiam certe habeat oportet, tum ſimilis: tum diſſimilis, qui methodo quiduis molit. non tamẽ ipſum hoc methodus eſt. ſimilis ſcilicet diſſimiliſq́ noticia. Neq́ hoc Ariſtoteles, Plato ve affirmat: quos falſo Theſſalus citare audet. Verum hæc ad præſens refellere non attinet. Quare rurſus ad medendi methodum reuertor. promittoq́ oſtẽſurum me tum vnũ eſſe eius in omnibus curationibus principium: tum viam quæ ab eo principio ad finẽ vſq́ ducit, in omnibus particularibus ſimilẽ eſſe. Quare & ſi in ſingulis morbis priuata quædã methodus ſanandi videtur: cõmune tamẽ in omnibus genus vnũ eſt. Auſpicari nãq́ perpetuo oportet ab indicatione quæ ab affectu, cui mederi paramus, accipit. Aeſtimare vero, ac diſcernere, an cauſa quæ affectum excitauit: iã deſierit. an nunc quoq́ ipſum tum augeat: tum faciat. Dein ſi deſijt: ad eam quæ in tertio huius operis libro traditur methodum eſt veniendum. Sin adhuc facit: ad eam quæ hic docetur. Quippe eadem hac methodo, tum phlegmones: tum febris, tum omnium vno verbo morborum remedia inuenias. Vtiq́ ſi nihil etiamnũ ſit: de præcedentibus cauſis nõ laborans. ſed ab ipſo tantum affectu ordiens. Sin nunc quoq́ aliquid ſit: duos tibi curationis fines proponens tum alia deinceps, vt dictum eſt faciens. Sed enim mirari ſtupiditatẽ eorum qui Theſſalum ſequũtur, eſt operepræcium. Nõ vtiq́ quod in talibus delinquũt: ſed quod dyſpathias, & metaſyncriſis, & ĩbecillitates, & firmitudines, & alia id genus nomina non pauca proferentes. quæ per ea ſignificentur ne nunc quidem ſi interroges reſpondere poſſunt. Nam quid ſit quod in omnibus diuturnis vlceribus græce dicunt metaſyncrinein ten exin nec ſimiliter inter ſe oẽs: nec clare, nec vt prudentes reſpondent. Atqui ſi vel antiquum nomen eſſet: vel ab vllo græcorum vſurpatum: ex ijs fortaſſis quæ illi ſcriberent, intelligi poſſet, de quo id negocio dicerent. Nunc quoniam ſtupiditatis ipſorum proprium eſt, vtiq́ ex

Methodus quid.

Promiſſio galeni.

Reuertit̃ ad ꝓpoſitũ

Methodi curãdi formula generalis.

In theſſalios.

Aſclepiadis Hypotheſi natũ, ſicut & reliqua eorũ placita: æquũ profecto eſt ipſi ſua ſomnia intrepretent̃. Vnde ſcilicet qđ græce dicitur συγκρίνεσθαι τὰ σώματα καὶ διακρίνεσθαι quaſi miſceri ſecerniq́ȝ corpora dicas. ſolis ijs qui corpuſcula, & meatus, aut indiuidua, & vacuum, aut deniq́ȝ ĩpatibilia, & ĩnalterabilia, prima elemẽta ſtatuũt: liceat vſurpare. Sicut certe vſurpant, & aſſidue ipſis nominib⁹ vtunt̃. Quinetiã ipſe Theſſalus in canone cũ hæc principia cõfirmat, nouat quidẽ aliquid ibi quoq́ȝ præter ea quæ a Themiſone, & Aſclepiade ſunt poſita. ceterũ qđ ſentit, docet ſane nõ obſcure. Nõ enim prorſus ſicut Aſclepiades cũ in ſymmetria quadã. i. cõpetentia exiguorũ meatuũ ſanitatem, in ametria. i. incõueniẽtia morbũ cõſtitueret, reditũ ad priſcam meatuũ ſymmetriã ſanationẽ putauit: ita Theſſalus quoq́ȝ eſt arbitratus, ſed totũ exiguorũ meatuũ ſtatum cenſet ĩmutandum. Atq́ȝ ex hac opinione proceſſit metaſyncriſeos nomẽ idẽ plane indicans poteſtate, quod græce metaporopoeeſis. i. exiguorũ ſtatus mutatio. Cæterũ nõ decebat ipſum in quib⁹ fugere ab incertis obſcuriſq́ȝ iubet, & tantum ijs cõmunitatibus, quæ euidenter apparent animũ intendere: in his quoq́ȝ dogmaticorum vti nominibus. At noli inquiunt ſectatores eius cũ his vtitur: dogmatice eum audire. ſed aphelωs. i. ſimpliciter. Nã ita ferre ſuppetias ex ſectatoribus eius quidã ſolent. videlicet ad aliud rurſus nomẽ nos reuocantes. Nẽpe aphelian quã nos ſimplicitatẽ vertimus, quã ne ipſam quidẽ quid ſignificet ipſe ſane intelligere poſſum. Si eñ ſicuti ipſi hoc quoq́ȝ rurſus exponunt, ad aliud ſcilicet magis friuolũ nomẽ nos remittẽtes. nempe græce viωticωs, qđ ipſum rurſus exponẽtes: ſignificari p id dicũt, idẽ qđ vulgo hominũ ſimiliter: vtiq́ȝ tantũdẽ fuerit aphelωs ei qđ nõ definite, nec exacte, ſed ſine omni tũ arte: tũ ſciẽtia. ſiquidẽ loquũtur homines q magis ſunt ad loquẽdũ præcipites artiũ noĩa, ſub ſenſib⁹ quibuſdã, q nullo fundamẽto nitãtur? Rogati vero qd ſignificent, oſtẽdere clare nõ poſſunt. Qđ ſi hoc Theſſalij iſti accidere ſibi fatẽtur: loq ſe quæpiã nec intelligere ſe exacte quæ loquant̃: id ip̃m ꝓfecto fatent̃, qđ nos illis obijcimus. Nã metaſyncriſis illa, ſiquidẽ de ĩmutãda poropoeia. i. exiguorũ meatuũ ſtatu, dicat̃: certe intellectus aliqd habuerit ſignificaueritq́ȝ rẽ aliquã. cæterũ friuolã multis modis. Nã nec ex corpuſculis, & meatib⁹ corpora noſtra cõſtant: nec ſi hoc verũ eſſet, poſſet tamẽ aliquis docere, qua ratione ſinapi meatuum illorum ſtatum ĩmutaret. Nec ſi id quoq́ȝ oſtendere aliquis poſſet: conſentiens eorum ſectæ eſſet, qui ſe apparẽtibus communitatibus contentos eſſe dicunt. Ne igitur vtantur hoc nomine, nec nobis negocia faceſſant. Licet enim & ſine metaſyncriſeos nomine, diuturnorum vlcerum curationem alijs verbis dicere.

Methaſyncriſis. Metaporopoeeſis.

ſicut empirici faciunt. Quod autē & in atonias .i. imbecillitatis vocabulo ſimili modo nugentur: mōſtratum prius eſt in ſecundo libro. Si enim ſicut empirici, nomē vſurpant: aliud prorſus nō ſignificant: q̄ qđ actio nō ſeruatur. Sin autē facultates aliquas gubernare animal ꝓponunt, quales tum nos aſſerimus: tum oēs fere veteres: præter id quod Aſclepiadis dogmatis cōtradicunt: etiam incerta & de quibus parum inter authores cōueniat, attingunt. quāuis ea fugere iubeant. Sed dic theſſale clare quid ſibi velit illud μετασυγκρίνειν? Si nāq; exiguos meatus mutare: & falleris, & quæ incerta ſunt vſurpas. Si firmari ſanāq; reddi corporis particulam, vel hominē totū: nihil hic præter nomen plus: q̄ empirici doces. Quippe ſciunt hi quoq; remedijs quibuſdam admotis reddi hominē ſanum. Cæterū qua ratione remedia id faciāt, vtiq; neſciunt. Neq; enim an exiguos meatus mutet medicamēti facultas: neq; an ſymmetrian efficiat, neq; an totū patientis particulæ qualitatem alteret, poteſt empiricorū quiſpiā dicere. Atq; illi ſaltem ſunt modeſti. vt qui vnum ſe ſolum ſcire dicant. huic ſcilicet morbo in hoc tempore ſi medicamentū ex ſinapi adhibeatur: ſæpe notaſſe ſe vtilita tem ſecutam. Non tamē methodos loquuntur. nec ſuperciliū attollūt. nec tali ſibi noticia placent. nec antiquis maledicunt. nec Hippocratem pro nihilo habent. imo vero ipſum laudant. fereq; omnia vere di xiſſe affirmant. Hic vero Theſſalus qui tum hunc: tū reliquos omnes medicos contemnit: empirica cōtumacis vlceris præcepta ſe ſcribere nō intelligit. Quāq̄ ſi vel hoc cōmode faceret: vtiq; aliquid operepræ cium faceret. Atqui ne id quidē feciſſe videtur. cum ordinē remediorū inuertat: & prius partis remedijs vtatur: q̄ totum corpus præparauerit. Nam hoc inſignis iuſticiæ argumentum eſt. cum in vno eo fere omnibus medicis cōueniat: quāuis in plurimis diſſentiāt: quod totū corpus vacuū, purūq; ab excrementis ante ſit reddendum: q̄ vlla pars valentibus remedijs ſit ſubijcienda. Nam ſiue experiētia iudicare quis velit: ſiue etiam ratione (Tertiū enim quo iudicet, neq; in alia quapiā arte: neq; in vlla vitæ parte quiſq̄ habet) maximū eſſe icōmodum deprehēdet, cū toto corpore ſuā curā requirente, priuſq̄ illi ſit ꝓſpectū: afflictæ parti acre aliqđ, & calidū medicamētū ſit admotū. Trahit enī ad ſe cucurbitæ more ex toto corpore ſupuacua, atq; ita in graui parte affigit: vt ægre auelli poſſint. Quo magis operepręciū eſt Theſſalios iſtos percōtari. vndenā Theſſalo in mētē venerit de cōtumaciū vlcerū curatione talia nugari. Cū nec ēpiricus quiſq̄ āte: nec rationalis ita ſcripſerit. ſed nec ip̄e Theſſalus: nec ei⁹ ſequaciū quiſq̄ eiuſmodi reme diorum ordinē, aut cum experientia conſentire: aut cum ratione affirmare auſit. Adde qđ nec docere poſſunt quomodo tēpus indicet, non

In quo oibus medicis conuenerit.

autē affectus. Sed neq; (quod hoc maius eſt) quomodo Theſſalus, qui æſtimandū cenſet, quid ſit qđ cicatricē vlcerū moreẽ atq; id tollendū: non prorſus ſit ſtupidus. Simul cū hoc tantū ſatis eſſe nō videat, diuturnitatē autē vlcerū nihil eſſe ad rē: ſimul cū non in vlceribus modo: verū etiam reliquis morbis omnibus id eſſe faciēdum, veluti veteres monent: non aduertit. Verū ad hæc nobis nihil reſpondent. ſed ſemp nō recte intelligere nos dictantes. tanq̃ videlicet ipſi vel Hippocratis: vel veterum cuiuſq̃ ſententiā ad vnguē intelligerent; recte theſſalum dixiſſe affirmant, diuturnorū vlcerū vnā quādam cōmunitatem eſſe. Ita enim Hippocratē quoq; ſenſiſſe in libro de vlcerib⁹, cum ita ſcribat. Etiā ab inueteratis vlcerib⁹ id agere. vt ſanguis crebro effluat: cōducit. quomodocūq; videẽ opportunū eſſe. Fortaſſis ergo ad rē pertineat, tametſi nō prædixerim, me de Hippocratis mēte hoc loco diſſerturū: vel ſummatim aliquid de ea perſtringere. fuerit vero quod dicemus nō minus & priſcorū ſenſus interpretatio. Hos nāq; viros ceu nullius adhuc dogmatū ſectæ addictos, ſed pura, & ſimplici mēte ſtudentes: vtile quippiā ad ſanitatē inuenire credibile ſane eſt. quædā vſu: quædā inueniſſe ratione. tū ſcripſiſſe quæ inuenerant. ſubinde nō adhibita inuētionis ſuæ ratione: aliquādo vero & adhibita. atq; id feciſſe ipſius legentiū vtilitatis cauſa. Quippe vbi ad dextrū inuentorū vſum conducturū poſteris ſperabant, ſi rationē inuētionis nouiſſent: tum eā diligenter ꝓdiderunt. vbi ſecus & ſuperuacuā relatu putarunt: et propterea omiſerunt. Nam quod ſermonis cōpendiū priſci imprimis coluerūt: id oēs, vel me tacēte iā norunt. atq; ob hāc maxime cauſam nō Hippocrates modo: verū etiā reliqui priſcorū medio interim trāſgreſſo, primo tertiū adnectunt. Si em̄ primū ſecundi ſit ſignū. atq; hoc tertiū ex neceſſitate ſequiẽ: ita tertium primo ſubijciunt. ſecūdum prætereuntes. Oſtendi vero perſæpe tū reliquos antiquos: tum vero maxime omnium Hippocratē talia ſcripſiſſe. debetq; qui callere priſcorum interpretandi genus volet, in illis exercitari. Nunc vero ipſum quod propoſitū eſt tantū exponā. Nam quæ vlcera oibus rite decenterq; factis, tamē nō ſanantur: ea medici græce cacoethe nos maligna, contumacia, rebellia ve dicimus. Quæ vero ſit vlcerum vt vlcera ſunt curatio: in libro qui hūc præcedit definitū eſt. Hæc igitur vlcera & cacoethe: & inueterata, & diuturna vocant. indifferenter his nominibus vtentes. Quinetiam ad noſcendum quod affectus ipſe cacoethes, .i. contumax ad ſanandum ſit vna cū alijs notis: etiam id aliquam portionē habet. non tamē aut ipſa diuturnitas: aut quod diuturna & vocētur: & ſint, idoneā curationē indicat. ſed ex hoc quod male affecta ſit vlcerata pars, licet colligere. hoc vero inuento, & curatio-

Hippo.

De hippocratis mēte ex multis eiuſdem locis.

Veteres medio tranſgreſſo, ſæpe tertium primo cōiunxiſſe.

Cacoethe, quæ.

nis ratio conſtabit. Quo inquies modo? Nempe vbi tantũ eæ partes quibus vlcus inſidet, ita ſunt affectæ: ſi has ſanaueris. vbi totum corpus vitioſo aliquo ſucco abundat: ſi hunc vacuaueris. Ac ſignũ quidem vitioſi ſucci eſt ipſa vlceris diuturnitas. inuentio autẽ eius quod expedit, non ex diuturnitate: ſed ex ſucci vitio ſuggeritur. Quare tria hæc deinceps ſe habent: ſignum, affectio, & curatio. Signũ quidẽ ipſa diuturnitas. Affectus, ſucci vitium. Curatio, huius vacuatio. Atq; hac ratione ſubinde veteres inuenias medio prætermiſſo: tertium ſtatim

Hippo. primo ſubijcere. veluti Hippocrates fecit, cũ dixit. Tũ ab iueteratis vlceribꝰ cõfert, vt aſſidue ſãguinẽ effluere facias. vtcũq; id opportunũ videbit̃. Non vtiq; curationẽ indicante vetuſtate ſed ſanguinis vitio. Quippe ipſe mox ſubijcit. Prohibet nãq; maxime quidem eiuſmodi vlcera ſaneſcere. Poſt vero etiam reliqua oĩa putredo ſanguinis, & ſi quid ex ſãguinis trãſmutatiõe eſt ortũ. Quinetiã poſt paulo cũ de vlceribꝰ, quæ ad cicatricẽ nõ veniũt diſſerit. Nec ſi (inquit) quæ vlcus ambiũt nigricẽt, ſanguine putri, aut etiã varice fluxionẽ ſuppeditãte: id genꝰ vlcera coire poſſunt. niſi quæ vlcus ãbiunt, ſana reddas. Poſt etiã de varicũ ſanatiõe ſcribit. Ad hæc etiã purgatiõis meminit totiꝰ

Sphacelos. corporis. tũ i alijs quibuſdã vulneribꝰ: tũ his quibꝰ cariẽ quã ſphacelon vocãt, inſtare eſt metus. Præterea ſerpentibꝰ vlcerũ, &

Eſthiomena. eſthiomenis oĩbus. i. quæ exedũtur. Ita enim græce nominare ſolet ea, quæ humor aliquis erodit. Iã vero in ijs quæ mox ſequuntur, rurſus ad hunc

Hippo. modũ ſubiungit. In quocũq; vlcere eryſipelas ſuperuenerit: purgatio totius corporis adhibẽda eſt. Et in ſũma ſi curioſe librũ de vlceribus reuoluas: iuenies ſẽp eũ ab affectu indicationẽ ſumere. vti vero interi et tẽpore. ſed ad affectũ noſcẽdũ. Quod vero hæc ita ſe habeãt: ex ipo libri ingreſſu agnoſcas, ꝙ talis eſt. Vlcera madefacere quæcũq; ea fue-

Hippo. rint, niſi vino non oportet. Tum cauſam adijciens, ait. Nam ſiccũ ſano vicinius eſt. humidum vero, non ſano. Et mox vlcus enim humidũ eſt. ſanum autem ſiccum. Ideoq; per totũ librũ cum totius vlcerum curationis finem ſiccationẽ ſtatuat: mox particularia inuenit. etiam finis

Hippo. ipſius ſubinde nos cõmonefaciẽs. Cũ eni ita ſcribit. Quodcũq; vlcus

Enhæmon. acuto telo ceſim, percuſſim ve diuiſum eſt: medicamẽtũ quod cruentis ſtatim iponitur (enhæmon græci vocant) ac ſiccans aliquid, qđ ſup-

Hippo. purare vetet, admittit. Fit eni effluẽte ſanguine ſiccius. Et rurſus. Quæcũq; probe & opportune purgata ſemper ad ſiccius promouẽtur: his caro magna ex parte non ſupercreſcit. niſi ſi contuſa ſint. Et rurſus. Si quod coire nequit: huic humecta caro in cauſa eſt. In his oĩbꝰ primæ ſanandorũ vlcerũ indicationis nos admonet. Siqdẽ vlceris q̃ vlcꝰ eſt ſanatio, mediocris ſiccatio eſt. Cuiꝰ rei demõſtratio i libro ꝙ hũc præ

cedit tradita eſt. Verum vlceris quod cum alio affectu cõiunctum eſt: cuius videlicet præcedere curationẽ oportet: eius curatio vt vlceris ſolius, nõ eſt, ſed prior illius affectus, ſecunda vlceris. Nã ſiue phlegmone quæpiam: ſiue nigricia, ſiue ecchymoſis, ſiue eryſipelas, ſiue tumor is qui oedema dicitur, vlceratam carnẽ obſederit: primũ eius molienda curatio eſt. At vero quod vlcus interim, non ſolum nõ cõmode curatur: ſed multo etiam maius redditur: id neminẽ lateat. Nam ſiue contuſa fuerint circumpoſita vlceri loca: ſeu phlegmone, alius ve tumor in his conſtiterit: propria eius affectus ſanatio inuenienda nobis eſt. illud pro certo habentibus, fieri non poſſe, vt vlcus ſanetur, niſi locus in quo conſtitit, prius ſit ſanatus. Ac proinde Hippocrates ipſe redigens nobis in memoriam ea quæ ſtatim in libri initio tradiderat: tum reliqua quæ paulo ante ſunt comprehenſa: tum vero hæc adſcripſit. Quodcũq; vlcus ceſim percuſſim ve acuto telo eſt diuiſum: medicamentum enhæmon & ſiccans aliquod, quod ſuppurare vetet, admittit. Sin caro aliqua telo tum contuſa tum ceſa ſit: huic ita medendum eſt, vt q̃ celerrime ſuppuret. Nam & minus phlegmone vrgebitur: & neceſſe eſt carnes quæ contuſæ ceſæq; ſint putrefactas, & i pus verſas, liquari. poſtea nouã carnem naſci. Indicat enim hoc ſermone manifeſte, ſolos eos vlceratarũ partiũ affectus non eſſe ſiccandos: in quibus gigni q̃ celerrime pus cupimus. vtiq; quod cum aliqua putreſcentia pus fiat obiter docens. Porro omnia quæ putreſiũt, ex calido & humido ſic afficiuntur. Ideoq; etiã ea cataplaſmata, quæ ex ordei farina componuntur, ceu quæ calefaciant humectentq;, omnib⁹ ijs affectibus, quibus moueri pus expedit, admouemus. Ordei nanq; farina ex aqua & oleo. Itẽq; panis ex aqua & oleo. præterea fomẽtũ multæ calidæ aquæ, & tetrapharmaci vis, oĩa deniq; quæ calefaciũt, & humectant, celerrime pus mouent. Ideoq; etiã ijs partib⁹, quæ phlegmone infeſtãtur: vbi vehementius iã pulſitant, ſic vt iã deſperetur de horũ citra pus curatione: veteres oẽs eiuſmodi applicãt medicamẽta. ante vero nequaq̃. Atq; hoc Hippocrates ipſe aperte nos docet i memoratis iã verbis. quib⁹ iubet, quæ ſine contuſione vulneratæ partes ſunt q̃ maxime ſiccare. quæ cum cõtuſione ſunt facta, his q̃ primũ pus mouere. Quinetiã cũ dixit. Quæcũq; vlcera nõ probe, & vt cõuenit expurgata, ſemp prius pullulare incipiunt: his maxime caro ſupercreſcit. quæ vero pbe, & vt decet expurgata ſẽp: ad ſiccius ꝓmouẽtur. his niſi ſint cõtuſa, caro nõ ſupcreſcit. Quippe hic illud (niſi ſint cõtuſa) qđ adijcitur redigit nobis i memoriã, qđ in ſupius ꝓditis verbis eſt dictũ. Nẽpe oportere oĩa ſiccari pter ea quæ cõtuſa ſũt. Neq; eñ ſicubi cataplaſmate qđ calfaciat humectetq; illinũtur quæ phlegmõe iſeſtãt;

Hippo.

Quę putre fiunt, ex calido & humido putre fiunt.

Hippo.

ex prima ratione id fit, hoc eſt vt remedium affectus, ſed vt ſymptomatis mitigatio. ſiquidem ipſius phlegmones remedia, ſicciorũ ſunt virium. Audi nanq; loquentem Hippocratem cataplaſmata oedematum, & phlegmones quæ in circapolitis conſiſtit: verbaſcum coctum, & folia trifolij cruda, et epipetri folia cocta, & polium. Quippe omnia hæc ſiccandi vim habent. veluti in commentarijs de ſimplicibus medicamentis docuimus. Et cõpendiaria obſeſſarũ phlegmone partium curatio, per id genus præſidia obitur. quæ ſane vel affectũ prorſus ſũmouent: vel ſi quid exiguum: quod ſuppuret reliquerint. alterum medicamentum acre, quod educere pus queat requiritur. vel ſi tenuis circumpoſita cutis ſit, veliſq; celerius explicatum ægrum: ſectio petenda eſt. Cæterũ curatio phlegmones per ordei farinam lenientis tractatio eſt: non medentis. & contra malum pugnantis. Verum de talium differentia in ſequentibus plenius docetur. Illa porro mihi demonſtrata manifeſte puto. Hippocratem tum vlcera quæq; ſiccanda eſſe iuſſiſſe: tum hanc eſſe curationis finem ſanxiſſe. ipſo ſcilicet affectu indicationem præbente, non tẽpore. Quod ſi quis hoc magis etiã ſibi perſuaſum cupit: librũ eius de vlceribus totũ diligẽtius euoluat. Intelliget enim perſpicue, tũ vnã eſſe vlcerũ omniũ generalem curationẽ, Nẽpe quã nos proximo libro docuimus: tũ vero nõ minus illud, nullã eſſe a tẽpore, nec in vlceribus: nec in plegmone, nec deniq; in alio quopiã affectu, indicationẽ. Quoniam vero in hunc ſermonis locum peruenimus: æquũ eſt oſtendere non modo horum quæ iã retulimus fuiſſe inuentorẽ Hippocratẽ: ſed etiam reliquorũ omniũ, quæcũq; hunc ſcire qui cõmode vlcus ſit ſanaturus, eſt opus. Videtur enĩ is non ſolũ vlcerũ quæ citra aliũ affectum conſiſtunt, ſanandorũ rationem inueniſſe, vt quæ in ſiccando conſiſtat: ſed etiã priuatim per ſpecies affectuũ cuiuſq;. Nam aut vitioſus ſuccus ad partem cui vlcus inſedit amplius non fluit: aut etiam fluit. ac ſi non amplius fluit: ipſi tantum quod laborat ſuccurrendum eſt. Si quidem vel liuidum, vel nigrum, vel rubrum conſpicitur: ſcarificando. ac ſanguinem emittẽdo. mox (vt ipſius verbis vtar) ſpongiam ſtatim ſicciorẽ magis: q̃ humidiorẽ ſuper imponendo. Neq; enim arbitror ignorabit quiſpiam particulam illam (q̃) negationis hoc loco vim habere. tanq̃ ita diceret, ſicciorẽ, nõ humidiorẽ. Poſt hæc vero etiã ſiccantia remedia applicando. ab his ſi res poſtulet, rurſus ſanguinẽ auferendo. ac mox iterũ talia peragendo, donec parta omnino ſanitas ſit. Quod ſi labra vlceris dura, calloſaq; appareant: etiã ea excidendo. Etenim de his quoq;, ita ait. Circularia vlcerũ, ſi ſubcaua ſint: circulo ꝓcidere quæ abceſſerunt oportet, vel oĩa: vel ex dimidio circuli, ſecũdũ hominis longitudinẽ.

Hippo.

Omnium quibus ad vlcerũ curationẽ eſt opus, inuẽtorẽ hippocratẽ fuiſſe

Hippo.

Scripſit vero & de tumorib⁹, qui coniuncti cum vlcere ſunt, vniuerſis. quẽadmodum curandi ſinguli ſint. ſimili modo, et varicib⁹. Quãdo hoꝝ quoq; occaſione cõtumax ad ſanandũ vlcus reddit. Quoniã aliqua ex his humiditas ad exulceratas partes defluat. Ad eundẽ modum & cum ex toto corpore humor cõfluit: totũ purgare iubet. nuſq̃ videlicet in his indicationem a tempore ſumens. Nã & ridiculũ plane ſit, adeo multas, ac varias, ſæpe etiam contrarias indicationes: ab vna cõmunitate fieri. Nam ſi etiam demus indicationem aliquam a tẽpore ſumi: quæ tandem ea ſit dicere par eſt. ac ſũma quapiã vna, eam complecti. veluti in reliquis omnibus ipſe quoq; Theſſalus facit: nedum nos. Quippe vnum illi ꝑpetuo indicat adſtricti corporis affectus. Nempe vt remittatur, ac relaxetur. vnum rurſus ſoluti, vtiq; vt aſtringatur. Quinetiam in ipſis vlceribus, quod ſordidum eſt, abſtergeri poſtulat. quod cauũ eſt, impleri. quod æquabile eſt, cicatrice induci. cui caro ſupercreuit, hãc ſibi detrahi. etiã eo ipſo authore. Ergo ſicut in hoꝝ ſingulis: ita in diuturnis quoq; alterum aliquid ad portionem oſtendat, quod vnũ ſit. verũ non poteſt. Nam & exciden da ea ꝓcipit. At quænã q̃ſo ſit iſta rationabilis a tempore indicatio. tũ remedio ex ſinapi vti, de quo vanũ illud nomẽ metaſyncriſeos vſurpat. ab hoc ex radicula vomitu. & poſtremo, cum nihil vltra inueniat, veratro. Verum hæc quidem (quẽadmodũ dixi) etiã in ſequentibus plenius dicẽtur. vbi nihil vſq̃ vllo in morbo a tempore indicari, ſed ſignũ id nõnũq̃ affectus eſſe: docebimus. Verũ rurſus ad Hippocratem reuertor. Quem ſane diligentiæ nomine admiror. cũ in alijs omnibus: tum vero quod ꝓcipuũ quiddã, quod medico ad indicationem non in vno alteroue: ſed prorſus omni morbo ſit ſpectandũ: nõ omiſerit. Eſt porro id quod ab affectus magnitudine ſumitur. quem non modo methodici ꝑtermiſerunt, non eñ eſt id mirum: ſed etiam rationalium pleriq;. atq; etiam empirici, quamq̃ alio modo, omnes. Nam vbi in redũdantis ſanguinis (vt illi loquũtur) cõcurſu, vacuationem a ſe obſeruatam dicunt: manifeſte fatentur ob nullius alterius eorum quæ in ægro viſuntur reſpectũ, ſe ad vacuatiõem accedere. Neq; hoc dico propterea qđ purgatio, vacuatio ſit, quã redundãtis ſanguinis concurſus non indicet: ſed quod etiam tametſi redundãtis ſanguinis concurſus non adſit: ad ipſam tamen ſanguinis miſſionem interdum ſit confugiendum. Quando ſi valens morbus ſit cum viriũ robore: nemo eſt qui ſanguinem non mittat. qui vtiq; in artis operibus ſit exercitatus. Quippe ipſos empiricos videm⁹, cum lapſus ab alto qs ſit, aut alias plaga aliqua contuſas vehementer corporis partes habuerit: ad ſanguinis miſſionem confugere. Quãq̃ idem homo paulo

Redit ad theſſalios.

Redit ad hippocratẽ

Indicationem ab affectus magnitudiẽ nõ omiſiſſe hippocratem.

Mittẽdum ſanguinem vbi valens ſit morbus ẽt ſi ſanguis abũdãtia ĩ corpe non ſit.

ante ſanus fuerat, prorſuſq; redũdantiæ ſanguinis expers. Ex quo patet, non hoc eſſe quod mittendum ſanguinem indicet. ſed magnitudinem morbi, ac virium robur. exceptis tamẽ a ſermone pueris. Nã et alia ratione ſi quis etiamnum ſanus, nec adhuc quicq̃ læſus in ſanguinis redũdantis concurſu ſit poſitus: non ſtantẽ huic mitti ſanguinem eſt neceſſe. Imo alij ſatiſfacit inedia. alij cibi parcitas. alij ſoluta aluus, vel purgatio, vel frequentius balneũ. alij ſola exercitatio, vel multa frictio abunde fuit. Miſſio vero ſanguinis ne ab ipſis quidẽ empiricis, ijs qui ita ſe habet neceſſario adhibetur. Ad eundem modũ nec purgatio in ſola vitioſi ſucci abundantia, conueniẽter ſuſcipitur. ſed ſicut miſſio ſanguinis, vel propter ipſius abundantiã: vel ꝓpter morbi magnitudinem: ita purgatio & propter abundantiam alterius cuiuſq̃ ſucci: & propter vim morbi adhibetur. Ac de ſanguinis miſſione, tum in alio libro egimus: tum vero in ſequentibus agemus. de purgatione in hoc libro diſſeram. Deſyderant em̃ ægri hanc non modo, vt quod noxiũ ſuperuacuũ quo vrgẽtur educat: ſed etiã, vt quod tum ad diuerſum trahat: tum vacuet. Atq; ob eam rem Hippocrates tum in reliquis omnibus operibus: tum in eo quod de vlceribus prodidit: etiam morbi magnitudinẽ ad purgationis indicationem conſyderat. Purgatio inquiens per aluũ, pleriſq; vlcerũ prodeſt. Præterea vulneribus quæ in capite ſunt accepta. item quæ in vẽtre & articulis. ad hæc ijs in quib⁹ oſſi caries impendet. præterea quę ſuuntur, et quæ exedunt, & quæ ſerpunt, et reliquis, quæ vlcera diuturna reddũt, etiã quæcũq; deliganda ſunt: per aluum purganda ſunt. His verbis clare docuit, vlceribus oĩbus & vulnerib⁹ quoties prævalida ſunt: purgationem eſſe vtilem. Cũ enim trifariam nõ hæc modo vitia: verũetiam reliqua omnia grauia magnaq; reddantur. Nempe vel propter afflictæ partis p̃ſtantiam: vel propter affectus magnitudinẽ, vel propterea quod ſunt cacoethe, cuiuſq; horum ſeorſum videtur hippocrates mentionem feciſſe. vtiq; in capitis ventriſq; vulneribus p̃ſtantiam læſe indicans partis. ventrẽ autem hoc loco non ſolũ inferiorẽ intelligendũ eſſe: ſed etiam ſuperiorem, patere cuiuis arbitror. Diuiſo nanq; quod inter collum et crura eſt trunco, in duas capacitates maximas, prior ſub thorace: ſecunda ſub mẽbrana q̃ abdomini ſubtenditur peritonæon græci vocãt, cõtinet. Et ſane vuln⁹ qđ intra Thoracẽ intraue etiam peritonæon, penetrauit: nõ paruũ periculum affert. potiſſimũ ſi quid interiorum vna ſit vulneratum. Quin etiã cacoethe eſſe quæcũq; in articulis accepta vulnerata ſũt: id quoq; oẽs fere ſciũt. Empirici quidem ex ſola ip̃a experientia. qui corporis naturæ ſcientiam comparare ſtuduerunt, ex ipſa vulneratarũ partiũ

Quæ ĩ ſano corpe ĩ quo ſanguis redũdet ꝓ ſãguinis miſſiõe ſatiſfaciant.

Purgatione non ſolũ ꝓpter mali ſucci redundantiã: ſed ẽt ꝓpter vi morbi adhiberi.

De purgatiõe qb⁹ & q̃ rõne ſit vtilis.

Hippo.

Trifariam reddi vitia magna.

Venter hic qs accipiendus.

Peritongõ

Cur vulnera ĩ articul' cacoethe ſint.

natura. Vbi em̃ tendones, et nerui, et carne vacua, atq; oſſea loca ſũt: hic doloris, vigiliarum, conuulſionis, & delirij periculum inſtat. Tũ hæc igitur vulnera: tum quæ ſuunt.i.quæ adeo ſũt magna: vt ſuturis indigeant, aut ſi non his: certe deligatura: purgationem deſyderant. At vero iam dictum in proximo libro eſt, quæ magna vlcera ſunt: ea vel ſuturis, vel deligaturis eſſe coniũgenda. Quinetiam quib⁹ corrumpendi oſſis periculũ impẽdet: ea cum magnitudine phlegmones ſunt. Iam quæcũq; exedunt ea tum cacoethe ſunt: tum malorꝝ ſuccorꝝ ſoboles. Herpetes quoq; a bilioſo excremento ortum habent. reliquaq; quæ inueterantur omnia: ex huiuſmodi quapiam cauſa proueniunt. Quare in omnibus his non ſine ratione, purgari per aliũ iubet. In progreſſu vero hæc inſuper adijcit. In omni vlcere cui eryſipelas ſupuenit: purgari corpus oportet. qua parte vlceri maxime cõducit. ſiue id per ſuperna: ſiue per inferna ſit. Cuius etiã ipſius rei diſcrimen in libro de ſuccis nos edocuit. auertere nos iubens ad contraria. deriuare vero ad latus. Quinetiã cum maxime ĩfluit, tum ad diuerſa reuellere. dictum vero & de hoc in eo libro eſt. Quare nũc quoq; ſi etiãnum fluxio valenter irruat: reuellere ad contraria ſtudebimus, vtiq; ſi in ſuperioribus vlcus conſiſtat: per inferna purgantes. Sinautẽ in inferioribus ſit: ſuperiorem ventrem vacuantes. At ſi iam fluxio reſtitit, atq; in membro inheſit: deriuare per vicina magis expedit. Cum & in propinquiora tranſlatio ſit: & purganti medicamẽto promptior, tum acceſſus: tum attractus e vicino detur. Hãc vero rationem ad aliam quoq; artis partem ſpectare, Nempe quæ de ſuccorꝝ medicatione præcipit: neminem latere arbitror. Proindeq; in ſequentibus etiam repetere eam erit neceſſe. ac totam abſoluere. Nunc illud docere volo, tum ipſam morbi ſiue vim: ſiue magnitudinẽ appellare velis: pro indicatrice quadam ſanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ, ſtatuendam eſſe: tum vero Hippocratem hãc omniũ (quos nouimus) primam indicationem adinueniſſe. Ac de alijs quidem morbis in ſequentibus libris id oſtendam, de vlceribus vero in hoc, qui in manibus eſt. Ac de purgationibus quidẽ mihi explicatum iam eſt. Nã cum triplici genere morb⁹ quiſq; ſit grauis aut ꝓpter ꝑcellentiã partis: aut propter affectus magnitudinem. aut ꝓpter ipſius cacoethian. omniũ horꝝ meminit Hippocrates, vbi de purgatione egit. Quid igitur dicet aliquis, nũquid etiam ſanguinẽ detrahi interdũ ſuadet, propter has ipſas cauſas? Mihi vero id quoq; iubere videtur. Verum breuiter, nec ſine demonſtratione. Veluti tũ ipſi: tum reliquis antiquis mos fuit. Id ita eſſe intelliges, primum quidem, ſi hæc eius verba religeris. Omni recens facto vulneri, niſi in

[Margin notes: Hippo. — Indicationẽ q̃ a magnitudine morbi accipit primũ inueniſſe hippocratẽ. — Sãguinem detrahendũ ꝓpter eaſdẽ cãs propter quas & purgandũ dixit. Hippo.]

ventre ſit, expedit ex ipſo ſtatim ſanguinem plus, minuſve effluere, „
Quippe phlegmone minus tẽtabitur, tum vlcus ipſum tum quæ cir „
cũpoſita loca ſunt, Poſt hæc autem verba, quæ in libro de vlceribus
ab eo ſunt ſcripta: ſi etiam que in alijs omnib⁹ libris ſæpe propoſuit
recorderis, debere ſcilicet imitatorem eſſe medicum, nõ tantũ natu-
ræ: ſed etiam eo℞ quæ cũ ſua ſponte veniant, conferunt: clare iam ſe-
nis mentem intelliges de ſanguine cũ magna ſunt vulnera detrahen-
do. Si nãq; expedit in talibus ſanguinem effluere, nõ autem effluxit:
quod deeſt ipẽ adiicias oportet. declarant id, ea quæ ſubiũgit. Quip-
pe hæc ſtatim cum iam dictis verbis copulat. Et ab ijs quæ inuetera- „
ta ſunt vlcera, vt sãguis crebro fluat: efficere prodeſt. vtcũq; opportu
num videbitur, tum ab ipis vlceribus: tũ a circũpoſitis vlceri par-
tibus. Nam quoniã prædixerat omni vlceri recens facto ſanguinem
emitti debere: cernens niſi etiam de inueteratis mentionem faceret: fo
re vt ab aliquo putaretur, de recentibus tantũ ita ꝓnũciaſſe. idcirco il
lud recte adiecit et ab inueteratis vlceribus ſanguinem mittere. Ac ſi
perpetuũ eſt, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad cõtra
ria trahendam eſſe, fixam vero iam in laborante particula, vacuandã
eſſe, vel ab ipſa particula quæ affligitur: vel a maxĩe vicina: in prom-
ptu nobis, & de ſanguinis detractione colligere nũc eſt, qđ in prin-
cipio hæc e longinquo, poſtea ab ipſis exulceratis partibus ſit emo
lienda. Quinetiam ſi ijs quæ iam dixi, illud quoq; adijcias, nẽpe qđ
ipm qui redũdat ſuccum vacuandũ eſſe Hippocrates ſuadet: alias ſã
guinis detractionem adhibebis, cum videlicet is vincit: alias phar-
macũ, qđ ad bilem flauã, vel atrã, vel pituitã educendam vim habet,
dabis. Illius interim in omnib⁹ his non ĩmemor: non eſſe vlceris q̃
vlcus eſt, vllã id genus curationem. ſed vel vitioſi, qui coniunctus
eſt ſucci, vel redundantiæ, vel phlegmones, vel herpetis, vel ei⁹ ge-
neris alterius. Sed nec illius oblitus, quod aliquid interim ex ijs quę
vlceribus accidũt, indicationem propriam ſuggerit. veluti magnitu
do. Dictum autem & de ipis vlceribus eſt in libro, qui hunc ꝑcedit.
vbi vlcerum differentias omnes, et quot, & quæ ſint, & quæ ſit vniuſ-
cuiuſq; indicatio, expoſuimus. Præberi tamen interim vacuandi in-
dicationem ab ipſa ægritudinis vi, in eo libro non dixi. propterea
quod & longiorem demõſtrationẽ requirebat: et totius corporis cu
ram, cum vlceribus in eo non cõiunxi. hic vero executus ſum quãtũ
ad rem propoſitã erat vtile. Nam abſolutus ſermo de hoc genere in-
dicationis quã a magnitudine morbi ſumi diximus, etiam in ſequen-
tibus habendus reſtat. Pari modo de indicatione quæ ab ætate ſumi-
tur, ꝑterea de ea quæ ab humoribus ſanandis accipitur, Ad eundem

Quæ cõſũmatius ĩ ſequẽtib⁹ tractabunt.

modum et quæ ab afflictis partibus indicatio exhibetur: conſummatius in ſequentibus libris tradetur. Nunc eñ quod ab earũ natura, id eſt temperamento, & ſubſtantia ſumi ad curationem potuit: tãtum diximus. Quæ vero tum a poſitu, tum a forma, itemq; vſu, præterea ſenſus acumine, hebetudineue, indicatio ſuggeritur: hanc non attigimus. Dicatur itaq; & de his, quantũ ſit ad vlcerum curationem vtile. Igitur quæ acuti ſenſus pars eſt, eam q̃maxime citra dolorem curare tentandũ. Tradita vero eiuſmodi remediorum materia eſt, in ijs libris, qui ſunt de ſimplicibus medicamentis inſcripti. quæ parum acri ſenſu eſt, hæc ſi affectus ita ſuadet: valentiora remedia recipit. Et principis quidem membri robur ſeruari oportet, veluti latius vbi de phlegmone agemus, docebitur. Quod tale nõ eſt: licet huic eam medendi rationem tuto adhibeas, quæ relaxando remittendoq; mitiget, chalaſticen græci vocant. Atq; hæc quidem in ſequentibus fuſius tractabimus. In hoc libro eam quæ & a poſitu, & a figura partiũ ſumit̃ trademus. atq; ita quarto huic libro finem imponemus. Hinc igit̃ excogitatum eſt, ei cui exulceratus ventriculus ſit: medicamenta eſſe bibenda. Cui gula non ſemel: nec tota ſimul adſumenda. ſed paulatim, & aſſidue. quando ex tranſitu, et contactu vulneribus, quæ hic ſũt vtilitas accedit. non ex continendo et diutius adherendo. ſicut ijs quæ in ventriculo ſunt. Quinimo & quod craſſiora hæc: & magis lẽta ſint adhibenda: id quoq; a poſitu figuraq; eſt indicatum. Nam quoniã gula trãſitus quidam cõmeſtoꝝ bibitorũq; eſt: iccirco remedioꝝ eget, quæ adherere, et vndiq; quaſi concreſcere, & adglutinari poſſint. nõ autem quæ elui, ac defluere ſint prompta. Ac circa partes eius veluti concreſcunt: quæ craſſa ſunt. adglutinantur: que lenta ſunt. Quæ vero vlcera in craſſis ſunt inteſtinis: his quæ per ſedem inijciuntur remedijs magis egent. Quippe cui magis ſunt propinqua. Quæ in tenuibus habentur, quoniã & longinquiora ſunt: et medio ſitu poſita: ambo requirunt. & quæ ſuperne ſumuntur: et quæ per ſedẽ intundũtur. Sane cõmunis omniũ internarũ partiũ indicatio eſt: vt ea eligãtur, quæ animalis naturæ maxime ſint familiaria. ſiue ea cibi ſint, ſiue medicamenta, fugiantur reſpuanturq; huic contraria. Quãq̃ in ijs quæ foris ſunt vlceribus: innoxius etiam taliũ medicamentorum eſt vſus, æruginis ærisq; vſti, & æris ſquamæ, & cadmiæ, & pompholygis, & lithargyri, et ceruſſæ. Hæc igitur, & ſimilia, interioribus exhiberi non debebunt. Porro proditum de natura hoꝝ eſt, tum in tertio de temperamentis volumine: tum de ſimplicibus medicamentis. Eligenda vero alimenta ſunt, ſi quidẽ ad cicatricẽ perducere, aut glutinare vlcus ſtudem⁹: tum auſtera: tũ glutinoſa, tum quæ minime ro-

De indicatiõibus q̃ a poſitura, forma, vſu, ſenſus acumine hebetudineue capiuntur.

Chalaſtice

Quæ a poſitura & figura indicẽt̃.

Cõis oĩm iternaꝝ partiũ ĩdicatio

Quæ ĩteriorib⁹ nõ cõueniãt.

Quæ conueniãt.

dant. Sin emundare: quæ modice abſtergeant. quod munus mel non coctum præter cætera præſtat. Auſteræ vero potiones, et eiuſdem rationis alimenta cuiq; ſunt nota.

Auſterū ſiue ſtyphon quid.

Voco auſterum, id quod ſtyphon quoq; græce .i. aſtringens dicitur.

Acerbū ſiue ſtryphnon qd.

Acerbum vero quod intenſum auſterum eſt, græce ſtryphnon. Quæ vero medicamenta tuto introrſus ſumuntur, ea tradita ſunt: in ijs libris qui de medicamentis ſunt ſcripti. Dicetur tamen & nunc eorum formula. Ergo internis vlceribus opitulantur hypocyſtis, & balauſtium, & cytini punicorum, et galla, & malicoriū, & terra ſamia, & lemniū ſigillum, et rohis, roſarūq; ſuccus, & acacia, aliaq; id genus. nec vllam viſceribus noxam inferunt. Danda vero hæc ſunt ex aliquo aſtringentium decocto. vel mali cotonei, vel lentiſci, vel ſummorum rubi, vitiſue, vel mirti virentiū ramorum, vel deniq; ex vino aliquo auſtero.

Vinum vbi cauendū.

Nō latet autem, & de vini vſu quod cauēdum id eſt, vbi phlegmones ſuſpicio adeſt. alias dari nihil vetat.

Ad vlcera in gula faucibus pariſthmijs & aſpa arteria.

Nec illud obſcurum eſt, eiuſmodi medicamina, præparanda, ac iam dictis humidis excipienda eſſe: tum vero tragacanthen, & gūmi illis admiſcenda. potiſſimum ſi quis ea his quæ in gula ſunt exhibebit. Sed & gargarizare quoq; iubendū eſt, ei qui ad fauces, & pariſtmia: his vtetur. At ad vlcus qđ in aſpera ſit arteria vt ſuppinus, q̄ diutiſſime in ore teneat. ac omnes qui illic ſunt muſculos relaxet. remittatq; præcipiendū.

Potiōis aliqd ī aſperā arteriā etiā cū naturalr ſe habet p colari.

Influit eñ ſic ſenſim, & paulatim de medicamento aliquid ſenſibiliter, & manifeſte in ipſam arteriam. Nam et cum naturaliter ſe habet: ſcire licet potionis non nihil huc percolari. ſed veluti in ſecunda valitudine: ita nimirum in aduerſa cauēdū eſt, ne largius influat. vtpote quod tuſſim excitabit. Nā quoad humor vndiq; iuxta tunicas arteriæ, ceu iuxta murū aqua deſcendit: tuſſim vtiq; non cit. ſi quid per mediā ſpiritus viam incidit: tuſſes ſtatim excitat.

Ad vlcera pulmōis & thoracis miſcēdū medicamentis mel eſſe.

Tum hæc igitur a ſitu, & forma partium omnia ſunt deſumpta. Tum vero nō minus illud, quod omnibus medicamētis, quæ thoracis, & pulmonū vlceribus ſunt deſtinata: mel ſit admiſcendum. Quando ſi auſtera ijs dūtaxat medicamenta exhibebis: ea in ventre morabuntur. Ergo digeſtionis eorum in corpus, inſtrumentum mel erit, ac celeris tranſitus, veluti vehiculum. cū eo quod nec vlceri nocebit.

Ad vlcera ī veſica & renibus non modo mel: ſed ēt q̄ vrinas moueāt miſcenda.

Ad eundem modū quoties in veſica, & renibꝰ vitium conſiſtit: non ſolum mel ipſum: ſed etiam eoꝝ quæ vrinas mouent quippiam, vlcerū medicamentis miſceri oportebit. Illud quoq; patere vel me tacente, cuiuis arbitror: exulceratas partes, tum ex earum ſubſtantia, tum functione, tum vtilitate, tum poſitu, tum figura diſcerni. Monſtratum autem id abunde eſt, in libro de notis affectorum locorum. verum non eſt de illis nunc locus. Rurſus igitur

ad medendi methodum reuertor. Aio igitur, nõ hæc modo: ſed etiam alia nõ pauca, ex figura partium, poſituraq; indicari. Quippe quãdo nec deligare cõmode ægram pticulam poſſis: niſi prius vel ex figura, vel poſitura, vel vtriſq; indicationem, ſumpſeris. ſed nec imittere in ſedem clyſteris fiſtulam cõmode queas: abſq; eius generis indicatione. iam per penẽ inijcere medicamẽta in veſicã ſæpe neceſſum eſt. Igitur illud de cathetere apponere opus non eſt, quod eo probe vti omnino nequeas: niſi & poſitum, & figuram totius veſicæ plane perſpectam habeas. In talibus ergo omnibus clare patet: nõ parum ad totam curationem, affectum ipm locum indicare. In ruptis autem quæ rhegmata græci vocãt: multæ indicatiões in idem concurrunt, ſi quidem & quæ a poſitura capitur: recte ad examen venit. Nam propterea quod et in profundo corporis ſunt. & latent: iccirco diuerſam curationem, ab his quæ apparent poſtulabunt. Quoniam vero, cum ecchymoſi quidem omnino, aliquando vero et cum contuſione circũ ipam pruptam carnẽ conſiſtunt: iccirco plures curationes indicabũt. Semper enim pro affectuũ numero, etiam medendi indicationes reſpondent. Ac docebitur quidem vbi de phlegmone diſſeremus: locupletius. quod valentiora medicamẽta requirant, quæcũq; in profundis partibus laborant: q̃ quæ in ſummo corpore ſunt affecta. Nũc id ſaltem arbitror. patere quod ſolui neceſſum eſt, præſidiorum q̃ foris applicantur vim. vbi quod ab his iuuandum eſt, in profundo latet. quare intendere hanc eatenus oportebit: quatenus per tranſitum ad profundum eſt remittenda. ſane ecchymoſis omnis vacuationem pro remedio curationis, indicat. Quare calfacientib⁹ huic, & modice ſiccantibus medicamentis eſt opus. Quippe quæ vehemẽter ſiccant: digerunt illa quidem in principio euidentius: q̃ quæ ſunt imbecilla: cæterum non nihil ipius vitij ſcirroſum difficileq; curatu relinquũt. Ac dicemus de his in ſequentibus diligentius. ſed & nunc quantũ ad rem pertinet abunde eſt dictũ. Quæ em̃ humectant, calfaciuntq; pharmaca. præterea hæc quæ omnes iam græce vocare chalaſtica. i. relaxantia ſolent, atq; ex his quæcũq; ad ſiccius paulo vergũt. nec tamẽ adhuc clare manifeſteq; cõtrahentia ſunt, q̃ ſyntatica græce vocant: hæc omnium ſunt ecchymomatum remedia. Curandum vero eſt, vt ruptis quæ in profundo herẽt corpore: Hæc tum vires magis habeant intentas: tum ipa magis acria, magiſq; diſſipantia ſint, tũ (vt ſemel dicam), tanto efficaciora: quanto magis a cute ad profunda ecchymoſis receſſit. In talib⁹ ſane nec cucurbitæ vſus ſit inutilis. Id eſt inſtrumẽtũ ad violentum attractum a medicis excogitatum. Cætera cum totum ecchymoma digeſtum per halitum eſt: ſiccare iam ve-

Ad deligationẽ & clyſteris & catheteris vſum figurã ptiũ poſiturãq; cõferre.

In ruptis mltas idicatiões in idẽ cõcurrere.

Valentiora medicamenta reqrere q̃ i pfũdo corpore laborãt q̃ quę in ſũmo.

Ecchymoſin omnem vacuationẽ indicare.

Ecchymoſis curatio.

Ghalaſtica

Syntatica.

hementius ruptum ipſum permittitur. ac deligatura coniungere omniaq; in ſumma facere, quæ vt vlcus coaleſcat, efficiant. Ergo ſi euocatum celeriter ecchymωma ſit: facile coaleſcet rupta ipſa caro. Sin lõgiore ſpatio: ſordes multa ſubnaſcens mediũ inter vlceris labra ſpatium occupat, ita: vt iam coire ruptio non poſſit. Atq; inde adeo fit: vt qualibet leui de cauſa nos hæc ſui admoueant. Nam ſiue quis obriguit, ſiue parum concoxit, ſiue febri laborauit, ſiue ſe vehementius fatigauit: eiuſmodi particulis illico dolet. Non enim in idem coiere ruptionis labra. ſed tantum prope ſunt admota. Quo fit vt leue momentum ea facile ſeparet. & mediũ locum ſuperuacuo humore repleat. Et quid quæſo aliud: q̃ aſſidue nouum ecchymωma his gignitur. & primo illi, cum videlicet primum caro eſt rupta, ſimile. niſi quod nunc ex tenui magis ſanie conſtat. cũ in principio e ſanguie ecchymωma eſſet. ideo q; facilius etiam nunc: q̃ ĩtra iitia digerĩt. Hæc itaq; quæ hacten⁹ diximus, diſputatiõi de vlcerib⁹ ſatiſfaciẽt. fineq; iã q̃rto huic volumini ĩpono.

Cur quæ rupta fuere ſubinde dolorẽ renouent.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER QVINTVS.

QVemadmodū quis vlcerum curationem optime moliatur, cum duobus ante hūc libris docuerimus; illud obiter oſtendimus reliquos omnes medicos, qui ſimpliciū in nobis particularū elemētis minime inquiſitis artem adeunt, non poſſe quicq̄ certa ratione ſanare, minimeq; omniū qui theſſali dogma profitentur. Reliqui nāq; ea ſaltē vlcera q̄ in diuerſis ſint partibus, diuerſis rationibus ſananda cenſent, ipſa nimirum experientia docti. Qui theſſalum authorem ſequuntur propter excellentem ſcilicet ſapientiam, omne vlcus quacunq; in parte animalis ſederit, ſimilis ægere curationis putant. Quippe ſi cauum ſit impleri, ſi æquale cicatrice induci, ſi caro ſupercreſcat hanc detrahi, ſi cruentum recenſq; ſit, agglutinationem poſtulare aiunt. Ceu vero qui hæc norit, eum recte mederi ſit neceſſe, nec ſit hæc ratio etiam cuilibet e plebe cōmunis. Cum nemo ſit qui horum quicq̄ ignoret. Cæterum nec quēadmodum implendus ſinus ſit, nec quēadmodū ad cicatricem perduci, quod impletum eſt debeat, aut cōprimi quod ſuperauctum, aut coaleſcere quod purum citraq; ſinum eſt, intellegūt. Sunt enim eiuſmodi opera, tantum medicorum quæ vel ratione, vel experientia, vel vtriuſq; ope ſunt inuenta. Rurſus igitur repetentes ſummatim ea percurramꝰ. Quo dicendorum caput cum dictorum copuletur calce. Monſtratum eſt omne vlcus ſiccantia medicamenta requirere. Cæterum quod ſinū habet, vt minus ſane q̄ reliqua, ſic ea quæ præterq̄ quod modice ſiccēt, etiam abſtergēdi facultatem obtineant, deſyderare. Quod vero coniungi ſibi labra poſtulat (cuiuſmodi ſcilicet ſunt, quæ medicis latine cruenta græce enæma dicuntur) huic tum quæ magis etiam ſiccent, tum vero quæ citra abſterſionem leuiter aſtringant, opus eſſe. iam quæ vlcera perduci ad cicatricē poſtulant, hæc nō ſolū magis adhuc ſiccantibus: ſed etiā ſtrenue aſtrigētibꝰ remedijs ægere. Qđ ſi caro eoꝝ ꝑter naturæ modū itumu it: acria et demoliētia q̄ eadē calida ſiccaq; neceſſario ſūt, deſyderare.

Si quod vero aliud ſymptωma vlceri adiunctum erat: ab eius natura curationis indicatio ſumebatur. atq; ex hac rurſus remediorum facultas petebatur. Si nanq; ſordes innaſceretur: quæ hanc tollerent opus eſſe. eaq; omnia abſtergendi vim habere. multo, ſane maiorem: quam ea quæ carne implerent. Si vero copioſior in his humiditas cerneretur: etiam quod magis ſiccaret medicamento opus eſſe. cæterum quod propriam ſpeciem non egrederetur. Ac ſi agglutinaturũ medicamentum eſſet: ſiccans aſtringenſq; id eſſe debere. ſi implere: ſiccans & abſtergens. atq; in ſingulis reliquorum vti dictum eſt. Si vero intemperata ſubiecta caro eſſet: primum eius intẽperantiæ ſuccurrendum eſſe. vtiq; quæ ſiccior iuſto eſſet: hanc humectãtibus. quæ humidior ſiccantibus. Tum quæ calidior eſſet refrigerantibus, quæ frigidior hanc calefacientibus. Et ſi gemina qualitate eſſet intemperata: pharmacum quoq; elegentibus, quod gemina eſſet qualitate contrarium. Quippe id omnium quæ præter naturam ſunt, commune eſſe: non poſſe ad naturam ſuam redire quicquã, ſine his quæ ipſi facultatem haberent contrariam. Conſyderandas præterea & intemperantiæ cauſas hoc tempore eſſe. ſiue hæ totius corporis eſſent communes: ſiue quarũdam partium propriæ. quæ videlicet per ſocietatem (quam ſympathian vocant) exulceratum membrum infeſtarent. Medẽdum vero primum eſſe cauſæ quæ intemperantiam adhuc foueret: poſt hanc vero, ipſi quæ iam facta eſſet intemperantiæ. Quippe hanc communem indicationem eſſe omnium quæ ex cauſa quapiam oriantur. Oſtendimus autem tum ab vlcerum differentijs, diuerſas preberi indicationes: tum eas quæ a laborantis corporis temperamento ſumuntur, diuerſam ab his habere rationẽ. Siquidem illæ, cum ex ijs quæ præter naturam ſunt ſumantur: omnes contraria eſſe adhibenda dictant. hæ cum ab ipſa natura capiantur: ſimilia. Nam ſi qua ſiccior pars eſt: ea magis ſiccari poſtulat. quæ minus talis eſt: ea minus eſt ſiccanda. Ad eundem certe modum & de calefaciendo refrigerandoq; eſt præceptũ. Nec illud omiſimus: ex præcellentia membri, aut contrario ſtatu itemq; ex ſenſu acri, hebeteue: diuerſum medicandi conſilium peti. Ergo quod reliquum eſt huius morborum generis curandi: id nunc apponamus. Nos genus id lucidioris doctrinæ cauſa, vnitatis ſolutionem appellauim⁹. nec refert, ſi continuitatis ſolutionem voces. Incidit hæc nõ in ſimilaribus modo & ſimplicibus partibus: ſed etiam in cõpoſitis, & inſtrumẽtalib⁹. At vero remedioꝶ indicatiões, aliæ a ſimilaribus ſumũtur: aliæ ab inſtrumẽtalib⁹. Quaꝶ ambas norũt qui methodum Hippocratis comprobant. propterea quod vtrarũq; partiũ naturã

Sympathia.

intellegunt. alteras dumtaxat (nempe quæ ab inſtrumētalibus prebentur), qui Eraſiſtratum & Herophilum ſequuntur. Quare in his quæ ſequentur ſermonibus: quæcunq; a calido, frigido, humido, & ſicco corpore morboue indicationes ſumuntur. nullius certe methodum hi habebunt. quæ a forma, poſitu, præcellentia, acri hebeteue ſenſu prebentur: has non ignorabunt. Illuſtrius erit quod dicimus, ſi partes ipſas propoſuerimus. Quoniam igitur de ijs maxime vlceribus, quæ in carnoſis accidunt partibus hactenus tractauimus: nunc tempeſtiuū videtur de ijs agere, quæ in arteria, vena, & neruo cōtingunt. nec de ijs abſolute, ſed vt in quouis ſunt viſcere. vł deniq; inſtrumentali animalis parte. Ergo ſi cui arteria, venaue magna vulnerata eſt: & copioſum ſanguinis profluuium continuo ſuperuenit, & glutinari id vulnus, difficile quidē etiam in vena eſt: in arteria vero non ſolum difficile: ſed etiam quod fieri (ſicut nōnullis medicorum eſt viſum) omnino fortaſſe non poſſit. Dicendum ergo de vtriſq; eſt ac prius de ſanguis profluuio. ſecūdo loco de agglutinatione. qm̄ autem et per anaſtomoſin, & per diapedeſin, (vt mox docebimus) profluuia eiuſmodi fiunt: nō alienū ſit propterea quod curationem cōmunē habent, etiam hoc loco de ijs meminiſſe. tametſi ex alio eſſe morborum genere videantur. Sane profluit ex vena, vel arteria ſanguis, aut reſerato earū ore, aut tunica earꝶ diuiſa, aut (vt ſic dicā) tranſcolatus ſiue tranſmiſſus. Porro diuiditur ip̄a tunica tum ex vulneratione, tum contuſione, tum ruptione, tum eroſione. Anaſtomoſis accidit propter tum vaſis imbecillitatem: tum ſanguinis, qui ad os eius impetu ruat copiā. ad hæc acrem quāpiā, quæ illi extrinſecus incidat qualitatem. Diapedeſis ex tunica quidem ipſa rarefacta, ſanguine vero tenuato oritur. accidere præterea interim poteſt, & ex gracili ū vaſoꝶ ore adapto. Dicēdū igit̄ eſt de hoꝶ affectuū vnoquoq; ſeorſum. Ac primum de diuiſione quam vel ex eroſione, vel vulnere, vel contuſione, vel ruptiōe diximus accidere. Quæ itaq; vulnerant: ea ſunt acuta. atq; ad ſecandum habilia, quæ contundendo ſoluunt: ea grauia duraq; ſunt. quæ rumpunt: omnia id tenſionis interuentu faciunt. idem & intenſior actionis vehementia facit. tum ſucci abundantia, non vtiq; virium reſpectu: ſed quæ cum a vaſe ſuo non continetur, etiam caſus ab alto. tum graue quippiam, durumq; incidens. Quippe eiuſmodi aliquid cum vel vaſis vacuis: vel puſillam omnino rem continentibus in ea inciderit, ſi durū ex oppoſito obiectū habet: contuſa reddit. at ſi plenū vas ſit: prius id rumpit: quā contundat. Cum ſit quod tum accidit perſimile, ac ſi vtrem veſicamue impleas, atq; in hanc lapidem iactes, vel contra lapidi vtrem

De arteriæ venę & nerui vlcerib⁹

Glutinari vuln⁹ in arteria difficile eſſe.

De ſanguis profuſione

Profuſiōis ex vena vł artia cauſæ

Anaſtomoſeos cauſæ.

Diapedeſeos cauſæ.

De diuiſione.

violenter illidas .ſane huic perſimile eſt, quod accidit in caſibus ab al to. Quam nãq; rationem vter habet ad lapidem: hanc homo habet ad ſolum. Quiſquis vero ex maximo acutiſſimoq; clamore in pulmonibus vas perfregit: is violentiæ actionis acceptum malum referet. ſimiliter huic, et qui ex eo quod prægraue onus, aut humeris imponere eſt conatus: aut alias manibus attollere: vas fregit. atq; hoc etiam magis, cui ex concitatiſſimo curſu, aut valentiſſimo ſaltu, aut aliter particula vlla violẽter extenſa: id accidit. Eſt enim id quoq; p ſimile: ac ſi funem, aut lorum, q̃maxime diſtendas. Porro perrumpi quoq; non pauca, propterea quod ſanguinem quem in ſe habent, nõ continent, potiſſimum cum flatulentus is ſit. indicio ſunt tum dolia, quæ ſæpe muſto rumpuntur: tum alia multa valentiſſimorum corporum. Ac ſi ex vulnere, vel clamore, vel caſu, vel contuſione perruptũ vas eſt: vtiq; in his cauſa ipſa deſijt. Si vero ex abundantia: fieri poteſt, vt vas etiam amplius rumpatur. effectrice ſaltem adhuc manente cauſa. Atq; in hoc quidem affectu vacuanda q̃primum abũdantia eſt, Abhinc ſanguis ſupprimendus. mox vlcus ipſum curandum. Vbi vero effectrix cauſa iam deſijt: primum ſiſtere ſanguinem expe diet: poſt vlcus ſanare, obturato quidem quod perruptum eſt. auer ſo autem atq; aliorſum tranſlato, quod per id ferebatur. Quando ſi id eo quo inter initia impetu cõfluat oſculumq; vaſis pari modo pateat: citius plane moriatur animans, quæ profluuio laborat: quam ſanguis ceſſet effluere. Porro vlcus ipſum claudetur, vel labris ei9 quæ diſſident in idem adductis: vel oſculo eius obſtructo. Adducentur in idem labra eius, tum noſtrarum manuum opera vbi ſic ad manum vlcus ſe exhibet: tum per deligaturam. tum vero per ea remedia, quæ refrigerent, & aſtringant. Neq; enim ſuere fas eſt, arteriæ, venæue vulnus. veluti dixerint qui nullam a vulneratæ partis ſubſtantia naturaq; ſumi indicationem aiunt. Obſtruetur vaſis oſculum, & ſanguine ipſo concreto, qui thrombos græce dicitur: & ijs quæ foris illi imponuntur. Poſſunt autem ſuperimponi, tum carnoſæ ipſæ quæ circa vlcus ſunt, partes: tum in nõnullis vulneribus ipſa cutis. ad hæc quæcunq; ipſi comminiſcimur. Ea ſunt & linamenta, quos μοτοὺς græce vocant: & medicamenta ea quæ iccirco quod ex lenta craſſaq; ſubſtantia cõſiſtant: meatus obſtruũt. græci emplaſtica vocant. præterea quæ cruſtã, quã græci eſcaram vocant: efficiunt. Quippe hanc quoq; ceu ſeptum quoddã huiuſcemodi vlceribus veteres excogitarunt. Efficiũt hanc tũ ignis ipſe: tum quædam medicamina, quibus ignea vis ineſt. Atq; his quidem rebus obſtruitur vaſis oſculũ. Auertitur autẽ ſanguis, atq; ad

Diuiſi vaſis ex abundãtia.

Quõ claudatᷓ vlc9.

Quõ labra ei9 adducãtur.

Quõ obſtruatur os vaſis.

Thrombos quid.

Emplaſtica quæ.

Eſcara qd.

Quæ eſcarã faciãt.

Quõ ſãguiſ trãſferatᷓ.

alia membra cōuertitur, tum ad ꝓxima deriuatus: tū ad contraria re-
uulſus. illū parocheteuſin: hunc antiſpaſin, græci vocant. Nam hæc
quoq; hippocratis inuēta ſunt, omnis ſcilicet immodicæ vacuationis
cōmunia remedia. deriuatio ad vicina fit: cū id quod per palatum va
cuat: p nares transfert. ad cōtraria reuulſio fit: cū id ad inferna reuel-
lit. Rurſus quod p ſedē profluit: id p vuluā deriuam⁹. Surſum vero,
reuellim⁹. Ita nāq; & natura ipa facere ſolet. Mulieri eñ inquit Hip
po. ſanguinem vomēti: menſes ſupuenientes remedio ſunt. Hac igit
de cauſa, ſi vel mēſes cōfertim eruperint: vel ſanguis ab vtero quo-
quo modo ꝓfluxerit: ſurſum reuelles, cucurbitam magnā ſub mā mis
defigens. Nam et hoc Hippocratis inuentū eſt. Eandē ob cauſam cū
e naribus ſanguis erumpit: id retinēt, magnæ in ꝑcordijs defixæ cu-
curbitæ. Infigendæ aūt ſunt, ſi ex dextra nare ꝓfluitur: ſup iocinore.
ſin ex ſiniſtra: ſup liene. ſi ab vtraq; nare: ſup vtroq; ſunt imponendæ
viſcere. Quod ſi reſolutus adhuc æger nō ſit: etiā vena ſub eo cubito
incidenda eſt, qui profuſioni e directo reſpondet, vbi paulum detra-
xeris: mox vnam horā intermittēs: rurſus detrahes, poſt iterum, atq;
iterum ꝓ laborātis viribus. Ad hūc modum & reliquas omēs fluxio
nes, (quippe cōmunis ratio eſt) tum ad cōtraria reuocabis: tum per
vicina deriuabis. vtiq; quæ per aluū fluūt: ea vel per vrinas; vel vte
rum tranſmittens. Quæ vero per vrinas: ea vel per locos: vel per ſe
dem transferens. Pari modo, quæ per locos erumpūt: vel per vrinas:
vel p aluum. quæ vero in oculis, aure, vel palato, fluxiones accidūt:
eorum ad vicina deriuatio per nares eſt. Antiſpaſis vero in ijs, quæ
ſupra ſunt omnibus, deorſum ſemp agitur. ſurſum in ijs, quæ ſunt in-
fra. Præterea a dextris ad ſiniſtra, ſicut ab his rurſus ad illa. ſimiliter
ex ijs quæ intus habentur: ad ea quæ foris ſunt. contraq; ab his: ad il-
la. Ergo frictio contra poſitæ partis, potiſſimum per ea medicamen-
ta, quæ calefaciant. præterea vincula valētius adducta: ijs quæ ad con
trariū reuocant remedijs ſunt adnumeranda. nō ſecus profecto & na
turaliū meatuū, qui poſiti ex aduerſo ſunt: recluſio. Quæ vero id ꝓ-
ſtare medicamenta poſſint: eorum tradita materia a nobis eſt, in li-
bris quos de medicamētis prodidimus. ſed de omni fluxiōe in ſequē
tibus etiam libris, tractare neceſſum erit. Nunc ad ſanguinis proflu-
uium eſt redeundum. Quippe de genere obturantium quodammo-
do eſt, & vinculum ipſis profluentibus vaſis iniectum. ipſiq; no-
ſtri digiti dum ea cōmittunt ſtringuntq;. Eſt & alia huc pertinens li-
gatio, quam græci epideſin vocant, quāq ipſum vas circulo non com
plectitur, ſicuti vinculum. verū cū ex parte circūplexu ſuo cōmittat
quodā modo vulnerati mēbri diſſidētia labra, & q̄ ſupimpoſita ſunt

Parocheteuſis.
Antiſpaſis.
Hippocratis inuēta.
Exēpla parocheteuſeos & antiſpaſeos.
Ad mēſiū ꝓfluuiū.
Hippocratis inuētū.
Ad ſanguinis e naribus ꝓfuſionem.
Ad alias fluxiones.
Frictionem cōtra poſitæ ptis & ligaturam ex antiſpaſticis eſſe.
Epideſis, qualis.

Sitũ partis ad hæmorragian conducere.

contineat: merito inter claudentia remedia numeratur. Præter omnia iam dicta, inter hæmorragias remedia cenſeatur, & appoſitus vulneratæ partis ſitus. Porro appoſitus fuerit: ſi ad geminũ hunc finem ſit directus. Nempe vt & dolore pars careat: & ſurſum ſpectet. Si vero vel prona ſpectet: vel doleat: non ſolum profluuium non ſiſtetur: ſed etiam ſi non ſit, prouocabitur. Ergo qui hæc norit, ſi quando aſtiterit ei cui ex vulnere ſanguis profluit: (de his enim primum agam) illico digitum ſuper os vulneris vaſis imponat. blande innitens, ac ſine dolore comprimens. Quippe ſimul, tum ſanguinem ſiſtet: tum eum cõcreſcere in vulnere faciet. Quiimo ſi vas vnde profluitur alte ſit dimiſſum: certius ipſi⁹ tum poſitum intellegat: tum etiã magnitudinem. præterea vena ne ſit: an arteria. poſt hæc iniecto vnco attollat, ac modice intorqueat. Quod ſi obiter non ſiſtitur ſanguis: ſi vena fuerit: tentet citra vinculum ſanguinem ſupprimere. aliquo ex ijs medicamentis, quæ ſanguinis ſupprimendi facultatẽ habeant. Sane optima horum ſunt emplaſtica ea, quæ ex frixa reſina, et farinæ triticeæ tenuiſſimo polline, & gypſo, alijſq; id genus, ſũt cõfecta. Sin arteria ſit: duorum alterum. aut vinculo amplectens: aut totam præcidens profluuium ſiſtes. Sane vinculum magnis quoq; venis inijcere interdum cogimur. atq; etiam interdum totas præcidere. vtiq; tranſuerſas. Incidet autem huius neceſſitas in ijs, que ex profundo loco recte aſſurgunt. pſertimq; per anguſtas, vel principes particulas. Quippe ita retrahitur ex vtraq; parte, pars vtraq; celaturq;, ac integitur ſuperiacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen eſt vtrũq; facere, & vinculum vaſis radici inijcere: & quod deinceps habetur, pcidere. radicem vaſis voco priorem eius partẽ, quæ vel iocinori propior eſt: vel etiã cordi. hæc in collo: ab inferiore eſt parte. In brachijs, et crurib⁹: a ſuperiore. In ſinguliſq; reliquarũ partiũ: prout ex diſſectione intelligere licet. Quã nec ipſam amethodi iſti Theſſalij admittũt. His peractis: implendum carne vuln⁹ q̃primũ eſt. priuſq̃ vinculum a vaſe decidat. Niſi eñ pducta caro prius locum, q circa pciſam arteriã eſt: impleuerit, ſi loc⁹ aliqs vacuus ſupſuerit: vtiq; quod græci aneuryſma dicunt, ſequitur. Quã ob rem eo potius genere ſanguinẽ ſiſtentium, vtendum ſuadeo, quod ſua lẽticia meatus obſtruat emplaſticon vocant: quã, qđ cruſtã efficit. propterea quod & citi⁹, & miore cũ piculo poſt ipm iplet vuln⁹. Quippe piculũ i altero eſt, ne ſi defluat cruſta: rurſũ ſãguis pfuſio ex vaſe excitet. Optimum igitur omnium, quæ noui, medicamẽtorum, quo etiã ad cerebri membranarum hęmorragias tutiſſime vtemur: eſt quod nunc ſubijciam. Thuris pars vna, aloes partis vnius ſemiſſi, miſcet. mox cum

Tractatio eius cui ex vulnere ſãguis pfluat

Qñ totum vas ſit pcidẽdum.

Radix vaſis, quæ.

Aneuriſma

Optimũ ad hæmorragias medicamentũ.

vtendi tempus inſtat: tantum huius cum oui candido ſubigitur: quã-tum mellis reddat craſſitudinem. hoc dehinc leporis molliſſimo pilo excipitur. deinde tum vaſi ipſi: tum vlceri toti, liberaliter imponitur. alligandum autem id forinſecus faſcia eſt, ex tenui linteo. Cuius faſciæ primi quatuor quinque amplexus ipſi profluenti vaſi inijcientur, abhinc vaſis radicem verſus, ducentur. In quibus videlicet partibus radicem verſus ducere licet. Licet autem fere in omnibus, præterq̃ cerebri membranis. His factis: vbi tertio die ſolueris, ſi tuto adhuc medicamen vlceri adheret: aliud rurſus ſuperimpones. ac veluti linamentum id quod ex pilis factum inheſit madefaciens: deligabis. ita: vt initio deligaſti. Sin prius ſua ſponte reiecerit linamentum: radicem vaſis digito blande comprimens, quatenus videlicet nihil cõfluat: hoc quidam ſuſpẽſa manu adimes. atq; alterum impones. ad hunc modũ, quoad carne muniet: curare vas debebis. vtiq; a principio ad finem vſq; particulam ſupinam ſeruans. Cuſtodito tamen in hac ſitus figura modo. Vitandum enim ne dolor incidat, ac rurſus profluuium excitet. Cum nihil ſit quod profluuiũ magis q̃ dolor proritet, & phlegmonas augeat. Hoc medicamento multifariam vtor. alias (vt dictum eſt) duplum thuris, aloe admiſcens: alias pari modo ambobus vtens. alias paulo ſuperante aloẽ thure, aut etiam pluſculo. ſed non dum duplo. etiam mannam pro thure aliquando inijciens. Eſt autem manna medicamentum quod magis: quam thus aſtringat. Thus vero quam manna: magis emplaſticum. Porro conſtat in duris corporibus: plus aloes eſſe immiſcẽdum. in mollibus: plus thuris. Eritq; alterum eorum magis aſtringens: alterum lenticia, & craſſitudine ſua tenuibus ſpiramentis, magis inherens. quod emplaſticoteron vocant. itaq; etiam magis tenax. ac (vt ſic dicam) reſinoſius deligas thus oportet, vbi magis eſſe emplaſticum medicamentum ſtudebis. id ſane tum mollius eſt: tum albidius. tum quod manſum, ritu aloes, & mannæ non cõminuitur. ſed partes ſuas ſibi coherentes defendit, veluti maſtiche. Verum hæc eius tractationis ſunt propria: quæ de cõponendis pharmacis præcipit. quam in hoc opere non alicubi attigiſſe omnino non licuit. Siquidẽ aut nuſq̃ nobis particularis exempli facienda mentio fuit, ſed ipis tantũ vniuerſalibus cõtentos eſſe methodis oportuit: aut ſi particularia poneremus: etiã ꝑparatio eoꝝ fuit attingẽda. Verũ (vt ante eſt dictũ), eius generis remedioꝝ, q̃ methodo ſint iuẽta, vno alteroue exẽplo hic poſito cõtẽtos eſſe cõueniet. Id vero ſemp mihi teneri memoria velim. Sed reuertamur rurſus ad id quod dicẽdo parũ abſoluimꝰ. Mẽtionẽ em̃ iam dicti medicamẽti iccirco pluribus feci: quod cæteris id oibꝰ

Dolor profluuiũ pritat & phlegmonas auget.

Mãna magis aſtringens.

Thus magis eſt emplaſticum.

præſtare mihi perſuaſi, mirorq́ʒ ſi cui meli⁹ inuenire cõtinget. ideoq́ʒ tũ in cerebri membranis ſemper: tum in colli vulneribus eo vtor. etiã ipſarum venarum iugularium, quas ſphagitidas vocant. vtpote cũ harum quoq́ʒ profluuium citra vinculum ſiſtat. Nõ eſt autem in his commitendum: vt in opere properes, veluti quidam ſtolidi chirurgi faciunt. ſed altera manu inferiorem vaſis partem comprimes. aut cõplexus tenebis. altera medicamentũ vulneri impones, ac blãde ei apprimes, donec concretum adheſerit. mox deligabis ſuperne deorſum. nõ vt in artubus, inferne ſurſum. ſiqdẽ radicẽ verſus vaſorũ ducere deligationẽ oportet. ac quod cõfluit reprimere. Sũt porro & alia non pauca pharmaca, quæ citra omnẽ dolorẽ emplaſticam vim optinent. Verum nullũ ita carne implet. Expedit autem q̃maxime in eiuſmodi caſu vt priore medicamine cadente: caro circũ vas ipſum ſit producta. At quæ cruſtas generant, quoties decidunt: magis nudam partem: quã pro ipſius naturali habitu, derelinquunt. Eſt nanq́ʒ ipſius cruſtæ generatio, ex ſubiectis circũpoſitiſq́ʒ corporibus (vt ſic dicam) ſemiuſtis. ſic vt cuiuſmodi in hiemem extinctos hos carbones rem parãt: eiuſmodi ipſæ exuſtæ cruſtæ carnis ſint reliquiæ. Quare quantum particulæ aduſtum ad cruſtam eſt: tantum profecto ipſi de naturali carne deperditur. id itaq́ʒ omne particulæ decedit: cum cruſta cadit. Atq́ʒ ob eam rem nudum ſineq́ʒ carne viſitur. Multiſq́ʒ iam ex ijs quibus cruſta decidit: profuſio ſanguinis, quæ ægre ſupprimi potuit ſuperuenit. Quare in his quoq́ʒ quiſquis methodo adminiſtrare omnia volet: is tum modos omnes, quibus ſanguis ſupprimatur longe ante conſyderauit: tum eum eliget, qui minus ſit cũ periculo. vtens non minus, & reliquis omnibus quoties neceſſitas vrgebit. Maximã aũt neceſſitatẽ vel cruſtificis medicamẽtis: vel ignitis ferramentis vtendi animaduerti: vbi ex eroſione putreſcentis alicui⁹ ꝓfluuiũ ſanguinis cõcitatur. Quin etiã vbi in tali affectu totũ quod computruit eſt ſublatum: tutius eſt vel ipſius veluti radicem adurere: vel certe cruſtificis medicamentis vti. Hac vero ratione, tum in pudendis: tum ſede ad talem neceſſitatem ſæpe deuenimus, quod videlicet hæ partes, tum propter naturalem humiditatem: tum quod excrementoꝝ ſunt canales: ex leui cauſa putreſcant. id vero quo pro incruſtantium pharmacorum delectu conſilium diriges: erit non vtiq́ʒ ſolus calor: ſed cum quo aſtringendi facultas ſit coniuncta. qualis in chalcitide, & myſi, & atramento, ſiue vſtis his, ſiue inuſtis vtere: viſitur. Quæ vero ex calce non extincta conficiuntur: ea vtiq́ʒ valentiora his ſunt. Cæterum aſtringendi vim non habent. Excidunt igitur citius, quæ ab his fiunt cruſtæ. herent autem diu-

Laus deſcripti ſupra medicamenti.

Deligandi modus.

Gñatio cruſtæ, vnde.

Qñ maxie cruſtificis vel candẽtib⁹ ferramẽtis vtẽdũ.

Quæ circa pudenda & ſedẽ cur facile putreſcant.

Quid ĩ cruſtificis deligẽdis ſpectandũ.

tius, quæ ab aſtringentibus. Quod vtiq; longe eſt vtilius: quando ita prius naſcitur, in imo earum caro. efficiturq; ꝓfluenti vaſi velut operculũ. Vnde nec noſmet præcipites eſſe, veluti nonnulli ſunt, ad cruſtas, vbi hemorragias periculũ imminet detrahendas oportet, niſi in illis tantum affectibus: in quibus propter putredinem candens ferrum corpori hominis admouimus. Appellant (neſcio quomodo) eum affectum oẽs nũc medici græci νομην a verbo quod paſcere ſignificat, propterea quod pergere paſcendo id vitium, ab ægris particulis, ad eas quæ integre ſint ſoleat. Atq; harũ ſemp aliquid ægris adijcere. Quare nõ a ſubſtantia indicatæ rei: ſed ab acceſſorio, appellationem indiderũt. Copia materiæ medicamentorum omniũ, quæ hac prædita facultate ſunt: in proprijs cõmentarijs dicetur. Proprios intellego, & qui de ſimplicibus medicamentis: & qui de compoſitione eorum ſunt ſcripti. Ergo recenſitis huius methodi, qua ſanguinis profluuia quæ ad manum ſunt cures capitibus: mox ad eorum quæ ĩ alto ſunt corpore tractationẽ accingemur. Qui igitur e vaſis profluit ſanguis, aut propterea quod amplius non confluet ſiſtetur: aut quod occluſa diuiſio erit, aut etiam propter vtrũq;. id quod reor tutiſſimum. Porro confluere prohibetur & propter animi deliquiũ: & cum ad cõtraria reuellitur, & cum ad vicina deriuatur. & per refrigerationem tum corporis totius: tum vero præcipue ipſi⁹ partis afflictæ. Hac eñ ratiõe etiam frigida pota ſæpe hemorragias ſuppreſſit. Idem facit & frigida foris infuſa. Sed & puſca, & vinũ acerbum, quod ſtryphnon dicitur, aliaq; quæcũq; vel aſtringendi: vel poſtremo refrigerãdi vim habent. Clauditur ipſa diuiſio: ſi vel contrahatur cõniueatq;, id quod diuiſum eſt: vel obſtruatur. Sane contrahitur tum aſtrictione: tum refrigeratione, tum deligatura, tum vinculo exceptum. Obſtruitur vel intrinſecus: vel extrinſecus. Et intrinſecus quidem, ipſo ſanguine cõcreto. græci thrombon vocant. Extrinſecus, tum hoc ipſo: tum vero linamentis, & ſpongijs, & cruſtis, & medicamentis ijs quæ lenticia craſſicieq; ſua meatus obſerant. græci emplaſtica vocant. ad hæc corporibus ijs quæ circũiacent, propius admotis. Quorũ ſingula quẽad modum perficiantur dictũ iam eſt. At quæ de profundo ſanguinis ꝓfluuia erũpunt: ea nec vinculo, nec deligatura ſanes. veluti nec ignitis ferramentis, nec vt ſemel dicam ijs, quæ diuiſum ipſum corpus partẽue contingere machinamur. Imo per antiſpaſin, ac deriuationẽ ad vicina. præterea cibum, potionẽq;, qui & emplaſticam vim habeant, et refrigerent, & medicamenta quæ aſtringant. Habes vero vberem talium materiem, in proprijs operibus. Quæ vero a partibus indicatio ſumitur: ea cõmunibus quæ iam dicta ſunt curandi indicationib⁹.

[Margin: Νομην, vnde.]
[Margin: Anacephaleoſis.]
[Margin: Animi deliquio cõfluxum ꝓhiberi.]
[Margin: Frigidã & puſcã et vinum acerbũ ſæpe hemorragias inhibere.]
[Margin: De his ſanguinis ꝓfuſionib⁹ quæ de ꝓfundo erumpunt.]
[Margin: De indicatione a ptibus inſtrumẽtalibus.]

veluti auctarium in ſingulis affectibus accedit. ſiquidẽ inſtrumentis aliquãdo vtimur, pro partis ipſius proprietate. alijs ad vterum, alijs ad veſicam, alijs ad omnia inteſtina quæ ſunt craſſa. Quippe in hæc: per clyſterem, in vterũ: per ea, quæ metrenchytas græci vocant, idoneorum aliquid medicamentorũ infundimus. Sic & in veſicam per in directũ foratas fiſtulas. Sane rariora ex his profluuia ſanguinis fiũt. ſed tamen aliquando fiunt. & quãq̃ non profuſione ipſa periculoſa: at certe ob diuturnitatem, nõ ſine periculo. Siquidem quaternis diebus vidimus e vulua profluere ſanguinẽ, nec potuiſſe vllo remedio ſiſti: quo ad quarto die plantaginis ſucco vtentib⁹ prorſus conſtiterit. Eſt porro id medicamẽ & ad ea quæ ex eroſione excitantur ſanguinis ꝓfluuia vtiliſſimũ. cui etiam valentius aliquod hoc caſu medicamẽtũ, aliaſq; aliud, ei miſcere ſoleo. vtiq; ad totum reſpiciẽs affectum id qđ ſemper eſt faciendum. ac pro maximo documento in omnibus habendum. Nam in his ipſis quæ ex vulua, veſica, & inteſtinis profluuia citantur: æſtimari debebit ipſius profuſionis quantitas. vt videlicet hãc iam vel vt primã: vel vt ſecundam indicationẽ curationis habeamus. nec tamen obiter totius affectus non habentes rationem. Nam ſi perruptum vas aliquod magnum eſt, aut vehementer recluſum hiat: vtiq; aſtringentibus medicinis eſt opus. veluti balauſtio & hypocyſtide, et rhoe, & omphacio, & acacia, et gallis immaturis, & malicorio. Sin vel exiguũ vas eſt quod perruptũ eſt, vel modice recluſum, ſic vt nõ multus ſit qui ex eo profluit ſanguis: etiam aloe, & manna, & pini cortex, & terra lemnia, & ſpinæ egyptiæ fructus, & crocũ, & lapis ematites, aliaq; id genus ex vino nigro auſtero vtilia medicamenta ſunt. Quod ſi nec genus id vini præſto ſit, nec plantago, nec ſolanũ (quippe hæc quoq; ſunt idonea): coquem⁹ in aqua, & rubi germina, & cynoſbati. i. canini rubi, & mirti, & lentiſci, et hederæ, in ſũma omnium quibus aſtrictoria vis ieſt, ſiue radix ſit, ſiue fructus, ſiue cortex, ſiue germen. ideoq; etiam aſtringentium malorũ, maximeq; cotoneorum, itemq; mirtorum, & meſpilorum decoctum, idoneũ ad propoſita præſidium eſt. At ſi ex eroſione profluuium incidit: nõ eſt id ipſis magna ex parte profuſius. ſed exiguum, & paulatim effluens. Eoq; vel pasionis, vel andronis, vel polyide paſtillis, vtendum eſt. aut etiam (vt dictum eſt) noſtro. qui genere eandem vim optinet. cæterum magis potentem. Siſtunt enim hæc eroſionem. ſi tamen etiam toti corpori ſit cõſultum vt prius eſt dictum. Sin profuſior hæmorragia ſit: ijs quæ vehementiſſime aſtringant vtendum medicamentis eſt, quo ad vehemẽs eius impetus frangatur. mox deinde admiſcẽdi illis paſtilli ſunt. poſtea ad ipſos ſolos veniendum. cum aliquo ex ante dictis ſuccis, aut

*De plantaginis ſucco*

decoctis. At vero quæ extrinſecus profluenti particulæ admouentur, tum aſtringentia, tum citra aſtrictionem frigida: hæc ipſe veluti pleriq; medicorum non vbiq; probo, ſed mihi contra omnino q̃ fieri res poſtulat, ipſum ſanguinem intro cõpellere, ac venas quæ in alto ſunt implere videntur. Vidimus enim quoſdam eorum qui ex pulmonib⁹ ſanguinẽ reijcerent, ex thorace refrigerando manifeſte læſos. Aeque vt qui ſanguinẽ vomuerunt non nullos, poſtq̃ venter foris eſt refrigeratus. Eodem modo & eorum quibus ex naribus ſanguis profluxit, aliqui ex capitis refrigeratione deteri⁹ habuerunt. Ergo nec omnino, nec ſine diſcrimine, nec omni tempore, loca quæ circa particulã vnde ſanguis profluit ſunt poſita, refrigeranda ſuaſerim. Imo poſteaq̃ in alia prius auerteris, vt exempli gratia, in naſo, vbi ſanguinis miſſione (vt diximus) ſis vſus, vel artuum frictione deuinctioneq;, vel ad præcordia defixis cucurbitis. Quin ne ſic quidẽ ad frontem & caput illico refrigerantibus vtendũ, ſed prius eſt ad contraria reuellendũ, vtiq; affixa in ſumma ceruice cucurbita. Quippe duplex eſt ĩ ſanguinis ex naribus profuſione auerſio. Et quæ eſt ad totius corporis inferna: & quę eſt ad capitis poſteriora. Propterea videlicet qđ ipſæ nares et in ſuperiore, et in anteriore parte ſunt ſitæ. Aduerſatur autẽ ei quod ſupra eſt, id quod ĩfra: et ei quod poſt habetur, id quod ante. Verũ de ſãguinis profluuio vel hactenus dictũ abũde ſit. Patet nãq; et diapideſin quã vocant, refrigerantibus aſtringentibuſq; eſſe curandã. Et ſi propter tenuitatẽ ſanguinis aliquando incidat: craſſiore victu. Is vero cuiuſmodi ſit: dicetur in ſequentibus. Dictũq; iam ad quẽdã modũ eſt, in libro qui de attenuante victu, eſt ſcriptus. Iam vero ad memoratorum affectuum curationem eſt redeũdum. Ergo quod venæ ĩſedit vlcus, vbi ad manum eſt, eandem deſyderat curationẽ, ijs quæ in carne accidũt, de quibus duobus ante hoc voluminibus diſputaui. Nam ſiue ex recenti vulnere factũ eſt: id agendũ eſt, vt medicamẽtis ijs quæ enema vocant coeat, ſiue ex eroſione: quæcunq; dicta de rebelliũ vlcerum curatione ſunt: ea prius ratione diſcernenda, mox vt opere perficiantur, tentanda. Qui etiam vbi vinculo vas ſis complexus, aut medicamentis ſanguinẽ ſupprimẽtibus, aut ferramentis ignitis vſus, illudq; tibi curationis propoſitũ reſtet, vt quæ circa vlceris labra ſunt, carne impleas: iiſdem omnino medicamentis vtere: quæ in methodo ſinuoſorum vlcerum ſunt præcepta. De arteria tamen vulnerata, iam dictum eſt, nõ nullis medicorũ videri, non poſſe fieri, vt coeat. Atq; id aſſerunt aliqui quidem ſola experientia ſe cõtentos profeſſi, aliqui vero etiam ratione vſi eiuſmodi. Siquidem duram eſſe ac cartilagineam aiunt, alterã arteriæ tunicã, talium vero nihil poſſe in vnũ coire.

Frigida vel aſtringẽtia extriſecus admoueri, vbiq; non cõducere.

Quando refrigerantia extrinſecus admouẽda.

Diapideſeos curatio.

Curatio vlceris in venã.

Cur aliqui arteriã vulneratã coire poſſe negent.

cum ſit mollium tantū corporū in vnum coeundi habilitas. vt tum in externis videre licet, nullo nec lapide cum lapide, nec teſta cum teſta coeunte: tum vero in nobis ipſis. Quando nec cartilago cum cartilagine: nec os cum oſſe coaleſcat. Non enim fracta oſſa per vnitionē cohærent. ſed per callū eum quem pωron græci vocant, ceu glutino iunguntur. Igitur nos quoq; ab experientia noſtra primū incipiamus, in mediūq; proferamus, ea quæ ipſi viſu vſurpauimus. Vidimus enī in mulieribus, & pueris, tum conglutinatas arterias: tum carne vndiq; circundatas. Idq; in fronte, malleolo, & articulo brachij ſūmæq; manus medio. Simile quiddam aliquando & agreſti cōtigit iuueni. dum ſanguinem ſibi mittendum veris tempore curaret. quod noſtratibus maxime eſt in vſu. Cum enim medicus, qui venā inciſurus erat, brachium hominis deligaſſet: contigit attolli velut in gibbum arteriam. ita hāc pro vena medicus diuiſit. Sane breuis inciſio erat. ſanguis autem flauus, & tenuis, & feruidus ſtatim eiaculabatur. idq; cum quodā veluti ſaltu. Ac medicus quidem vt erat admodum iuuenis, & operū artis parum peritus, venam ſe inciſiſſe putabat. Ego vero cū quodā alio ex ijs qui aderant medicis, vtiq; ſeniore, vbi quod accidit aduerti: præparato ex emplaſtrorum genere quod ſanguinem ſupprimit, medicamento: tum inciſionem curioſe coniunxi: tum ſuper medicamē illico impoſui. ac ſpongiam molliſſimā extrinſecus ſuper hoc deligaui. Mirante vero qui arteriam inciderat, inſolitam noſtrā in hoc caſu prouidentiam: indicauimus homini rem factam. ſed poſteaquā inciſi hominis diuerſoriū exijſſemus. Iuſſimuſq; ne vel ſolueret nobis abſentibus: vel ante quartum diem id aggrederetur. ſed ita vt erat: deligatum haberet. ſpongiam dumtaxat deſuper madefaciens. Poſtea vero quam in quarto ſoluentes: plane conglutinatam inciſuram inuenimus: rurſus idem medicamē imponere iuſſimus. tum ſimili modo deligare. nec multis poſtea diebus ſoluere. Atq; ita percurata eſt hui⁹ hominis inciſa arteria. ſola omniū quas in cubito inciſas vidi. Nam reliquis omnibus ανeuryſma, alijs maius, alijs minus ſupuenit. Ac quēadmodum quidem aneuriſmata curare cōueniat: in progreſſu dicetur ſuo loco. vtiq; cum reliquorum omniū præter naturam tumorū, curatio tradetur. Nunc cœptam diſputationē abſoluamus. Siquidem arteriæ natura difficultatem quidem durioris tunicæ ſuæ conglutinandæ prorſus indicat, nō tamē eiuſmodi quæ euinci omnino nequeat. Neq; enim ita eſt ſicca duraq;: vt os, vel cartilago. Imo longe his mollior. ac magis carnoſa. Quo vtiq; minus de vnienda ſectione eius eſt diſperandum. vbi tum ipſa ſit parua: tum hominis corpus natura molle. Videtur autē experiētia quoq; ipſa rationi ſubſcribere. Cū & in pue-

Pωros qd. Galeni experiētia de arteria vulnerata.

Arteriæ inciſæ, curatio Galeni.

Aneuryſma.

Cur vniri aliqñ arteria poſſit.

ris, & in mulieribus, propter corporum humiditatē, & molliciā, eam viderim glutinari: & in vno iuuene, cui (vt dictum eſt) exigue erat inciſa. Cum vero ſanatu difficilior ſit arteria, q̄ vena: nō tamē eſt medicamentoꝝ admodum diuerſus in vtraqꝫ vſus. imo ſpecie plane idē, maioris minoriſqꝫ ratione euarians. Quippe tanto ſiccioribus medicamentis eget arteria, q̄ vena: quanto ipſa eſt ſuapte natura ſiccioris temperamenti, quā vena. Quod ſi carnem circa gigni eſt opus: eadem ambæ requirunt. Siquidem ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circundandis: quo in cauis vlceribus prouenire eſt traditum. At quæ in vtero, veſica, vel inteſtino venæ arteriæqꝫ ſunt: cū eadem genere medicamenta, vbi exulceratæ ſunt requirant: etiā inſtrumenta quibus infundantur metrenchytas. i. vterinum clyſteren, & ſyphonē rectum, & clyſteren deſyderant. Ad ea vero quæ in recto inteſtino ſunt vlcera: etiam per veſicam, cui ſit fiſtula ad finē annexa inijcere liquatum medicamē tepidum licet. Variabitur itaqꝫ remediorum craſſitudo, pro inſtrumentorū ſpecie. Neqꝫ enim fas eſt eiuſmodi inſtrumentis craſſa. medicamenta infundere. ſed humidiora poſtulant. Atqꝫ idcirco mediocriter plerūqꝫ calida. proinde ſicca medicamenta magis ſunt idonea: q̄ ea quæ liquabilia vocantur. Quoniā facile vel plantaginis, vel alterius eius generis ſucco miſceātur. Eiuſmodi medicamenta ſunt & crocum, & pompholyx, & aloe, & quæ cephalica græce dicuntur. In ipſo autem primo producendæ carnis tempore, quod ſuppreſſionem ſanguinis continenter excipit: etiā lemnia terra ſalutare auxilium eſt. At quæ in pulmone heſerunt vlcera, difficiliora ad curandum ſunt. Quibuſdam vero non difficilis modo eorū curatio: verum etiam quæ perfici omnino nequeat, videtur. idqꝫ tum ratione coniectantibus: tum experientia. Ratione, quoniā pulmo inter viſcera propter anhelitum perpetuo ſit in motu. cum vtiqꝫ quietem requirant, ea quæ ſint ſananda. Experientia, quod neminem vnq̄ eorum qui ita ſunt affecti, ſanatum viderint. Atqꝫ de experientia quidē (nam hinc cœpiſſe par eſt) dubitare fortaſſe licet. propter agnitionē. Nos enim vidimus alium ex eo quod maxime vocem in clamore intendiſſet, alium quod ab alto cecidiſſet, alium in paleſtra percuſſum, non ſolum ſtatim grauiſſime tuſſiuiſſe: ſed etiam ſimul cum tuſſi, alios vnam duas ve, alios plures heminas ſanguinis ſpuiſſe. Qui vero ita erant affecti, aliqui omnino ſine dolore erant: alij in pectore dolebant. Qui etiam ſanguis ijs qui doluerant, nec confertim reiectus eſt: nec multꝰ, minuſqꝫ tum ruber: tum calens. ceu e longinquo veniens. At quibus citra dolorem eſt reiectus: ijs & cōfertim, & plurimus, tum ruber, ferueuſqꝫ, expuebatur. clare docens quod nō procul veniret. Porro aliā

Vulneratæ i vtero, veſica, vel inteſtino venæ vl' arteriæ, curatio.

De pulmonis vlceribus.

Cur nō nulli pulmōis vlcera inſanabilia eſſe putarint.

Diſcretio qn̄ ſanguis a pulmone & qn̄ a thorace reijcitur

dubitationē facit, nec hanc leuem, ipſa ſanguinis ex thorace in aſperam arteriam tranſlatio. propoſitam videlicet a medicis ijs, qui trāſmitti eum per membranā, quæ pulmonē inuoluit, poſſe nō putarunt.

Indicia ſanguinē a pectore p mēbranā pulmonis trāſmitti poſſe

Forteq; niſi multis eorum qui ita ſunt affecti, tum ſtatim ortus dolor: tum vero quibuſdam eorū phlegmone ſuperueniens, quæ poſtea ſuppurauit, manifeſtum indicium prebuiſſent, in pectore cōſiſtentis affectus: pronunciaſſent ſanguinem ex pectore per fauces nunq̄ reijci. Nunc vero his indicijs confuſi, a pectore quidem venire concedunt: cætera dum aliam viam, quā per pulmonis membranulam inquirūt: multa, eaq; abſurda proferre coguntur.

Empyi.

Quāuis in his quos ἐμπύους græce vocant, ipſum pus quod medio ſpatio inter pectus, & pulmonē contineri ipſi fatentur: videant arbitror apertiſſime ex pulmone exſpui. Nos vero in ijs quibus erat in pectore tantus abſceſſus: vt etiam

Melicratō in thoracē iniectū per pulmones exſpui.

oſſium aliquid carie corrūperetur: manifeſte ipſis oſtendimus, mulſam quæ iniecta in pectus fuerat, ex pulmone exſpui. Sane nouimus in vrbe roma, loco profecto fluxionibus maxime obnoxio, eiuſmodi affectus in pectore non raro conſtitiſſe. vt neceſſe fuerit ipſum os qđ infectum fuerat excidere. in plurimis vero etiam membrana quæ coſtis intra ſubtenditur, vna cum corrupta coſta inuenitur putrefacta. Solemus ergo in curatione, mulſa per vlcus infuſa, iubere aliquando quidem vt inclinati in laborātem partem tuſſiant, ſæpe vero molliter concutere. interim etiam organo quod pus extrahit (piulcum græci

Piulcos.

vocant) educere quod intus ex mulſa reliquū eſt. Hoc facto, vbi tum pus vniuerſum, tum etiam ſaniem vlceris eluiſſe cōfidimus: mox medicamenta inijcimus. Ergo in eiuſmodi affectibus ſi quē in medio pectoris, ac pulmonis ſpatio humorem reliqueris: ſtatim hūc tuſſi eiectum contēplabere. Mirum vero profecto eſt, eos qui de via per pulmonē heſitant, quo pacto non magis heſitent, quemadmodum craſſus ſanguis in fracti oſſis callum effundat. Nam & ipſe qui infundit, non paulo naturali eſt craſſior: & cutis ſubſtātia lōge vtiq; craſſior pulmonis inuolucro eſt. Qđ igit̃ dixim⁹, cū vel caſu, vel prævalida acutaq; voce, vas aliquod in pulmone rumpitur, citraq; dolorem, confertim ſanguis floridus, multuſq; cū tuſſi expuitur: ſcire licet in viſcere vul-

Curatio vulneris alicuius in pulmone vaſis.

nus eſſe. Aggredienda vero curatio eſt, prout nos ſæpe ſum⁹ aggreſſi. quibus vtiq; raro non ſucceſſit. Igitur laboranti ipſi iniungendum eſt, vt nec magno vtatur reſpiratu, ac ſemper agat ſilentium. præterea vena quæ iuxta cubitum internaq; eſt, protinus incidenda. A qua bis

Poſcā, cruorē cōcretū reſoluere.

terq; poſtea ſanguis eſt detrahendus. vtiq; eius auertēdi cauſa. tum artus omnes fricandi vinciēdiq;. ita vti ipſi ſolemus. vbi hæc ſunt facta, primū poſca, tum diluta, tum tepida potui eſt offerēda. quo ſi quis in

viſcere thrombus .i.cruor concretus latitet: reſolutus expuatur. atq; hoc nihil vetat bis ter ve, ternis horis facere. Ab ijs vero etiã aliqd eorum quæ tum emplaſticam vim habent: tum aſtringant medicamẽtum exhibendum. idq; aut ex poſca diluta primum: aut ex malorum mirtorumve, vel alicuius eiuſmodi aſtringentium decocto. Rurſuſq; veſperi medicamen hoc ſimiliter dandum. circumciſo ſi valentior ſit: omni nutrimento. ſin aliter: ſorbitionis quod ſatis eſt, exhibendum. Maxime vero ad rem pertinebit, ſi etiam poſtero die modo fortis cubans ſit: parum ſanguinis ab inciſa iam vena rurſum detrahatur. tum victu medicamentiſq; eodem modo in quartum vſq; diem vtatur. pectore interi ſi eſtas ſit: vndiq; malino roſaceoue madefacto. ſin hiems: nardino vnguento. Quod ſi emplaſtico aliquo vti medicamento placet: habes a nobis optimum. quo etiam ad reliqua vulnera cum fiducia vtare. Cõſtat id ex bitumine & aceto, alijſq; quæ illis miſceri medicamentis ſolent: quæ enhæma barbara a medicis dicũtur. Quod ſi mulieri mederis pueroue, aut deniq; corpori quod mollis ſit carnis: quod ex chalcitide ſit, ſatis habile medicamentum fuerit. cuius vires in primo libro eorum quæ de medicamentorum compoſitione inſcripſi, explicauimus. Hac nos ratione multos ad quos ſtatim vt malum ſenſerunt acceſſimus: percurauimus. Quippe hoc maximum eſt cuiq; te attentum eſſe magnopere oportet, an videlicet ſtatim a ruptura vaſis facta curationem incipias. quo cruẽtũ adhuc vulnus priuſq̃ phlegmonẽ excitet glutines. Nam ſi ea ſemel inuaſerit, exigua ſpes eſt eius poſtea glutinandi. in longius tamen trahere poteſt tẽpus. Quod vero eiuſmodi vlcera vel difficulter, vel plane nunq̃ curari poſſint: hoc in cauſa eſt. Quod phlegmone ſoluta: eluẽda pus vlceris, & ſanies ſunt. atq; ex vtero quidem & veſica tum ſua ſponte excernuntur, quoniam videlicet pronis delabi licet: tũ elui præterea a nobis poſſunt. in pulmone neutrum omnino fieri poteſt. Quare omnibus quæ huic loco herent vlceribus, vna reliqua expurgatio eſt, ea quæ per tuſſes fit. At ſi recte his tum reliquam omnem quietem ſuaſim⁹, tum vero vt parce reſpirarent, nec quicq̃ loquerentur, vt vulnus glutinaretur iniunximus: quæ poteſt tuſſientibus eſſe ſanationis ſpes. Non igitur propterea quod in perpetuo propter reſpirationẽ motu viſcus id eſt, deſperata curatio eſt. velut qui ante nos fuere ſenſerunt. ſed propter saniei et puris vacuationem. Ideoq; ſi ſtatim quis ſit aggreſſus, ac iam dicta ratione medeatur: coeunt. ſin phlegmone prius occuparit: difficilem incertamq; curationem recipiunt. Quando pus & ſanies prorſus totaq;, ex ſpatijs in pulmone nõ expelluntur: & tuſſis ægras partes valde lacerat. At quæ ex pectore educuntur, triplex compẽdium præ ijs

Enhæma barbara.

Ante om̃ia ſeruãdũ vt recẽs vaſis in pulmõe vulnus aggrediaris.

Poſtq̃ phlegmone inuaſit parua glutinandi eſt ſpes.

Cur eiuſmodi vlcera curari vel difficulter vel nũq̃ poſſint.

Collatio vlcerũ in pectore & in pulmone.

quæ ex pulmone vacuantur, habent. Nam et vaſa ipa multo ſunt minora: & ſanies in ſpatium interi⁹ effluit. & in ſūma magis carnoſum pectus eſt: q̄ pulmo. Nam aſperæ arteriæ natura quæ admodum carnis expers ſiccaq; eſt, nulla alia animalis in parte inuenitur. quæ etiā ipſa in eiuſmodi reiectionibus rumpi ſolet. Cum ſi qua reliqua vena vel arteria ſit rupta: ipſis aſperis integris manentibus: per ſolas oſculorum (vt ſic dicam) coapertiões tranſlatio ſanguinis fit. Itaq; nec calidus in talibus, nec ruber, nec multus ſanguis emittitur. Ac videntur quidem prima ſaltem fronte leuiores eiuſmodi affect⁹. vt quæ copia vacuationis minime terreāt. Sunt vero vel ob hoc ipſum grauiores. Quippe concretus circa ruptū vas cruor: cui facilis tranſitus in aſperas arterias non eſt, glutinationem prohibet. Simili modo & tranſuerſi ſepti vulnera, quæ foras non perueniunt, in carnoſis quidē partibus ſubinde coaleſcere ſunt viſa. eius motu non obſtāte. Quæ in neruoſis eius herēt: inſanabilia ſunt. Sane difficilis grauiſq; curatio eſt etiam eoꝝ quæ in carnoſis ſunt partibus. ſi has iam phlegmone occupauit. Idq; non ipi modo diaphragmati: verum etiam omnibus q̄ intra peritoneon ſunt contenta. quod in ea ſcilicet ſanies defluat. Cæterum danda opera eſt, vt ea quacūq; ratione ſiccemus, tum per ea præſidia quæ extrinſecus imponuntur: tum per ea quæ ex aqua, vino vel tenui bibuntur. Porro horum maxime idonea ſunt, & quæ propterea quod ex ſeminibus fiunt diaſpermaton græce dicuntur, & quod ſolenne nobis eſt, quo q; in pectore perforato ſemper vtimur, quod ex caſia cōponitur. Cætera tum hæc, tū humida quædā foris applicāda, quæ eiuſmodi vulneribus ſunt accōmodata, ad tractationē de medicamētis ꝑtinēt. Hic methodos tātū tradim⁹. q̄ ꝓſidioꝝ indicēt genus. Quare ſi qñ quædā a nobis particulatim ꝓ exemplis adhibeanť: hæc addita claritatis cauſa fuiſſe exiſtimandum. Rurſus igitur propoſitas methodos repetamus. monſtremuſq; quantū generalis oīm vlceꝝ curatio, ꝑ ſingulas animalis partes ſpeciatim imuteť. Hic nāq; diſcemus ꝑcipue qdē id quod in toto ope eſt ꝓpoſitū. Nēpe minime in curationib⁹ errare. velut appēdicem vero, etiā eoꝝ q ſe methodicos vocant, audatiam. Nam ſi qd mihi, q nec ad grām quicq̄, nec ad odium loqui ſoleā eſt credendū: omniū ipſi medicoꝝ maxime a methodo alieni, damnant quatenus ſaltem ſcribāt, non ſolū reliquos veteres: ſed etiā ipm oīs nobis methodi authorem Hippocratē. Ac empiricus q̄dem oīa quæ nos per indicationes inueniri oſtēdim⁹: ea dicit per experientiā cognita. Cū vero ꝑter indicationē et experiētiā nullū inuētionis organū præterea ſit: illi neutro vtētes, tñ appellandos ſe methodicos cēſent. Ergo ſequanť nos. & nūc ſaltē oſtēdāt, vlcerib⁹ oīb⁹

Aſperā arteriā rumpi ſolere.

Nota venæ ruptæ et nō aſperæ arteriæ.

Difficultatis curādæ eius cauſa.

De trāſuerſi ſepti vulneribus.

In methodicos.

per ſingula membra curandis, vnam eſſe ſanationis rationem. Audia mus homines quo pacto vlcus curent, aut quales indicationes ab eo ſumãt. Nũ alias vllas quã qđ plenũ: cicatrice ſit inducẽdũ, ſinuoſum: carne iplẽdũ. cruẽtũ: glutinãdũ? At quo pacto iueniã qđ cicatricẽ indu cat, & qđ ipleat, & quod coaleſcere faciat? Ne labora inquiũt. Sũt eñ inuẽta. Atqui haud ſcio an recte, aut an oĩa. Fieri eñ poteſt, vt vel ex deteriorũ nota quædam inuẽta ſint, potiora inuẽta nõ ſint: vel vt quæ inuẽta eſſe videãtur: etiam ipſa ſint mala. Indeq; adeo accidere, vt que dam vlcera prorſus non ſanentur, quædam longiore ſpatio, et cũ do lore. et famis cruciatu minime neceſſario. Neq; enim audet quiſquam nouam aggredi experientiam, priuſq̃ ſibi perſuaſerit, priorem curã di rationẽ recte ſe dãnaſſe. veluti in ijs vlceribus, quæ in pulmone cõ ſiſtũt, quæ ne agnouiſſe quidẽ oĩno fas eſt, citra diſſectionũ actionũq; noticiã, quoꝝ nimirum vtrũq; aduerſantur. Cæterum concedatur ad præſẽs cognoſci ab iſtis Theſſali ſectatoribus, vlcus quod pulmoni inſederit. Nunquid igitur ſicuti hoc illis cõceſſimus: ſic etiã an quod ſordidũ ſit intellegãt, an purum, an æquale, an ſinuoſũ, an ſaniei, vel puris plenũ, concedemus. videlicet vel ex diuino afflatu, vel per in ſomniũ ea vidẽtes? an hæc quoq; quomodo agnoſcãt percõtabimur? an vero citra horũ agnitiones, pharmacũ quoduis exhibere cõcede mus? Ego nanq; exiſtimo primũ expurgandam eſſe immũdorũ vlce rum ſordem, implenda vero eſſe quæ pura, & ſinuoſa ſint. rurſus pus ſaniẽq; expurganda quib⁹ hæc circũhereant. mox ita cicatricẽ inducẽ dã. Iſti vero haud ſcio quonã modo talia vlcera ſanauerint (nã Theſ ſalus de his prorſus nõ ſcripſit, ne videlicet, vel ignorãtiã ſuã, vel in conſtantiã ꝓderet). Quippe vel rationi parũ cõſona & falſa de his di cent: vel ſi quis vera dixerit: eorũ idicationẽ ex mẽbri ſubſtãtia, præ terea ſitu formaq; accipiat neceſſe eſſe. Nã eſto vlcus in pulmone ſor didũ purũq;, & cũ phlegmone, & ſine phlegmone, & ſinuoſum, & ple nũ dignoſcere norint. etiã illud ſcire eos deẽ, quãq̃ ne ei⁹ quidẽ, tãetſi minimi inuẽtionẽ ſibi vindicẽt, nẽpe qđ tale vlcus viridi medicamẽ to expurget, Macherionis (ſi libet), vel Iſidis, (nihil eñ refert.) Re ſpõdeãt igiẽ mihi, ſi vlcus in viſcere heſerit: qđ faciẽt? Nũ viridis me dicamẽti aliqđ deuorãdũ dabũt? Oĩno ridicula res eſt. Sed dicãt vn denã medicamẽ id in pulmonẽ deferẽdũ ſciũt? Qđ ſi id quoq; ſciãt: il lud certe itelligere nõ poterũt. an ipſã vim ſuã quã i extrinſec⁹ poſitis vlcerib⁹ habuit, ſeruauerit. At eſto ſciãt hæc quoq; qđ & eandẽ tuebiẽ vim, quã i externis vlcerib⁹ optinuit: & qđ ſordes deterget, certe an tuſſim mouerit intelligere nõ poterũt. cũ tamẽ niſi ꝑ tuſſim ſordes ex purgeẽ; nullus ſit detergẽtis medicamẽti vſus. Ergo id quoq; iſtis deẽ,

at illud ſaltem effugere non poſſunt, quin diuerſam curationem in vl- cere fœmoris, & vlcere pulmonis adhibeant. Siquidem alterum aqua perluūt, alterum tuſſibus expurgant. Pone vero rurſus vlcus, quod in pulmone ſedit, craſſo eſſe pure circundatum. Nunquid tum quoq; viride medicamen exhibebunt. an mel potius lingere iubebunt? At id dicant vndenā inuenerint. Non enim profecto id reſpondebunt. quo- niam tenuandi incidendiq; vim quandam optinet. Cum ipſi a faculta tibus eiuſmodi diſquirendis vltro diffugiant. Sed nec quod empiri- cis in eiuſmodi notarum concurſu inuentum eſt, mel prodeſſe: pro- pterea iſtis, ſicuti illis, eo vti fas eſt. Primum, quod experientiam cō temnunt. deinde quod empiricus in eiuſmodi concurſu, quænam ſit in pulmone affectio ignorare ſe fatetur, cæterum quæ conducant, ſe per experientiam obſeruaſſe. At Theſſalo nō ſatis eſt curare quod omni- no non norit. ſed ab affectuū indicatione procedit. Sane ſi omnia illi ſcire donemus, ſicuti prius, non minus quā nos: at nūquā profecto ef- fugiet, quin in diuerſis corporis partibus, curatiōis ſpecies mutetur. Non enim eadem curationis ſpecies profecto eſt: aut mulſam in vte- rum propter ſordidum vlcus infundere: aut mel comedendum exhibe re, aut ſpongia vlcus detergere. Cæterum hæc adhuc parua, illa pla- ne maxima ſunt. Fingamus diutinum vlcus citra phlegmonen in mul- tis eſſe partib⁹, oculo, aure, naſo, ore, fœmore, vētre, ſede, pudendis. Fingamus & illud ſi placet, vlcus eiuſmodi vel plenum omnino eſſe, vel exiguo min⁹ plenū. Reſpōdeantq; nobis iſti ſectatores Theſſali, qui hæc nuſq̄ diſcreuit: quomodo id cicatrice tegem⁹? Nēpe eo medi- camine qđ ex cadmia cōficit. Id enim vlceri qđ in fœmore conſtitit, belle cicatricē īducere poteſt. Sed nū igitur & ei qđ in audiēdi meatu cōſtitit? Dicā fortaſſis incredibile, cæterū dijs ipſis notū. Deprehēdi aliquādo quēdā ex ſapiētib⁹ iſtis. Theſſali ſectatorib⁹, ſic vlcus medi- cantē diuturnum. Cum citius homini auris putruiſſet, ac vermes cre aſſet: quā medicamēto quod ex cadmia cōponitur, incluſum cicatrice fuiſſet. Cæterū permiſſo homine plurib⁹ dieb⁹ medicamēto ſimiliter vti: poſtea quā indies graui⁹ auris oleret, & ſanie impleretur: etiā in- credibilius quiddā, q̄ prius auſum vidim⁹. Quippe ratus meatū ipſū ī ꝓfundo cōtraxiſſe phlegmonē: cōfugit ad tetrapharmacū. qđ plane multo magis augere putredinē debuit. vt pote qđ ſiccare vlcus pror- ſus nō poteſt. maturare phlegmonē poteſt. Ergo vbi hoc medicamēto ad affectū ſanādū vno die eſt vſus, vt facile videres id maxime eſſe cō trariū: & multiplicata ſtati ſaniei vis eſt, & fetor itolerabilis obort⁹. Itaq; qui ꝓpinqui laborātis erant, contingere amplius aurē theſſaliū nō ſinebant. Ille vero præ īpudētia, ſtulticiaq; volebat nō modo me-

Auris cu- iuſdā a me- thodicis cu rata.

dicamenti tetrapharmaci aliquid inijcere: verum etiam extrinſecus cataplaſma relaxans imponere. At cum eum propinqui hominis abigerent, timerentq́ ne in magno periculo æger foret: nos vnum diem amplius permitti Theſſalio aſino curationem exorauimus. Erat autem profecto poſtridie, tum ſanies multo copioſior futura: tum odor grauiſſimus. quo die tentaui an fieri poſſet vt ſententiam Theſſalij aſelli mutarem. ne omnes perderet ægros. imo aliquos iam tãetſi paucos ſeruare aliquando poſſet. tam aliena ſcilicet ab omni vera methodo deſerta ſecta. Ergo ſic agere cum homine ſum orſus. Nunquid inq̃ phlegmone eſſe videtur in intimo meatu. proinde relaxantibus vteris auxilijs? Ille tum ita eſſe magnopere contendit: tum aliter eſſe nõ poſſe. An igitur (inquã) aliquando vlcus quod cum phlegmone coniunctum eſſet, aceto acerrimo cũ glaucio curatũ vidiſti? Minime gentium (inquit) imo ſiquis paſtillis andronijs ex aceto liquatis vtatur: etiam conuulſionem fortaſſe accerſat. Ergo (inquam) ſi quis alio quopiam medicamento, quod ſit andronis multo valentius, ex acerrimo aceto vtetur: idq́ ad aurem ita propinquam cerebro inuolucriſq́ eius particulam: nũquid plane te authore conuulſionem accerſet, ſi phlegmone præſertim aliqua ſubſit? Hæc tum ipſi, tum his qui aſtabãt vniuerſis recte dici ſunt viſa. Ergo quantum inquam ad ipſarum partium habitum ſpectat, quæ ea quæ ad ſummum ſiccent deſyderant, tametſi nunc curatione tua ſint veluti effœminatæ: iam tali medicamento vterer. Nunc quoniam plures iam dies male ipſas aſſuefeciſti: trãſferre eas ad contrarium vno impetu & ſemel non licet. Nam tibi ac Theſſalo contẽnere conſuetudinem licet. nõ minus quã partium naturam. nobis non licet. Sed primo die aceto vtar cum glaucio. ſecundo vtar andronio. tertio ad valentius aliquod: q̃ ipſum ſit andronium, tranſibo. Atq́ hoc tribus quatuor ve diebus vſus: ſi mihi vehementius etiã medicamentum requirere vlcus videbitur: eo vti non dubitabo. Extrinſecus vero inquã imponã capiti ea parti qua auris infeſtatur, non me hercules ſicuti tu, cataplaſma quod relaxare poteſt. ſed eorum medicamentorum aliquod, quæ vehementiſſime ſiccare poſſunt. cuiuſmodi eſt quod ex ſalice cõficitur. aut etiam ipſum andronium ex aceto illiniam. aut ex ijs aliquid quæ hoc magis ſiccent. Nam quoniam particula cui medemur ſicciſſima eſt: neceſſe eſt valentiſſime ſiccetur. Indicat enim veluti vitium ipſum vt curetur, ſibi applicandũ eſſe contrarium: ſic particula ipſa quod ſit ſibi ſimillimũ. Itaq́ et prout dixi, egi. ſanauiq́ hominem. nullo potentiore requiſito remedio. Quibuſdam vero qui potentiora deſyderabant, quib⁹ vno altero ve anno vlcus aurem infeſtauerat: valentius omnibus iam dictis medicamẽtum

Galeni auris vlceratæ curatio.

Medicamẽ tũ ex ferri ſcoria valẽter ſiccans.

adhibuimus. id fuit ferri ſcoria tunſa. cribrataq; tenuiſſimo cribro. mox in tenuiſſimum veluti pollinẽ leuigata. poſt cum acerrimo aceto ad mellis ſordiũq; craſſitudinẽ cocta. Conſtat autẽ multiplex eſſe debere in mixtione acetum. Verũ quod ſæpe iam dixi, materiæ medicamentorum copiam ex alijs cõmentarijs petes. Nunc quæ ad methodũ ſpectant, abſoluantur. Nam audiendi locus quoniã eſt ſicciſſimus: idcirco medicamentis eget, quæ vehementiſſime ſiccent. Quorũ nullũ, reliquarum partiũ cuiuis applicaſſe expedit. Sed oculo exulcerato, collyriũ fortaſſe qđ ex thure cõficitur. Naribus vero qđ multo ſane magis ſiccet, quã vt oculis cõueniat. minus vero quã vt auri quadret. Itaq; & prius cõprehenſi oẽs paſtilli, vtiles ſunt. & medicamẽ quod ad muſam refertur. aliaq; generis eiuſdẽ. Vlcerũ vero quæ in ore accidunt, quæcũq; admodũ ſunt humida, ea medicamẽtis egent quæ vehemẽter ſiccent. veluti diphrige, tum ipſo per ſe, tũ ex melle & vino, et mulſo. Præterea ea quæ iris dicitur. & quæ anthera. hiſq; vel ſiccis: vel ex melle. vel mulſo. vel vino. Vtile vero ad talia eſt, et muſæ medicamen. Præterea rhois ſuccus. et omphacium. aliaq; quæcũq; ſtrenue ſiccant. Quid enim materias percenſendo morer. At quæ ſimpliciora oris vlcera ſunt: hæc ſanare cõmode poſſunt etiã medicamẽta quæ modice ſiccant. veluti hæc ipſa quæ ꝓpterea quod in aſſiduo ſunt vſu: ſtomatica græce ſunt dicta. Ea ſunt quod ex moris conficitur. et quod ex rubi fructu. & quod ex ſucco corticis iuglandium viridis. Atq; etiam his magis qđ ex muſto, & cupreſſi ſpherulis cõponitur. Quæ vero ĩ ore admodum humida vlcera ſunt, proximeq; oſſa vnde carie tentari oſſa periclitentur: hæc propter oſſium naturam, quæ ſicca eſt, vehementiſſimis medicamentis indigent. Itaq; ego iam comprehẽſos paſtillos ſemp leuigo. ac ſiccũ ipſum medicamẽtũ ſuper impono. Porro dicta paulo ante ſunt, et ad veſicam, & vterum, & inteſtina, et pulmonem idonea medicamentorum genera, quibus ſit in ſingulis vtẽdum. genere quidem medicamenti ab ipſa curandarum partium ſubſtantia deſumpto. ſed cum affectu prius etiam æſtimato. modo vero vtendi eius tum a forma, tum etiam ſitu. Hinc nanq; excogitati ſunt, & oricularij clyſteres, quos contenchytas vocant. & vteri clyſteres, quas metrenchytas, & recti ſyphones, quibus in veſicam aliquid infunditur. quos catheteras dicunt. & ipſi clyſteres. Hinc rurſus quæ in ventriculo pectore & pulmone, vlcera conſtitere: per ea quæ eduntur, ac bibuntur eſſe curanda. Quæ vero in inteſtinis bifariam. Nam quæ vicina ventriculo ſunt: his per comeſta, & bibita ſuccurritur. Quæ vero inferius ſunt ſita: per ea quæ inijciuntur. Quando neq; ad ea quæ vicina ventriculo ſunt. ſubire poteſt quod

Redit ad methodum
Audiẽdi locus ſicciſſimus.
Quæ oclo exulcerato cõueniant.
Quæ naribus.
Quæ vlcerib⁹ in ore.
Stomatica.
Quæ ad veſicã vterum & inteſtina
Gen⁹ medicamẽti a ꝑtis ſubſtantia & affectu
Modus vtẽdi a figura et ſitu.

per ſedem infunditur: nec integris viribus ad inferiora pertingere, quod per os ſit ingeſtum. Ideoq; etiam quæ vlcera in thorace, & pulmone conſiſtunt: tum difficilius, ijs quæ ſunt in ventriculo ſanantur, vt quorũ ſitus longius abſit, atq; idcirco medicamentorũ vis remittatur: tum propter hoc ipſum, multo valentiora, ea quæ deuorẽtur præſidia requirũt: quã ſi ipſis ſtatim vlceribus admouerẽtur. Indeq; adeo excogitata medicis ſunt. vbi expurgãdum ex pectore & pulmone pus eſt, fortiſſima, quæq; maxiẽ diſſecent pharmaca. taliaq; omnino, quæ ſi vlcus in ventriculo eſſet: ipſum exacerbarent. Quin etiã quod hæc per tuſſes expurgentur, nõ aliunde quã ex forma particularum eſt de ſumptũ. Quod hæ nullum talem exitũ habeant: qualẽ vterus, veſica, ſedes, auris, naſus, et os. Hinc etiã fit, quod vẽtriculus vtrinq; expurgari poſſit. ſurſum per vomitũ, deorſum ſecundum naturam. Quippe hoc genus indicationũ. ab inſtrumentalibus quatenus inſtrumentalia ſunt, eſt ſumptum. Sicuti quæ ſiccandum eſſe docent, ab ipſarũ ſimilarium ſubſtantia ſumuntur. Ab ipſis vero morbis rurſus tales. veluti ab vlceribus (quoniã de ijs diſputatio erat) & quod ſiccanda ſint vt ſupra eſt cõprehenſum: & quod qui e vẽtriculo eluere pus volunt, non ſine periculo vomitum mouent. Sicuti ſi aliter infixam illi pituitam per oxymeli, ac radiculam detergerent. ſed tutius deiectione vtũtur. Cum vomenti periculum ſit, & ne quod exulceratum eſt, dilaceret: & ſuccum quẽpiam inutilem ex vicinis attrahat. Quo nomine (vt dixi) et vlcera quæ pulmoni inſident, difficillima ſanatu ſunt. vt quæ nec citra tuſſim expurgare poſſis: & ſi tuſſim excites laceraueris. Itaq; quaſi per mutuas operas, malum ijs in orbem redit. Quippe cum quæ lacerata ſunt, rurſus phlegmonen excitent: ſecundo rurſus phlegmonẽ ipſam maturari, & pus expurgari deſyderant. Quare ex omnibus ſanandi difficultas his exoritur. Et quod ea quæ idonea vlceribus medicamenta ſunt, contingere vlcus. ſicuti in ventriculo non poſſunt: & qđ per mediũ interuallũ fere vim ſuam amittunt. & præterea quod reſpirando mouentur. & tuſſiendo lacerantur. Itaq; cum in pulmone ruptũ vas eſt: ſcire aperte licet, niſi protin⁹ ante quã phlegmone excitetur glutinatum ſit: id poſtea inſanabile fore. Cæterum vlcera quæ in aſperæ arteriæ interiore ſunt tunica, & potiſſimum quæ ſummæ eius parti quam laringa vocant, ſunt vicina, aut etiam in ipſa: hæc & curationem recipiunt: & nos nõ paucos eorum qui ita ſunt afflicti ſanauimus. Sane curationem eorum hinc maxime inuenimus. In grauis huius peſtilentiæ initio quæ vtinam aliquando ceſſet iuueni cuidam, cũ nouẽ iam dies ægrotaſſet, totũ corpus vlceribus ſcatebat, veluti omnibus fere qui euaſerant. eo die etiam tuſſiebat pau-

Quæ deuorata per os ſunt nõ poſſe integris viribus ad inferiora ꝑtingere.

Ad vlcera pulmonis et pectoris purganda, fortiſſia eẽ excogitata.

Cur pulmo et pect⁹ per tuſſes purgentur.

Ventriculũ dupliciter purgari.

Non eſſe pus e vẽtriculo purgãdũ per vomitum.

Cur vlcera pulmonis difficilia curatu.

Ruptum ĩ pulmone vas poſt phlegmonẽ excitatũ inſanabile.

Aſpe arteriæ interioris tunice, et larigis vlcera ſanari.

De iuuene qui ephelcida tuſſi expuit.

Ephelcis.

lulum. poſtridie vero vbi ſe lauerat: illico & vehemẽtius tuſſiuit, & tuſſi expulit cruſtulã quã græce ephelcida vocant. eratq; homini ſenſus manifeſtus vlceris in aſpera quæ ĩ collo eſt arteria, ꝓpe iugulum nati. Quin aperto quoq; hominis ore, fauces eius inſpexim⁹, nũquid in ijs alicubi vlcus eſſet. ſed nec ſic inſpectantib⁹ apparuit vitium, & plane laboranti ſenſus eius aliquis manifeſtus, ex comeſtorũ bibitorumq; tranſitu fuiſſet: ſi illic vlcus fuiſſet. Quinetiã ex aceto & ſynapi certioris noticiæ cauſa, quædam ei deuoranda dedimus. ſed nec horũ quicquã eũ momordit. & ſenſus doloris manifeſte in collo erat. Quo loco etiam adeo irritabatur: vt tuſſire impelleretur. Suaſimus itaq; reniti quantum poſſet. nec tuſſire. quod & fecit. eo certe facilius, quod exiguũ erat quod proritabat. & nos omnibus modis operã dedimus, vt vlcus ad cicatricem perueniret. foris medicamẽtum aliquod quod ſiccaret imponentes. tum cubanti ſupino, humidũ aliquod ex ijs medicamentis quæ ad eiuſmodi vlcus facerent, exhibentes. ac iubentes id in ore cõtinere. paulatimq; permittere in aſperã arteriam defluere. Sic igitur faciens, ſentire ſe manifeſte aiebat aſtringentis medicamẽti circa vlcus vim. Siue ea vis huc tranſmiſſa eſt: ſiue medicamẽ ipſum roris ſpecie in arteriam defluxit & tanq̃ percolatum eſt. Erat autẽ nec æger ipſe medicinæ imperitus. ſed ex ijs quidam, qui ex vſu et exercitatione empirice medicabantur. Ergo ſentire ſe aiebat, tũ medicamentum in arteriam defluere: tum tuſſim quoq; aliquando mouere. Obluctabatur tamẽ plurimũ. ac tuſſim cohibuit. Igitur ipſe quoq; ſua ſpõte, Romæ quidẽ vbi correptus fuerat, triduũ etiãnũ poſt nonũ diem eſt moratus. poſt hoc cõſcenſo nauigio: primũ per flumẽ ad mare nauigauit. quarto die poſt, ꝑuenit ad Tabias. vſuſq; eſt lacte, qđ & mirificã plane vim habet, nec ſine cauſa prædicatur. De cuius vſu aliquid dicere, oblatũ nunc tẽpus videtur. nec de eo tantũ quod apud Tabias habetur: verum etiam alio omni. Neq; enim ijs modo qui italiam incolunt, eſt ſuccurrendum: ſed quoad fieri poteſt, qui vbiuis habitant gentium. Igitur ad lac quod in tabijs habetur cõmendandum, multa concurrunt. & locus ipſe ſatis editus: & aer illi circundatus ſiccus. & paſcuũ pecoribus ſalubre. Atq; hoc quidẽ alibi quoq; arte præparare licebit. ſi quis in colle modice edito herbas fruticeſq; ſerat, qui ſalubre ſimul aſtringenſq; lac reddant. Quorũ exempla paulo poſt dicẽtur. Cæterum vt ambientẽ aera ſimilem reddas: fieri omnino nequit. Eligere tamen ſimillimũ ex ea quæ datur aerum copia licet. Simillimus autem is fuerit cui eadem adſunt, quæ illi. Altitudo collis mediocris, via a mari ad ipſũ triginta ſtadia. ampliuſq; aliquid. ſed nõ multo. Locus autẽ ipſe verſus mare. Nempe Tabiæ in imo maxime ſinu

Curatio iuuenis.

Lac tabiarum merito laudatum.

Quæ lac tabiarũ tã vtile reddant.

Deſcriptio tabiarum.

eſt.qui inter ſurrentum & Neapolim cōſpicitur.magis tamē in latere quod ad Surrētū pertinet. Porro totū id latus, collis eſt ſatis magn⁹. longitudine ad Tyrrenū mare porrectus. Inflectitur autē leuiter collis hic ad occaſum.nec in meridiem in totū plane procurrit. Ergo hic collis a ventis ijs, qui ab ortu flant, Euro, Subſolano, & Borea tutum defendit ſinū. Cōiungitur illi in imo ſinu, alter collis nō paruus.quē et veteres romani in hiſtorijs: & qui nūc diligentiores ſunt, Veſuuiū nominant. Celebre nunc nouūq; nomē Veſuium eſt, omnibus hominibus notū, propter ignē qui in eo ex terra ſūmittitur. Quæ res nō parum mihi ad ambientis aeris ſiccitatem conducere videtur. & alioqui præter ipſum ignē, nec ſtagnū, nec palus, nec fluuius alicuius momēti vſquā in ſinu habetur. Omnibus vero vētis qui ab arcto ad æſtiuū occaſum pflant, Veſuuius collis obijcitur. multuſq; cinis ab eo ad mare vſq; peruenit. reliquiæ videlicet materiæ, tum quæ in eo combuſta eſt: tum quæ nunc etiā vritur. Omnia hæc aerē efficiunt ſiccum. Licet porro & alibi terrarū eligere collem ſimili modo ſiccum. ſcilicet nec longe a mari, nec adeo magnū: vt ventis ſit expoſitus. nec adeo humilem: vt ſubiectorū camporū halitū prompte recipiat. Seruetur autem ne ad ſeptētrionē ſit verſus. ita enim erit auerſus a ſole. Quod ſi etiam in tēperato orbis loco collis ſit, veluti is qui ad Tabias conſpicitur: longe magis ad rē pertineat. Hoc in colle ſunto herbæ quidem Agroſtis, & Lotus, & Polygonon & Meliſſophyllon. Frutices vero Lentiſcus. & Arbutus. & Rubus. & Edera. & Cytiſus. alijq; his ſimiles. Atq; ita tibi collis præparet. Pecora vero quæ in colle ad Tabias paſcuntur, boues ſunt. Eſtq; eius animalis lac ſpiſſum: ita vt aſinorum tenue. Ego vero ne quod lactis genus vſui deſit, ex vaccis craſſum, ex aſinis tenue, ex capris medium: & boues & aſinos, & capras ī paſcua depuleri. Veteres vero etiam mulierē lactantem ijs qui phthoe cōſumerentur, adſtare voluerunt. Quorum ſententiæ ipſe quoq; accedo, et quod familiare id ſit: & quod priuſq̄ ab ambiēte refrigeretur, id ſumi voluerint. Porro hoc tibi de lactis vſu pro maximo præcepto ſit: vt hi quibus eo eſt opus, oīno id adſtāte animali ſtatim mulctū bibant. etiā melle iniecto. ſi cui cogi in ventriculo ſolet. Qđ ſi ipſum deſcendere ad aluū citius cupis: etiā ſale. Atq; ille quidē adoleſcens cū vlcus in arteria ex peſtilēti morbo haberet, ſanatus eſt. ac poſt eū ſimiliter alij. Alter vero adoleſcēs annos natus circiter decē & octo, cū multis diebus ex deſtillatione laboraſſet: primū quidē ſanguinē floridū cū tuſſi expuit. non ſane multū. poſtea vero etiam tunicæ ipſius partem; quæ tegēs intrinſecus arteriā, in fauces & os per ipſū arteriæ caput, (laringa vocant) aſcendit. Videbatur autem mihi tum ex craſſitudi-

Veſuuius mons.

Quæ in Veſuuio ad aeris ſiccitatē cōpetant.

Herbæ & frutices idonei.

Lactis aſinæ, vaccæ, et capræ collatio.

Maximum pceptū de lactis vſu.

Mel & ſal cur in lacī ijciantur.

De iuuene q ex catarro ſāguinē reiecit.

Larinx.

ne eius coniectanti: tum ægri ſenſu: ipſius laringis eſſe interna tunica. Quinetiā læſa illi ex eo vox eſt. Atqꝫ hic quoqꝫ lōgiore quidē tēpore, ſed tamē ſanatus eſt. Cæterū qui ex peſtilētia hoc vitio laborarūt: ꝓpterea mihi facile ſanati videntur, qđ præſiccatum ijs, præpurgatūqꝫ totū corpus fuerit. Quippe cū & vomuerunt ex ijs nōnulli: & oībus vēter ꝓfluxerit. Atqꝫ cū ita iā vacuati eſſent: ijs qui euaſuri erant, puſtule quas exanthemata vocant, nigræ toto corpore cōferti multæ apparuerūt. vlceroſæ quidē plurimis. oīb⁹ certe ſiccæ. Eratqꝫ ituēti perſpicuū reliquias eas eſſe ſāguinis, q in febri putruerat. quas veluti cinerē quēpiā natura ad cutim truſiſſet. Sicuti alia ex ſupuacuis nōnulla trudit. Verū medicamētis ad eiuſmodi exanthemata opus non fuit. Cū ſiderēt ſua ſpōte ad hunc modū. Alijs quidē quib⁹ videlicet exulcerata ſūma pars fuit: decidit ipſa vlceris cruſtula quā ephelcida nomināt. deincepſqꝫ qđ reliquū fuit, ꝓpinquū ſanitati erat. Ac poſt vnū duos ve dies ad cicatricē ꝑuenit. Alijs quib⁹ ſcilicet vlcerata ſūmitas nō eſt, exanthema quidē ipſum, & aſperū, & ſcabioſum erat. Decidit vero veluti ſquama quædā, ac dehīc oēs fuere ſani. Nihil itaqꝫ miri ſi etiā hi quib⁹ eiuſmodi exanthemata in pulmone ſunt orta: ꝓpter vlcerū ſiccitatē ſunt ſanati. Quod nāqꝫ in cæteris vlcerib⁹ vniuerſis ſupra monſtrauimus curationis eſſe ꝓpoſitū: hoc iam ijs quæ ex peſtilētia ſunt orta, præſto fuit. Omnia nāqꝫ ſicca & aſpera fuere. plurima quidē ſcabiei. quædā vero etiā lepræ ſimilia. Ergo cū experiētia rationi atteſtetur, vlcerū curationē hunc vnū habere finē, vt ſiccentꝫ: poterit quiſpiam ex ijs qui ſanguinē ex pulmone reijciunt ſeruare permultos. ita vt nos fecimus. Ac quēadmodū quidē medendum ijs ſit, qui notabile in pulmone vas fregerunt, inde adeo quod ab alto ſint lapſi, vel immodice clamarint, vel pondus ſupra vires ſuſtulerint, vel qđ durum magnūqꝫ aliquid extrinſecus ipſorū pectori inciderit: dictum prius eſt. Quēadmodū vero qui ex catarro ſanguinē reijciunt, cōmodiſſime tractentur: nunc dicemus. ꝓpoſita claritatis cauſa curatione, quā Romæ in ſplendida muliere, peregimus. Hæc nāqꝫ cum eiuſmodi ſermones audiſſet, quales nunc de ijs qui ſanguinem ex pulmone reijciunt, habuimus: ſiue ex catarro id, ſiue vehementi tuſſi paulūlum quiddam quod per noctem expuerat, illico ad me miſit. ſe quicquid exigerem prebituram promittens. Audiuerat vero ante id tempus, niſi quis illico præſidium ſtrenue afferret, priuſq̃ vlcus phlegmonen contraheret: eum operam amiſſurum. atqꝫ hanc eſſe præcipuam eorum qui ſanguinem reijciunt interitus cauſam. Igitur incidere mulieri venam, quæ iam quatriduum propter catarrum propemodum ſine cibo egiſſet, non placuit. ſed iuſſi vt acri vteretur clyſteri, tum crura

Cur his q ex peſtilentia laborarūt facile vlcus ſit curatum.

Deſcriptio peſtilētiæ.

Ephelcis quid.

Qui ex catarro ſāguinē reijciūt, quomō tractandi.

De ſplendida Romæ muliere q̃ ſanguinem reiecit.

Curatio Galeni.

manuſq; calfacienti pharmaco plurimum fricaret.vinciret. mox caput raderet. cui deinde medicamẽ quod ex palumbium ſtercore cõſtat, impoſui.interpoſitiſq; tribus horis, in balneũ duxi. ac laui. nullo caput cõtingẽs pingui. Dein pro eo qui tum erat tẽporis ſtatu, caput idoneo pileo cõtexi.nutriuiq; ſola ſorbitiõe.poſt quã ſtatim fructum aliquem auſterum dedi. Deinde cum dormitura eſſet, quod ex viperis conficitur medicamentum dedi. (Theriacen vocãt), circiter quatuor menſes ante confectũ. Habet eñ id etatis adhuc p̃ualentẽ papaueris ſuccũ.qui in antiquatis ignauus reddit̃. ideoq; & ſomniferũ eſt, & fluxiões tum ſiccat, tum leuiter craſſat. Finito vero prorſus catarro, liquido apparebat, tum ex reſpirandi ſpecie: tum ſonitu ſemel excitatæ tuſſis, pulmonẽ purgatione egere. Cæterũ exhibere hãc nõ placuit ſecũdo ſaltem die.ſed in omni taciturnitate.& quiete muliere ſeruata, tum artub⁹ ei⁹ p̃fricatis vinctiſq;: iuſſi reliquas quoq; omnes partes p̃fricari.excepto capite.quod adhuc ex medicamento incalu erat.rurſus aũt veſpi dedi Theriaces, ceu fabæ noſtratis magnitudinem. Erat vero quod pridie acceperat, hoc longe amplius. Poſtea vero q̃ hac quoq; nocte probe dormiuiſſet: tertio die mane mel coctũ copioſe exhibui.ac in quiete ſeruaui. Procedẽte vero die, totũ corpus ſimiliter p̃fricui.ac ptiſſanæ cremorẽ cũ pane exiguo p̱ cibo ſumere iuſſi. Mox quarto die mane qdẽ, dedi medicamẽtũ quod ex viperis fit. ſed qđ iã in etate vigoris eſſet.idq; cũ copioſo melle. Capiti vero mulieris eodẽ pharmaco quod vehemẽter tum ſiccat, tum calefacit impoſito.ac deinde ip̃a lota nutritaq; modice: valentius iã pulmonẽ expurgare in quinto ſum aggreſſus. Ac dehic rurſum rurſũq; ex interuallo ad caput qdẽ cõſueto cerato quod Thapſian recipit ſum vſus. Lotam vero corporis curã, in geſtatione, frictione, ambulatiõe, lauãdi q; abſtinentia, ac victu tum moderato: tum vero boni ſucci ad reficiẽdum direxi. Hæc itaq; mulier recte ſe habuit. minime lactis opem requirens. Alteri vero adoleſcenti cui non ex deſtillatione, ſed ex refrigeratis ſpirit⁹ inſtrumẽtis orta tuſſis fuerat, cũ ſanguinẽ & ip̃e ad dimidiã heminã reijceret: ſtatim venã incidi. ac bis eodẽ die ex ea ſanguinẽ detraxi. Deinde rurſ⁹ poſtridie bis. ſed artuũ frictiõe & vinctura priore die vſus, ad veſperã dedi pharmacũ noſtrũ quod diaſpermaton dicit̃. Secũdo die poſt alterã detractionẽ impoſui toti pectori ceratũ, quod ex thapſia cõficit̃. Mox veſperi ne ſupra modũ calfaceret id auferẽs. Tertio die rurſus ad tris horas ĩpoſito: hoĩem laui. Cibaui aũt ſilr trib⁹ his dieb⁹. priorib⁹ qdẽ duobus, ſorbitiũculis, tertio vero ptiſſanæ primũ cremore, deinde piſce ſtatim aliquo, q et facilis cõcoctu eẽt: & ſimplici rõne p̱parat⁹, adiecto. Dedi quoq; medi-

Theriacen q̃tuor mẽſium ſõniferũ eẽ & fluxiões ſiccare, & leuiter craſſare

De iuuene q ex refrigeratis ſp̃us iſtrumẽtis, ſãguinẽ reiecerat.

Curatio galeni.

Diaſp̃maton galeni.

Diaſpmaton quæ faciat.
Eorum quos phlegmōe ſic occupauit vt febricitarēt nullus eſt pſanatus.
Qui diuti⁹ vixerūt.
Qui inſanabiles ex hiſ q in pulmone vlc⁹ hñt. & cur.
Quid maxime idq; iter īitia his cauendū.
Ne quid ex capite ī pulmonē decidat, triplex pſidiū
Pilulæ galeni ad plures excremētorum purgādas ſpēs
De mittendo his ſanguine pceceptū.

camentum diaſpmaton, & ſecūdo & tertio die ſimiliter ad veſperam. Quippe quod & ſomnū conciliat:& ſenſum doloris eleuat.& ſiccādi vim habet.Tum vero cū & ſpiritui delegatæ partes in naturali tēperamento eſſent, et totū corpus vacuatū, ac nulla phlegmones ſuſpicio circa ruptū vas ſupeſſet:expurgare cœpimus.Mox bibito medicamēto quod viperas habet etatis iam maturæ:ad Tabias dimiſi. ſic ego oēs qui primo ſe die mihi curādos pmiſerūt, ſanaui. Qui vero poſt duos, aut tris, non oēs.ſed aliquibus eorum inſanabile vlcus fuit. Quotquot aūt phlegmone ſic occupauit:vt iam febricitarēt:horum nullus eſt in totū pſanatus.Sed qui poſtea ſic p oīa pſidia rite tranſierunt:vt ſiccaret vlcus:hi tantū ſaltē lucrifecerūt, vt illud nec vltra pgrederet:nec maius fieret.ſed ſiccatum ac callo duratum:longiore vita frui, hoiem ſineret. Ex his vero qui vlcus in pulmone habēt, hi demum inſanabiles mihi eſſe videntur, qui ex ſucci vitioſi eroſione id poſſident.quorum aliqui ceu ſalſilaginem ſputū ſuū ſentire ſe aiūt.Nam longo arbitror tēpore omnino opus eſſe vt ſucci corrigat vitiū.In tēpore vero neceſſe eſt duorum alterum, aut ſiccando vlcus ceu callū fieri, eoq; fore omnino inſanabile:aut non ſiccādo tum ipm putreſcere, tum quæ circa ſunt depaſcere. atq; ita ſpatio pulmones putrefacere. Porro multi ex ijs q eiuſmodi ſuccū vitioſum congeſſiſſent, cū ex eo tuſſirent, nō tamen etiānum ſanguinē reijcerent:hui⁹ noſtræ puidentiæ compotes facti:prorſus ſunt perſanati.Oportet aūt in principio nullius rei æque eſſe ſollicitū:quā vt neq; tuſſiāt:neq; ex capite aliqd in pulmonē defluat. Cauet id triplici præſidio.purgatiōe primū, ſecundo medicamine, quod diaſpermaton dicit.tertio ipſi capiti prouidendo.Quod purget, diuerſas facultates habeat oportet.cuius generis noſtræ ſunt pilulæ, quæ ex Aloe, Scamonia, Colocynthide, Agarico, Bdellio, & Gūmi arabico cōficiūtur.ad plures videlicet excremētorum purgandas ſpecies.Sane ſatiſfaciant ad vſum, & quæ ſine gūmi cōponūtur.Poſtea vero ſi res poſtulabit, etiam ijs quæ nigrā bilem expurgēt vtare. Capiti prouidebit, cerati vſu qd fit ex thapſia. Atq; hæc quidem in principio pagenda ſunt. Poſt vero reficiendus æger ſalubriter eſt, cibis boni ſucci.frictione. inambulatione & balneo.Tradetur aūt de his methodus, in idoneo operis loco. Porro hi ſunt qui maxime lac requirūt neglectoq; eo:omniū maxime ſunt inſanabiles.Cæterū de mittendo his ſanguine, ſcire illud licet.Quicunq; parū habere ſanguinis videbūtur, his ad quēdam ſuccum probiorē, ſicuti pdixi reductis:detrahere ſanguinem poteris.tum rurſus reficere.eoſdem etiā rurſus purgare.ac rurſus reficere.denuoq; ſi res ſuadet ſanguinem mittere.potiſſimū quibus veluti limus quidā vitioſus &

craſſus, totus eſt ſanguis. At qui validi ſunt multiq́ ſãguinis: his ſtatim a principio eſt detrahendus. hoꝝ quæ retuli vel modo, vel ante, ſiue ea inueni ĩpe: ſiue iuxta Hippocratis viam vſurpaui: nihil plane nõ examinatũ, ac iudicio comprobatum eſt. ſed per experiẽtiã oĩa iudicata. In quibus erroris pericula ĩpi pertulimus. Fructum ex eoꝝ vſu habituri ſunt, quibuſcũq́ artis opera ſunt curæ. Siquidẽ alij veri ſunt, alij ſophiſtarũ ſermones. Quãq̃ quid ſophiſtas memoro? Cum etiã nõ cõtemnendoꝝ medicoꝝ aliqui, etiã qui integra volumina de ſanguinis reiectione prodiderunt, alia quidem multa & parua recte perſcripſerint, maximoꝝ aũt auxilioꝝ nullius meminerint. parũ intellegentes, permulta illa & parua quæ recte admonẽt, longum ipſis ægrotis comparandum interitũ. Per hæc aũt tria, qui plane deplorati nõ ſunt, oẽs ſeruanẽ. per ſanguinis miſſionẽ. & purgationẽ. & ea q̃ caput roborant. Sane in ſequentibꝰ. cũ de ſuccoꝝ curatione ꝑcipiemus: dicemus de ſanguinis miſſione diligẽtius. Minime igitur ſicuti medicoꝝ nõnulli cẽſent, a paruis incipiẽdum auxilijs eſt. Nec ſicut illi dicũt ſentiẽdũ. iſta ſcilicet prius eſſe tentanda. mox ſi nihil profecerint: aggredienda maiora. Nã in morbis, in quibꝰ periculũ nõ impẽdet: vera ea opinio eſt. at vbi moriẽdũ ægro prorſus eſt, ſi phthoe ſemel exceptus ſit: alieniſſimũ a ratiõe eſt, a minoribꝰ inchoaſſe. Nã
„ ſicuti reliqua oĩa ab Hippocrate tradita: ita illa quoq́ ſentẽtia recte
„ eſt dicta. Nempe ad vltimos morbos vltima prorſus remedia maxima valere. Quanã igitur inductus opinione Eraſiſtratus in taliũ affectuũ principio, ſegnis tarduſq́ eſt, poſt diligens cum perijt occaſio? Nam ſanguinis miſſione, cũ ſanguis reijcitur, nuſq̃ prorſus vtitur. vitioſiſſima ratione inductus, ſed nec purgat queq̃, nec caput ſiccat. Quibus nimirũ ſi quis phthoe occupari periclitãtes fraudet: q̃uis reliqua omnia probe peragat: nihilo plus arbitror agat. Nã ſanguinẽ mittere recuſat, ac ſolis artuũ deuinctionibus ad eũ auocandũ vtitur, quo vt ipſemet ait, ad phlegmones tẽpora ſat nobis ſanguinis ſuperſit. nec ꝓpter inopiã eius ægrum nutrire cogamur. Sed heus tu Eraſiſtrate dicat arbitror aliquis. ſi poſt venã ruptã phlegmone iam pulmonẽ occuparit: nõ eſt quod ſperes hominẽ ſanandũ. propter ipſas quas paulo ante cõprehẽdi rationes. Quare amplius opera tua nõ egebit. ꝑditus videlicet p te inter initia. Quippe idẽ facis quod gubernator, qui vbi per eius incuriam periclitata nauis eſt. nautaꝝ cuipiam aſſerem in manũ dat. indeq́ ſalutem comparare ſuadet. Sed Eraſiſtratus fortaſſe exiſtimabat phlegmonẽ eſſe ex ijs quæ neceſſario vulnꝰ comitenẽ. Verum ſi ita ſentiebat in magna plane erat ignorantia. Cum videre cuiq́ liceat ſexcentis eoꝝ qui quotidie ſingulari

Tria eẽ quibus ſeruẽt q deplorati non ſint.

Vbi a minoribꝰ incipiendũ & vbi a maximis.

Hippo.

In Eraſiſtratum.

certamine decertant, maxima citra phegmonen glutinata vulnera. ſic vt ſecũdo, vel q̃rto die ſint omnino in tuto. Nos vero etiã plurimos ex ijs qui vas ĩ pulmone ex caſu, clamore, plagaue rupiſſent: priuſq̃ phlegmone excitaretur, curauim⁹. Quod ſi horum quoq; pulmones phlegmonen inuaſiſſe aſſerit: ipſe ſuis ipſius placitis repugnat. Simul princeps viſcus quod maxime vicinũ cordi ſit, phlegmone laborare affirmãs: ſimul hominẽ febri carere. itemq; rupta phlegmone nihil expuiſſe. Ergo a nobis quoq; inuicẽ audiat, nec fieri poſſe, vt glutinetur vlcus, ſi phlegmone pulmonẽ inuaſerit: omninoq; febricitaturũ. ac purulẽta deinde cũ phlegmone ſoluit, tuſſi exputurũ. Ergo ſi quis nec febricitabit, nec tuſſiet, nec ſaniẽ aliquã ex vlcere & phlegmone ſpuet, quæ ratio eſt vt huius ineſſe pulmoni phlegmonẽ dicas? Itaq; tum hoc maximũ certe pſidiũ nõ recte ab eo damnatum eſt: tum purgatio ſine vlla mentione prætermittitur. Ac nec vllum pharmacũ quod efficax ſit, cõtra vllum ex cõprehenſis generibus ab eo eſt poſitum. Quin ſiue caput fluxionem mittat, eo ſtatu ſeruabitur: ſiue ex intẽperie ipoꝝ ſpiritualiũ tuſſis incidat: etiã ipa ſic manebit. Ergo Eraſiſtratus ſtatuario illi adſimilis videt, qui reliquis omnibus partib⁹ ſcite perfectis, ſtatuam reliquit cecam. Nã quæ q̃ſo reliquæ pulchritudinis gratia, cũ oculos deſyderes? Poſtea ſi dijs placet cũ tanti viri maxime aberrent: egregius vir Theſſalus qui artem ne nouit quidem methodicum ſe cenſet appellandum. Ac nunc ferme omnes ſectatores eius ſanguinẽ mittere videmus, tum alijs ægroꝝ non paucis, quibus non ſolum nõ vtile: ſed etiã noxium exiſtimare id pſidij oportebat, pſertim ſi proprijs ipſi hypotheſib⁹ ſtarent: tum vero ijs qui ſanguinem ſiue hunc per vomitum, ſiue etiã cum tuſſi reijciunt, modo valentes vires habeant. Sed quomodo coherebũt hæc ſecum, vt venã vbi ſanguis reijcit incidere iubeant, et in cõmentarijs ſuis ſcribãt remedium id aſtrictis vitijs cõuenire. Ergo ne ſe methodicos amplius nominent. ſed empiricos. ſi reiecta ratione quã eſſe rectam putabãt: experientia vtuntur ad inuenienda pſidia. An igitur in his quidem clare deprehenduntur, nec methodo, nec omnino ratione aliqua quicq̃ facere: vbi vero partes inutiles eſſe ad curationis inuentionem aiũt: non multo magis? Atqui ſi quis ad memoriam reuocet ea quæ de auribus, naribus, oculis, ore, pectore, pulmone, præterea vtero, veſica, et ventriculo, diximus: errare eos tota via videbit. Talis igitur erat qui ad phlegmonẽ quæ in pudendo erat, macedonico medicamẽto eſt vſus. ac cũ eo etiam cataplaſmate quod relaxandi vim habebat. Nempe ſolenni hoc quod ex pane, aqua & oleo conficitur. Etiã alius quidam illi perſimilis: qui ad ſedem exulceratam, ijſdem eſt vſus.

In theſſalios.

Verum de talibus vbi de phlegmonis diſputabitur agemus. Cæterũ vlcera quæ citra phlegmonen, in pene, ſede ve conſiſtunt: nullum cataplaſma deſyderant. ſed medicamen quod cicatricem inducat. Nõ tamen me hercles eius naturæ quæ vlcera quæ in carne ſunt, inducere cicatrice poſſit. imo quæ tanto magis ſiccare poſſit: quãto hæ partes ſunt carne ſicciores. Quinetiã quod magis admirere, ipſorꝝ quæ in pene ſunt vlcerũ, magis etiam ſiccari poſtulãt, & quæ in toto cole heſerunt; & quæ extra hunc etiã finẽ eius qui glans dicitur infeſtant. Minus vero quæ in præputio ſunt. Atq; etiam his minus, quæcũq; in reliqua ſunt cute. quæ totum colem veſtit. Cum igitur humidum in glãde vlcus quidam ex amethodis iſtis medicis, iſtis inq̃ Theſſalijs ſanare aliquando non poſſet: medicamentis ijs, quæ epulotica vocantur. i. quæ cicatricem inducunt: adhibuit in conſilium me. Vbi igitur ex me audiuit longe ſicciore medicamẽto particulam egere, propterea quod ſiccioris naturæ eſſet: primũ non credidit, vt vero coact⁹ neceſſitate eſt, aliquo ex noſtris medicamentis vti: tribus diebus ſanatũ vlcus eſt. perſpicuũq; erat medicũ non tam fuiſſe de ſalute hominis letatum: quã inde adeo triſtatum, quod in mala diſciplinæ ſecta fuiſſet educatus. Siquidem medicamẽ quod ex papiracea charta combuſta fit, hoc ſcilicet nobis vſitatum: id genus vlcerum ſanat, ſicuti etiã anethum vſtum, ſimili modo inſperſum. Itemq; colocyntha ſicca atq; vſta. ad eundem modum. Alia præterea multa ex ijs quæ vehementer ſicut illa, ſiccant. Si qua vero eiuſmodi vlcerum ſine madore ſunt, ac recentia: his ſola aloe ſalutare medicamen eſt. Inſpergitur autẽ ſicca. ſed in tenuiſſimũ ceu pollinem redacta. Hæc vero etiam quæ in ſede conſiſtunt. ſicca vlcera probe percurat. Simillimam huic vim habet & cadmia. vino elota, et ſicca. Ab hac quoq; non longe abeſt argẽti ſpuma. Lithargyros græce dicta. Deinceps vero molibdena ſequitur. Omnibus vero his tum minus inferens doloris: tum nullo min⁹ efficax pompholyx eſt. Sin humidiora ſunt: ipſe per ſe pini cortex, itemq; lapis hematites idoneus eſt. Quod ſi profunditas quæpiam etiam adſit: dictorꝝ alicui tantulum mannæ admiſcendum eſt; quantũ ſit ad carnem gignendam ſatis. Neq; igitur horum quicq̃, vel per ſomnium norunt qui iſtius ſunt alienæ a methodo ſectæ. Cum omne vlcus in quacunq; animantis ſit parte, eandẽ poſtulare curationẽ opinẽtur. Neq; etiam queadmodum ſuere quædam vlcera oporteat, veluti ea quæ in abdomine contingunt. de quibus in ſequenti libro cũ ijs quæ reſtant vniuerſis agetur.

Redit ad aliarꝝ partiũ vlcera.

Ad vlcera ĩ ſede & pene.

De humido vlcere in glande male a quodã curato.

Epulotica quæ.

Medicamẽtũ ex charta cõbuſta itẽ alia valenter ſiccãtia.

Lithargyros.

Pompholyx.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER SEXTVS.

NOn dubito fore non nullos quibus eſſe proli-
xus videbor. qui vnum hactenus morborum ge
nus queādmodum methodo curetur, exponam.
Par eſt autem non tam mihi longitudinem hanc
imputent: q̄ ijs qui parum intelligentes quæ re-
ctiſſime ab Hippocrate ſint ſcripta, ea calūnia-
ri ſunt conati. Quos ne queādmodū vlcus qdē
recte curent ſcire oſtendi. nedū quod maius ſit
quicq̄. Atq; ipſum quidē morbi genus cuius vna ſpecies vlcus eſt ſeu
continuitatis: ſeu vnionis ſolutionem voces, nichil referat. Illud mō
ſtratum eſt methodum curandi eius in quocūq; corporis membro ſit
quæ quidem ab affectu ip̄o ſumantur, indicationes ſeruare cōmunes,
quæ ex partibus p̄beantur, alias atq; alias habere. Cum em̄ in carno
ſis particulis inciderit, nominatur quidem vlcus. Habet vero cura-
tionis indicationem omniū quidem quæ præter naturam ſunt cōmu-
nem, ſui ſcilicet ademptionem. quā vero ceu affectus p̄ſtat, vt per cō-
traria tollat. quā vt diuiſio eſt, vnitionem. Quippe generatio hui⁹
vitij in diuiſione vnitatis conſiſtit. Ideoq; in oſſe vocatur fractura,
Catagma. græce catagma. in neruoſis fibris, ſpaſma, in muſculis vlc⁹, et ruptio.
Spaſma. quoꝝ differentia prius iam dicta eſt. Idem tamen morbus cū in ner-
Vlcus. uū, et arteriam, & venam inciderit: nullam propriam appellationē
Ruptio. eſt ſortitus. Mutuatur autē interdum vlceris, interdum vulneris, vel
ruptionis appellationem. Cæterum parum eſſe de nominibus ſollici
tum debere, eum cui rerum ſcientiam inuenire ſit propoſitum: ſæpe
iam diximus. Itaq; huc potius nominibus neglectis properemus.
Quando nō ex horum exquiſita impoſitione, ſed ex appoſitis reme
In theſſalū et eius ſectatores. dijs, ægro ſalus paritur. Rurſus igitur reuocandū ad memoriam eſt,
queādmodum audaciſſimus Theſſalus cum nullā curandi vlceris me
thodū tradiderit: omnes tamen dixiſſe ſe arbitratur. Siquidem quod
ſinuoſum vlcus poſtulet impleri, & ſimplex glutiari: hæc nec idiotis
ſunt ignota. Queādmodum tamen methodo quis pharmaca inueni-
at, quibus vel impleatur quod ſinuoſum eſt, vel glutinetur quod ſim-
plex eſt: hæc vulgus non nouit. At id eſt quod medicis conſyderan-

dum proponitur. atq; hoc eſt in quo alius alio eſt pſtantior. Quippe veluti in præcedentibus oſtendimus, et inueniet remedia, & inuentis recte vtetur, quiſquis in medendi methodo eſt exercitatus. Vt em iam aliquid perſequamur, quod præcedentibus ſit deinceps: fingam⁹ quēpiam ad nos venire, cui tantū cutis acu ſit puncta. Hunc hominē, ſi is ſit cui facile vlcera ſaneſcāt, etiam ſi citra medicamentum nudoq; membro. ad opera cōſueta dimittas: nihil ſentiet mali. Sin cui difficulter ſanentur, primum quidem dolebit, poſt etiam tum pulſu particula infeſtabitur: tum phlegmone. Ac empiricus quidem examinando pcontandoq; hominis naturam diſcet. Nos vero tum ex eiuſmodi examinatione omnib⁹ his vſi, quæ per experiētiam inueniant: tū nihilominus ex his notis quas de boni ſucci maliq; naturis habemus, præterea de ijs qui acris hebetiſq; ſunt ſenſus, tum plenitudine grauatis, modiceq; ſe in ſuccis habentibus, nō ignari, quod qui vel plethoricus eſt, vel vitioſis ſuccis pmitur, vel acris eſt ſenſus, vel hoꝝ quibuſdam, omnibus ve pmitur, phlegmone tentabitur: qui contra eſt affectus, nihil mali ſentiet, atq; hæc proſpicientes: non equidē medicamen quod glutinet imponem⁹. Cuiuſmodi pleraq; ſunt, eoꝝ q̄ enhæma vocāt (ea ſunt quæ recētibus ſtatim applicant vulneribus), imo molle, & blandū, & quod dolorem mitiget. ſiquidem vbi magna diuiſio eſt: ibi ſtudiū impendi debebit, vt ſiccantibus remedijs labra vlceris vniantur, atq; coaleſcant. vbi acu ſtilove facta diuiſio eſt: id dūtaxat curandū eſt, ne phlegmone particula tētetur. Atq; ex hoc manifeſtum eſt cruentoꝝ vlcerū indicationē quæ a Theſſalo eſt pdita, nihil nos maius adhuc docere: quā ſit cuilibet e plebe notū. Nū em ſcire quid fieri oportet, id magna res eſt. vt quod oib⁹ hominibus natura inſit. ſed quibus rationibus illud efficias, id vero ſcire artificū eſt. Nam ſi nauem quiſpiam ſit ædificaturus: ſcimus profecto oēs etiam qui nauium fabri non ſumus, quo loco poni gubernacula debeant, quo loco puppis, quo prora, ac reliquoꝝ quiduis. cætera nihil nobis hæc ad rem, neſcientibus queadmodum ipſa ſtruantur. Aeque & qui ædes molitur: vtiq; non ignorat, nec quod primū iacienda muroꝝ fundamenta ſint, nec quod ſuper his erecti minimeq; inclinātes erigendi ſint muri. nec quod ſuper his ſtrui tectū oporteat. nec quod hoſtia, et feneſtræ, ſingulæq; reliquarū dom⁹ partium, proprijs collocande ſint locis. Verum hæc ad domum ædificandā quid cōferāt, quo ad ipſe fabrilis artis ignarus, ea fabricare neſciat? Vni igitur Theſſalo ex omnibus homibus noſſe quid fieri oporteat, ad artificioſam noticiam ſatis eſſe videtur. Sed nos per ſuperius comprehenſa mōſtrauimus, id eſſe operum quæ ex artibus expectētur, veluti principium

Orditur a neruo puncto.

Vnde hoīs natura rationali, medico dephēdatur.

Enhæma.

In theſſalios.

quoddam.nōdum aliquã eorꝫ propriam partem. Sed quæ etiã ſit cuiuis e plebe cōmunis. Quippe primæ in omni arte indicationes omnibus hominibus natura ſunt præſto. Quare ſi hæ ſatis ſunt ad opifices faciendos: nihil vetat quin & naues ipſi ædificemus, et materiã fabricemus. promptũq; ſit omnibus tum calceos facere, tum veſtes. tũ domos. ſed & architectos eſſe. et cythara pſonare. & rethoricari. Verum non ita ſe res habet, nec qui vulneratæ parti naturalem vnitionem eſſe moliendã nouit, is medicus eſt. ſed qui quibus id rebus pficiat, intellegit. quãq̃ ne hoc quidem ipm per ſe ſatis eſt: niſi quis etiã quo pacto his ſit vtendum, ſciat. Sed qui viam omnẽ curationis eouſq; percalluit: vt ipm conſequi deſtinatum finem q̃at: is demũ eſt q mederi nouit. Ergo iſtis amethodis Theſſali æmulis illud accidit, vt cũ maiora viribus audeant, nec ad ea quæ conſequi alioqui poſſent, accedant. Quippe cum dudum ſtilo quidam vulneratus in manu eſſet, ita vt tota diuiſa cute aliquid neruoꝝ qui ſuberant pungeretur: ſapiẽs ſcilicet Theſſalius in principio emplaſtrum quoddam impoſuit, quo ſæpe in maximis vulneribus vſus proſpere fuerat. Putabat ẽm arbitror omne vulnus eandem curationẽ requirere. Phlegmone vero oborta: ad cataplaſma quod ex farina tritici componitur ſe conferens, atq; interim hominem tabefaciens: intra ſeptimũ diẽ iugulauit. Nec ſane cõprehẽdere numero eſt, quot, vbi in Pęonias iſtoꝝ manus incidere, cõuulſione perierint. quo ſi dijs placet ſanctio illa Theſſalia ſeruetur, omne cruentũ vlcus ſimiliter eſſe curandum, idq; partib⁹ his q̃ laborent nullam indicationẽ conferentibus. Cæterũ vera ipa methodus, nõ perinde atq; hæc Theſſali eſt amethodos. imo poteſt vel nũc etiam, poſt tot tantoſq; medicos non ſolũ meliora medicamẽta q̃ pri⁹ fuere: ſed etiam vniuerſum curationis modum inuenire. Nemo enim ſtatim ab initio ijs vſus, quæ nos inuenimus, ex nerui vulnere in cõuulſionem incidit. Aduerti nãq; vbi punctus neruus eſſet: ei ex ſentiẽdi quod optinet acumine, neceſſe eſſe tum dolorem incidere: quã reliquis partibus maiorem: tum ex neceſſitate phlegmonẽ cõſequi. niſi quis et medelam dolori inueniret: et phlegmones generationem prohiberet. Rationabile igitur mihi eſt viſum, cutis quidẽ vulnus apertum inglutinatũq; cuſtodire. quo per id ex neruo vulnerato ſanies efflueret. totum vero corpus ſupuacuis humoribus liberare. ac ne quis dolor vulneratam partem vrgeret, in primis ſollicitudinem habere. Itaq; etiã medicamẽta excogitaui nõ pauca, quæ vulneri impoſita ad vtrũq; mire ſunt cõparata, tum vt dolorẽ mitigent: tum vt exitum ſaniei patefaciant. Tutius vero fuerit, etiam ſi qs cutẽ latius incidat. ac totum corpus ſanguinis miſſiõe ianiat. vtiq; ſi fortis ſit virt⁹. Si vero

Quis medicus.

Theſſalij cuiuſdã curatio.

Qua ratiocinatiõe pũcti nerui curationẽ iuenerit Galenus.

Curatio.

vitioſis ſuccis repletum corpus ſit: ꝓtinus purget. Aqua vero calida quãq̃ reliquas phlegmonas valde mitigat: vulneratis tamen neruis eſt inimiciſſima. Cum præſertim eoꝝ ſubſtantia ex refrigerata concretaq; humidiore materia ſit condita. Omnis em̃ eiuſmodi conſtitutio, per ea quæ ſimul calefaciunt & humectant: reſoluitur ac putreſcit. Itaq; ab aqua calida eos qui ita vulnerati fuerant, omnino prohibui. vtilius iudicans oleo calente fouere. propterea quod demonſtratum a me eſt, hoc quoq; ſi frigidum applicetur, tenues meat⁹ obſtruere. ſin calidum digerere. Porro fugi ex huius quoq; generib⁹, & crudum quod ὠμοτριβες græce dicitur, & quod deniq; aſtrigẽdi vim haberet. Delegi autem tenuiſſimũ, cuius generis Sabinũ eſt. quod etiã vtilius fuerit: ſi bimũ trimumve ſit. Quippe id q̃ recens magis per halitum digerit. quoq; magis eſt antiquũ: hoc ſemper magis digerere eſt potens. verum dolorem minus ſedat. In pharmacis autem huc om̃e cõſiliũ direxi, vt eẽt eoꝝ facultas, tũ tenuis tũ modice excalfaciens, & quæ admodum ſiccare citra dolorem poſſet. cum ſola hæc trahere ex profundo ſaniem, neq; contracta: neq; demorſa particula poſſit. Vſus ſum autem primũ terebintina reſina, tum per ſe, tũ etiã paulum euphorbij admiſcens. Et per ſe quidem in pueris, & mulierib⁹, et generaliter ijs qui molli eſſent carne. Cum euphorbio vero in ijs qui dura. Non ſecus autem et propoli. non per ſe modo: verum etiam cum euphorbio molliens. Quod ſi durior eſſet, cum tenui quopiã oleo. Quin & ſagapeno in duris corporibus ſum vſus. vtiq; cũ oleo & terebintina id miſcens. Sed & opopanace ad eũdem modum, quo & ſagapeno. Mihi vero & lachryma cyrenaica non inutilis fore videtur. ſi quis emplaſtrum ex ea faciat. cuiuſmodi eſt quod nos ex euphorbio compoſuimus. Verũ nõdum id experientia, quẽadmodum reliqua omnia comprobauimus. Quippe præcedere oportet, eã quæ a vera methodo proficiſcitur remedioꝝ inuentionẽ, huic vero experientiam ad certiorem etiam fidem ſubſcribere. Siquidem ex tali methodo etiam ſulphur, quod ignem expertum nõ ſit, quodq; lapidoſũ nõ ſit, ſed omnino tenuiũ ptiũ: ei cui neruus vulneratus eſſet cõductu rũ ſperauimus. tantũ eius tenui oleo miſcentes: dum quod ex vtriſq; mixtum erat, ſordiũ haberet craſſitudinẽ. In valẽtiorib⁹ vero durioribuſq; corporib⁹: etiam ſi ad mellis ſpiſſitudinem redigas: ſic quoq; iuueris. Nam id quoq; cõprobatũ expientia eſt. Quinetiã lotã calcẽ, ſimiliter oleo admixtã, his applicãdã excogitauim⁹. quæ etiã ſi mari lauet: magis ꝓficiet. Lauat optie p æſtatẽ ſub ęſtu caniculæ. Qđ ſi bis terve eã laueris: vtili⁹ medicamẽ efficies. Quo pacto aũt talia ꝑparanda ſint: ex cõmẽtarijs quos de medicamẽtoꝝ compoſitiõe edidimus,

Aquã calidã vulneratis neruis aduerſiſſimam.

Neruorum ſubſtantia, vnde.

Cur oleo calente ad neruũ punctũ vtẽdũ.

Sabinum oleũ tenuiſſimũ

In medicamẽtis puncti nerui q̃ ſeruãda.

Medicamẽta quib⁹ vſ⁹ eſt galen⁹.

Præcedere debere remediorũ ꝑ methodum iuẽtionẽ. de ide hãc, ex periẽtia cõfirmare.

Sordium craſſitudo.

Mellis craſſitudo.

Iā dicta medicamīta ab ipo galeno inuēta.

intelleges. Nūc mihi tātū dixiſſe ſufficit, me tum hæc: tum alia multa medicamēta aduerſus neruoꝝ vulnera īueniſſe. cū nec ſub aliquo magiſtro ea vſurpata viderim: nec ī veteꝝ alicui⁹ aut medēdi libris: aut quos de facultatibus inſcribūt, prodita. ſed ex ipa rerū natura indicatiões ſumpſerim. id quod ꝓpriū eſſe medici methodo vtentis, exiſtimo. Mirificus autē Theſſal⁹ cū ne vnū quidē medicamētū inuenerit: iam pridem materiā eoꝝ notam eſſe affirmat. Atqui multorū medicamentoꝝ q̄ nos excogitauimus, nō modo Theſſalo, et qui ante eū medici fuerūt, materia nota nō eſt: ſed nec ijs q poſt eū in hunc vſq; diem fuerūt.

De quodā q a Theſſalijs medicis fact⁹ eſt putris.

Siquidē ipe cū accerſitus aliquādo eſſem ad quēdā, qui a theſſalijs iſtis amethodis medicis putris fuerat factus, ac cernerem eū cataplaſma quod ex triticea farina fit, impoſiturū: vbi nullū ad præſens mihi medicamētū erat: popoſci ex figulo quodam, quē viderā ægri vicino, aquā lixinā. tum coquens in ea farinā ordeaceam, nō aūt ſicut illi in oleo & aqua triticeam, impoſui. Poſtea vero farinam erui ſimili modo coctā, iā phlegmone inflāmato & putri ex bella hoꝝ curatiōe neruo imponēs: vindicaui ab ea putrefactiōe hominē. Verū de his q̄ cū phlegmone putreſcūt: alia diſceptatio ſequet̄. eaq; diffuſa. ī opportuno opis loco. De neruis vero vulneratis ſatiſfaciāt, q̄ dicta iā ſunt. Et ſane ex ijs q̄ ipi inuenimus, plurimi vno illo emplaſtro vtunt̄, qđ ex euphorbio, & cera, & fricta reſina eſt cōpoſitū. Cui neſcio quomō aliqui ſinopidis aliqd poſtea miſcuerunt. aliqui ochrę. quo videlicet fucatū, vnde cōponat̄ lateret. Verū nō eſt a principio ſic a me cōpoſitū. Miſcuerint fortaſſis ei nō nulli, et e ſalis flore aliqd: aut aliud qppiā tale. quod colorē ei⁹ īmutet, nec vim eius minuat. Poteſt quis per ignorātiā, etiā tale aliqd imiſcere, quod facultatē eius īmutet. Verum nos illđ ex cera, reſina terebētina. pice, & euphorbio, cōpoſuim⁹. immiſcētes ex cera partē vnā, ex terebintina, & pice, vtriuſq; ptis vni⁹ dimidiū. ſic vt quod ex vtriſq; cōflaret̄ ceræ par eēt. licet autē interim & plus, ſit quod ex ambobus conſit: q̄ cera. licet rurſus & alterum eorum tantum, ceræ admiſcere. Quinetiam etiam in penuria terebintinæ, tum humidam pineam: tum etiam frixam commode admiſceas. non minus etiam his & abietinā immittas. Strobilina vero duris tātum corporibus idonea eſt, ad mollia vero immiſcenda non eſt.

Humida pinea.

Strobilina

Si itaq; humidam reſinam īmiſcebis: tunſum cribratūq; euphorbiū reliquis imittes liquatis. Eſto vero pondus eius, ceræ pars duodecima. etiam plus aliquando. vbi ſcilicet valentius efficere eſt in animo. Sin ſiccam, ſicuti quæ fricta eſt: vtiq; olei puſillū deſyderabit euphorbiū. Quare ego tum id cum oleo cōtundēs, ac ad ſordiū ſpiſſitudinē redigēs, mox reliqs poſt liquationē refrigeratis: terēs miſceo. Sæpe etiā

tantulum aquæ immiſcui medicamento conficiendo: quantum in mix
tis ipſis liquandis, tum abſumi: tum euaneſcere prorſus potuit. Verū
omnia huius generis ad tractationẽ de medicamentis magis attinẽt.
Nunc ſuffecerit ſicuti antea fecimus, indicato quale eſſe debeat medi-
camenti genus: pauca ꝑticulatim exẽpli cauſa, apponere. Vberẽ nãq;
omniū materiã in opere de ſimplicibus medicamentis inuenies. Præ
parare autem debebis vt in opere de eorū compoſitione eſt traditū.
Nunc igitur ſatis eſt hoc tantum dixiſſe, atq; ad alia tranſire. Vulne-
rati nerui curatio medicamenta poſtulat, quæ & tepidum calorem ex
citent: & valenter ſiccent. tum quæ ex ſubſtantiæ ſuæ natura, & trahẽ-
di vim habeant: & tenuiū ſint partiū. Sane nõ ad medicamentoꝝ mo
do, victuſq; inuentionẽ ipſa medendi methodus proficit: ſed etiam ad
ipſum inuentorum vſum. Nã veluti in ſuperioribus oſtendim9, quiſ-
quis citra methodū quæ vlceri apta medicamenta ſunt molitur, eorū
ne minimo quidem probe vti poſſe: ita & nũc oſtendere licet. Siqui-
dem intellexiſſe quãtopere affectū vel ſiccarit, vel calefecerit, vel miti
garit, vel laceſſerit medicamẽti applicatio. is demū potis eſt, qui me-
thodo quadam curat. Idẽ vero ipſe, nec alius etiã intendere ea quibus
inter initia eſt vſus, vel remittere, nouit. Cū nãq; quod dieuphorbiu.
ꝓpterea quod euphorbiū accipit vocãt, ꝗdẽ vulnerato neruo ſtatim
impoſuiſſet, idq; ſubinde prius ꝓſpere fuerat expꝑtus: tertio die indi-
cauit mihi vulneratã partẽ tum dolentẽ: tū phlegmone tentatã. mirat9
medicamen nihil cõtuliſſe. Percõtatus igitur laborantẽ ſum: num pri-
mo die cū impoſitum medicamẽtū eſſet calorem quẽpiã veluti ex ſole
ſuauẽ ſenſiſſet. is ſe quicꝗ eiuſmodi ſenſiſſe negauit. Rurſus itaq; ꝑcõ
tabar & medicū: quanto iam tempore p̄paratū apud ſe medicamentū
habuiſſet. ac quos eo ſanaſſet. Ille plus ãno apud ſe habuiſſe. ſanatos
vero a ſe aiebat pueros duos. & adoleſcẽtẽ vnū. Cū autẽ & de corpo-
ris habitu adoleſcẽtis rogaſſem: albū eū, molliq; corpore fuiſſe affir-
mabat. His ego auditis, cū intelligerẽ, vt ad ꝓpoſiti adoleſcẽtis tẽpe
riẽ euphorbiū deeſſe, poſtulãs tū ipſm emplaſticū medicamẽtū: tū etiã
euphorbiū, ſumẽſq; ex his quãtū ſatis putaui: iuſſi manib9 medicamẽ
tū ſubigere. ac euphorbiū diligẽter cõtūdere. Poſteaꝗ hæc facta ſunt:
miſcere ea ſimul iuſſi. Ipſe vero oleū ſabinū, vtiq; ſubantiquū, modice
calefaciẽs: foui vulneratã partẽ. Reſectoq; leuiter puncturæ quod cõ
niuebat foramine: impoſui medicamen. iniūxiq; homini inediã. Me-
dico vero præcepi, vt veſpi rurſus eum ſolueret. ac ſimili modo quo
me viderat, oleo vteret. Atq; his pactis apparuit poſtridie pars ęgra
& ſine dolore: et ſine phlegmone. intellexerūtq; ꝗ huic operi aderant
oẽs, veriſſimū eſſe quod nos ſæpe vſurpam9, nõ eẽ adeo magnū qđ

Cuiuſmodi eẽ nerui pũcti medicamẽtū debeat.

Solū eū medicamentis recte vti poſſe, ꝗ certa methodo curet.

De quodã qui dieuphorbiu nõ recte fuerat vſus.

medicamen pſtare poſſit:niſi nactum ſit qui eo dextre vtatur. Eſt aũt dexter vſus qui tali plane methodo:qualem ipi iam ſæpe in cõmentarijs,qui ante hũc ſunt oſtendim⁹, pcedit:omniũ medicamentoꝝ vſu ad calidũ,frigidũ,humidum,& ſiccum,veluti ad normas relato. quã nimirũ methodum nõ ſolum amethodi Theſſali ſectatores probe tractare nõ valent:ſed nec Eraſiſtratus,nec ali⁹ medicoꝝ qſq̃ qui corporũ elemẽta,aut prorſus nõ inueſtigarũt:aut alia, q̃ quæ comprehenſa a nobis ſunt, poſuerũt. Sed de his hactenus. Si autem nõ pũctus, ſed

De neruo ceſim vulnerato.

plane ceſim vulneratus neruus ſit:conſyderandũ eſt,quo pacto facta vulneratio ſit,vtrũ ne per tranſuerſum neruũ:an per lõgitudinẽ ei⁹, tum vero quãtum interueniẽtis diuiſum ſit cutis. Proponatur igiť primũ multum eſſe cutis adapertum.adeo vt neru⁹ nudus appareat. iſq;

De ceſo p directũ neruo.

per directũ,nõ per tranſuerſum diuiſus. Huic neruo nullũ iã memoratoꝝ medicamẽtoꝝ quę ex euphorbio,ac ſimiliter acrib⁹ emplaſtri ſpẽ fiũt,applicabis. Nudatus nãq; nõ feret eoꝝ vim.ita vt cũ interpoſita cutis erat,tulit. Optime igiť eo caſu calce elota in multo oleo ſoluta, vtere. Salutare vero eſt,& quod ex pompholyge medicamentum fit.ſi in largo roſaceo ſit liquatum. Quod vtiq; melius fuerit ſi tum roſaceũ ipm:tum oleum ſalis ſit expers. Siquidem nudato neruo omnis

Curandi nerui generalis ſcop⁹

curationis conſiliũ huc tibi dirigendũ eſt:vt minima cum roſione ſicces. Poſſunt vero id pſtare plane pauciſſima medicamenta. Eſto igiť hoc caſu calx ſalubri aqua æſtatis tpe ſæpe elota. Eſto præterea (vt dictũ eſt) & pompholyx elotus.ita videlicet:vt elot⁹ habetur, in eo cõpoſito medicamẽto quo publice vtimur.qđq; alia elota in ſe nõ pauca cõtinet.

Metalica eluẽda eſſe ſi roſiõe carebunt.

Quippe quæ ex metallis cõſiſtunt:ea elota eſſe oĩa oportet.ſi modo citra roſionẽ vllã ſint ſiccatura. Salubre vero medicamẽtum eſt,& quod ex melle ſub emplaſtri ſpecie cõponitur. vtiq; cũ ex optimo ſit melle. Solui vero et id roſaceo oportet.quod tum reliquis conditiõibus ſit optimũ:tũ ſalis omnino expers. Quinetiã cerã quæ

Acris mordẽſq; medicamẽtorum humor eluendo detrahiť.

eiuſmodi medicamẽtis ſit miſcenda,elotã eſſe cõuenit. Aeque & ſi qd terebintinæ reſinæ inijcies: hæc quoq; elota ſit oportet. atq; hac magis ſi alteri⁹ cuiuſq̃ reſinæ qd immittes. Quippe medicamẽtis oĩbus q̃ laueris,acris mordenſq; ſanies eluiť.atq; abſtergeť. Si vero robuſt⁹ ſit,qui vuln⁹ accœpit,& cui corpus ſit a ſuperuacuis humorib⁹ mundũ:in hoc fas eſt,etiã valentioribus remedijs nonnullis vti. Veluti

Iuuenis qdã phũs ex vulnere nerui curatus.

ipe aliquãdo cũ id genus vulneris in medio brachij manuſq; articulo accœpiſſet iuuenis qdã,philoſophiæ ſtudioſus, alioq; corpore bene hito,& tũ in æſtiuo ſole puſto: ex polyidi paſtillis ſapa ſolutis,poſtea ſup calida aq̃ tepefactis linamẽta ibuta ipoſui. Nã id quoq; vľ iprimis ſẽp habẽdũ curæ eſt:ne qd ex his q̃ vulnus contingẽt,frigidũ ſit.

Quãdoquidẽ ipa laborãs pars, & ſenſilis maxime eſt: & principum partiũ primati cõtinua. & tẽperamento ſuo frigida. Quorũ omniũ occaſione & ex facili a frigido offẽdit: et ſuã offẽſam impertit cerebro. Quod ſi ex ijs fuerit q̃ in muſculos perueniant: etiã cõuulſionẽ facile accerſit. Siquidẽ mõſtratũ eſt, muſculos volũtarij motus inſtrumẽta eſſe. Idẽ fore & in tendonibus expectabis, iiſdẽ de cauſis. Cæterũ cũ memoratũ remediũ tũ vulneri ipi iuuenis impoſuiſſem: tũ vero partiũ quæ ſupra erant non parũ eodẽ cõplexus fuiſſem: quæ circa axillas, collum, caputq̃ ei⁹ erãt, oĩa calẽte oleo aſſidue madefeci. Detraxi vero illi & primo ſtatim die ſanguinem. ſcarificata vena. In quarto igitur hic quoq̃ iuuenis recte habuit. adeo vt & rugoſum, & paruum, et contractũ vlcus iam cerneret. Verũtamẽ cõſultius viſum eſt, vſq̃ ad ſeptimũ nihil nouare. poſt quem diem plane reddit⁹ eſt ſan⁹.

Quod vulneratũ nerũ cõtiget: frigidũ ne ſit.

Muſculos voluntarij mot⁹ inſtrumẽta eſſe.

Sane oleo perfundere tale vlcus nõ oportet. p̃ſertim cũ vt nũc cõprehenſum eſt, curat̃. Nã oleum paſtilli huius virib⁹ eſt aduerſum. ac ſordidum vlcus reddit. Neq̃ ẽm parũ intereſt, nudo ne neruo oleũ: an p interpoſitam cutem admoueas. Abluẽda igitur a vulnere ſanies eſt, molli lana ſpecillo circũuoluta. Madefacere vero lanam ſi placet ne ſcilicet ſicco vlcus attingas: ſapa ſuffecerit. In hac igitur lanam intingens, mox exprimens: vlcus detergebis. Eſto vero hæc quoq̃ ipa tepida primis maxime dieb⁹. Quod ſi oĩa ex ſentẽtia ſucceſſerint: etiã vino dulci madefacere citra periculũ licebit. verum dulce id oĩ mordẽte q̃litate careat. Cuiuſmodi tum thereũ eſt: tũ ſcybelite. atq̃ ab his qđ Caryinũ vocãt. Quæcũq̃ vero & dulcia p̃iter: & fulua ſũt, veluti phalernũ: iutilia ſũt. Quippe acria ſũt oĩa talia. ac ſupra modũ calida Vlcere vero iã ad cicatricẽ veniẽte: q̃ alba plane ſũt, et tenuia, nec multã aquã tolerãt, nec odora ſũt: ea dulcib⁹ p̃ſtãt. Aquæ vero vſũ ad neruũ vulneratũ, ſẽp fugies. ſicuti etiã relaxãs cataplaſma. Ad iã dicti vero paſtilli vſum, ꝓpe etiã accedit & medicamẽti vſus, qđ diacalchiteos vocãt. quo publice vtimur. Liq̃ri vero ẽt hoc debebit æſtate roſaceo. hieme, ſabino oleo. Deſcriptũ aũt eſt medicamẽtũ hoc, in p̄io de medicamẽtorũ cõpoſitiõe. Polyide vero paſtill⁹, vel trociſc⁹, vel quomõcũq̃ appellaſſe libet, oĩb⁹ ferme not⁹ eſt. Cui⁹ ſi copia nõ eſt: andronis, vel paſiõis, ꝓ eo eſt ſumẽd⁹. vel noſter q̃ etiã oĩb⁹ illis eſt valẽtior. Sane iam dictũ eſt robuſtis corporib⁹ valẽtiora medicamẽta, imbecillis mitiora eſſe adhibenda. Iſta & vera methodos inuenit: et expiẽtia cõfirmat. Theſſal⁹ vero cũ ſuis vna ſophiſtis in alto throno reſidẽs ἐν χειρομύξοισ ἀνδράσι (vt cercitas ait) in p̃cio erit, dũ ſuis rationibus confirmat: omnis vlceris recentis eãdẽ eſſe curationem. neq̃ hanc vllã ex partiũ natura indicationẽ ſumere. Vnus tamẽ magni in

Cuiuſmodi nerui vuln⁹ oleo nõ p̃fundat̃.

Phalernũ dulce et fuluum

Aquã & relaxãs cataplaſma in nerui vulnere ſemp fugiẽda.

Diacalchiteos.

In theſſalũ

eius ſapientia nõis admirandã vulneratorꝶ neruorꝶ curationẽ, excogitauit. Nam ꝓtinus eos totos præcidit. ne admonito quidẽ qui vulnerat⁹ fuerat. quãq̃ in hoc quoqꝫ a ſecta ſua deſciuit. Siqdẽ par erat, vel & muſculos vulneratos, & arterias, & venas, & aliud quiduis totũ pcideret: vel nec neruũ. Alioqui ſic quod fugiũt, id facere dephẽdũtur. vt diuerſã pro diſcrimine partiũ indicationẽ accipiãt. Verũ hos

*De neruo p trãſuerſũ vulnerato. Curatio.*

iam mittamus. ac de tranſuerſo nerui vulnere agamus. in quo maior cõuulſionis metus impendet. phlegmone ſcilicet a deſectis fibris, ad non ſectas, cõmunicata. Cæterũ cõuulſione ab ipis nõ ſectis excitata. Ac q̃ ad vlceris curationẽ attinẽt: hic quoqꝫ ſũt eadẽ. cęterꝶ detrahere largius ſanguinẽ, ac tenui magis: q̃ in illis vti victu, tum in quiete omnino, ac lectulo molli hoĩem continere, oportet: tum oleo calenti vbertim in axillis, collo, tẽdonibus, ligamẽtis, & capite vti. Quod ſi vulnerat⁹ neru⁹ ex ijs ſit, q in crure habenť: ſicuti cũ in manu erat alas: ita ĩ his bubones largo oleo imbuẽdi: tũ p totã ſpinã, ad collũ, et

*De neruo cõtuſo vna cũ cute contuſa & exulcerata.*

caput aſcẽdendũ. Cõtuſi vero nerui vbi cũ his vna cutis quoqꝫ cõtuſa exulcerataqꝫ eſt: medicamẽta poſtulãt, q̃ in ſiccãdo qdẽ cõmune nerui vlcera ſanãtiũ cõſiliũ ſeruẽt. cæterũ q̃ ptes q̃ p cõtuſionẽ a ſe diſſideant contrahere cõſtringereqꝫ ſint apta. Qui vero abſqꝫ cutis ſiĺi affectu ſũt cõtuſi: hos oleo calẽte, cui euocãdi facultas inſit, ſæpiſſime pfũ

*Semel viſũ a galeno.*

dere oportet. ac toti⁹ corporis ſimilẽ curã hr̃e. Semel hoc icidere vidi. ſanauiqꝫ id mature ipa ex oleo pfuſiõe. Verũ vna cum cute neruos

*Athletarũ cataplaſma*

cõtuſos ſæpe nũero vidi. et ꝓpter ei⁹ ſymptomatis frequẽtiã: athletę ipo vſu edocti, hñt cataplaſma, qđ ex oxymelite & fabacea farina cõ

*Si dolor cũ cõtuſiõe ſit.*

ficiť. quod plane ſalutare medicamẽtũ eſt. At ſi dolor vna cũ cõtuſiõe vexat: etiã picem liquidã imiſcere, ac bene coquere, tum calens medicamẽtum imponere oportet. Vbi vero magis ſiccans efficere voles: erui farinam inijcies. Quod ſi vt ampli⁹ quoqꝫ ſiccet deſyderabis:

*Si tot⁹ neruus pciſus.*

irim illyricã immittes. Totius autẽ corporis cura, his quoqꝫ cõmunis eſt. At ſi totus pciſus neru⁹ ſit: metus præterea null⁹ inſtat. debilis tñ particula manebit. Curatio vero ei⁹ cõmunis eſt, cũ ea q̃ aliorꝶ eſt

*De nerueis ligamẽtis ſiue copulis vel ſyndeſmis.*

vlcerũ, quãqꝫ vnã Theſſali imitatores norũt. Ergo de neruis hæc abũde ſint dicta. Phlegmone vero quæ in his ſuperueniẽt, queãdmodum curãdæ ſint: vbi de phlegmonis agem⁹ docebitur. Neruea vero ligamenta, ſiue copulæ quos ſyndeſmos vocãt, cũ ſimillimã habeãt tẽdonibus ſpeciẽ: valẽtiſſimorꝶ remediorꝶ vim tolerãt. quod nec ad cere

*Neruos oẽs ex cerebro ortum habere.*

brũ pertingũt: & ſenſus ſunt expertes. Nam nerui omnes alij ex ipo plane cerebro ortũ habẽt: alij ſpinali interueniẽte medulla. Tẽdones quoqꝫ qm̃ cõpoſitã eorꝶ eẽ ſubſtãtiã, ex neruo ligamẽtoqꝫ oſtendim⁹: quaten⁹ nerui participes ſunt: eaten⁹ ex cerebro oriũtur. cæterũ mi-

nus ſaltē:q̄ ipſi nerui cōuulſionē acceſſunt. Syndeſmi vero cū ex oſſe ortū habeant:quicūq; rotūdi ſunt, hi neruis adſimiles ſunt, duricie tamen plurimū diſſident. Verū in eo quod albi ſunt, & exangues, & cauitate carentes, et in fibras diuidūtur: ſimilitudo illis cū neruis, & tēdonibus cōſtat. Ergo vbi teretes ſyndeſmi, tendoneſq; viſuntur: qui diſſectionū ſunt ignari, neruos eos imaginantur. Potiſſimū qui multo duriores eos neruis eſſe nō intellegūt. At vbi lati ſūt: ibi eos a neruis diuerſos eē intellegunt. quāq̄ ne id quidem omnes. cæterꝝ ipſos a ſeſe diſcernere non valent. Verū tu q̄ p̄ſertim cuiuſq; triū ptiū naturā pſpectā habes, tū vero & formā, & quā in toto corpe poſiturā optinent, in quocūq; mēbro vulnus fieri cōtigerit: ſtatim intelliges neru⁹ ne ſit, quod in eo vulneratū eſt: an ſyndeſmus, tēdo ve. Et de nerui q̄dem, ac tēdonis curatiōe, iā dictum nobis eſt. Syndeſmus vero vulneratus ſi is eſt, qui ab oſſe ad os pmeat: et maxime ſine periculo eſt: & quē ſiccans quibuſlibet medicamentis, nihil hominē offendes. Sin is qui in muſculū ſe inſerit: quanto eſt neruo & tendone minus periculo oportunus: tanto vtiq;, niſi rite curet̄, reliquis ſydeſmis magis terrere debet. Horꝝ nihil peragi methodo ab ijs medicis poteſt, qui indicationē quæ a particulis ſumitur, vtilē eſſe ad vlcerū curationem negant. nec ab ijs qui id quidem confitentur, ſed tamē cuiuſq; particulæ naturam ignorant. quæ nimirum ſicut oſtendimus ex ipſo elementorum conſtat temperamento. Verum hi quāq̄ nihil aliud, ſaltem quæ ex inſtrumentaria partium conſtitutione indicantur, intellegūt. Theſſalus vero, & qui ſequaces eius ſunt, etiam hæc ignorant. Veluti ſtatim ſi diuiſum abdomen tam alte ſit: vt inteſtinum ex eo procidat: nec quēadmodum id reponere conueniet, nec ſi omentum exciderit: abſcindendum ne id ſit: an non, nec an vinculo id excipiēdum: an ſecus, nec an ſuendum vulnus ſit: necne, nec ſi ſuendum ſit: qua ratione ſuendum: quicq̄ intellegunt. vt quæ ne nos quidem intelligerem⁹: niſi ex diſſectionis ratione omnium quæ iſtic continentur partium naturam didiciſſemus. quam etiam exponere neceſſum eſt. non claritatis modo gratia eorum quæ dicenda ſunt: ſed etiam fidei. Cutis extrinſecus omnibus anteſtat. hæc vero in membranam finitur. A cute medio circiter loco neruea tenuitas muſculorum, (quā aponeurωſin græci vocant), gemina tēditur. membranarū ritu. Eas pleriq; anatomicorꝝ, duas eſſe minime norunt. Cū & vna cohereant coaleſcātq;, ſic vt labor ſit eas ſeparaſſe: & ſumma præterea ſint tenuitate. Poſt has deinceps habentur duo muſculi recti, & carnoſi, qui a pectore ad ipſa pubis oſſa perueniūt. Atq; hæc qdē oīa, & ſibi coherēt coaleſcūtq;. Et quod cōflatum ex ipſis eſt, græci qui quēadmodum diuiſum

De ſyndeſmo q ab oſſe ad os per meat vulnerato.

De abdomine vulnerato.

Abdominis diſſectio.

Epigaſtriũ Peritoneõ.

ventrem ſui conueniat, prodiderunt epigaſtrion .i.abdomen nomi
narũt.Quod vero hoc deinceps excipit:ab illis quidem vocat̃ pe
ritoneon.putantibus videlicet vnũ & ſimplex id eſſe corpus, mini
meq́ compoſitum.ſed falſo. Cum id compoſitũ ex duobus corpori
bus ſit, quoꝝ vtrũq́ & exangue:& neruoſum ſit. Veꝝ alterũ eoꝝ ner
uoſa tenuitas (aponeurωſin græci vocãt) eoꝝ muſculoꝝ eſt, qui per
tranſuerſum ſe agunt. Alterũ mẽbrana prætenuis velut aranea, quæ

Verũ peritoneon.

vtiq́ vere eſt peritoneũ. Ac tale quidẽ in medio ſui eſt abdomen. Par
tes vero eius quæ vtriq́ ad latus, ad quatuor quaſi digitos recedunt:
hæ ſtatim a cute obliquos muſculos habent. Priores quidem, q a pe
ctore demittunt̃. Secũdos, qui ab ilibus aſcendunt. Deinde poſt hos
trãſuerſum muſculũ, ſub quo eſt peritoneon. Ergo et minus periculi
in hoc loco: q̃ ĩ medio eſt. Cũ tenuẽ eiuſmodi mẽbranã qualẽ aponeu
rωſin vocant nullã habeat. et ſutura in medio difficulter adminiſtre
tur. Quippe cũ & ꝓcidãt hac parte maxime ĩteſtina: et ægre inibi cõ
tineri queant. Qui eñ cõſtrinxerant contra xerãtq́ ea: recti illi car
noſiq́ muſculi erãt. quos ex pectore ad pubis oſſa demiſſos dixim⁹.
Ergo quoties hoꝝ aliquis eſt vulneratus: duplici de cauſa procidere
inteſtinũ eſt neceſſum. a partibus quidẽ quæ ſunt ad latus: propterea
quod muſculis q iſthic ſũt, cõſtringitur. a medijs vero: qđ nec muſcu
lũ eũ, q cõtineret habet etiãnũ validũ: & quod locus oportune ad ꝓ
cidẽtiam eſt cõparat⁹. Quot ſi maius etiã vuln⁹ fuerit: tum plura ne

Cur ꝑua abdomis vulnera tracta tu ſint difficilia.

ceſſe eſt inteſtina excidere: tũ difficili⁹ denuo ĩmitti. Porro alia rõne
parua vulnera tractatu ſũt difficilia. Nã niſi quod ꝓcidit, illico in lo
cũ ſuũ reponas: inflat̃ ſurgitq́ in tumorẽ. Quo euenit vt ꝑ anguſtum
foramen ĩmitti neq̃at. Min⁹ igit̃ in eiuſmodi vulneratiõib⁹ graue me
diocre foramẽ eſt. Atq́ hæc qdẽ ꝑſciſſe eſt vtile. Proximũ eſt vt quẽ
admodũ qs hoc genus vulnerũ cõmodiſſime cõtrectet: cõſyderem⁹.
Nã Theſſali ꝓceptũ, quo cẽſet ẽhęmis ea ꝑſidijs glutinãda eẽ: parũ ſa

Quę in abdomie vulnerato ordine agẽda. Si vulnus adeo ſit paruũ & inteſtinũ adeo inflatũ, vt remitti non poſſit.

tiſfacere manifeſti⁹ puto: q̃ vt queq̃ latere, q cõpos ſit mentis poſſit.
Qm̃ igit̃ principio id agẽdũ eſt, vt inteſtina q̃ exciderũt in ſuũ locũ
recõdant̃, Secũdo loco vt vlcus ſuat̃, Tertio vt medicamẽ imponas,
Quarto vt ne q̃ ꝑſtantior pars ſimul afficiat̃ ꝓſpicias: age iã de pri
mo hoꝝ agamus. Cum igitur triplex (vt dictum eſt) diſcrimen horũ
vulnerum in magnitudine ſit: propriam a quoq́ indicationem ſume
re tentemus. Eſto autem principio vulnus adeo paruũ: vt inflatum
iam qđ excidit inteſtinũ remittere nõ ſit. Nũqd igit̃ hoc loco alterũ
e duob⁹ eſt neceſſum. aut flatũ educere, aut vulnus ampliare? Præſti
terit autem, (vt arbitror) prius ſi modo id cõſequi liceat. At nõ alia
poti⁹ ratiõe id conſequare: q̃ ſi cãm vñ excitata iflatio eſt, ſũmoueris.

Inflationis curatio.

Ea igitur quæ demũ eſt? Certe ambientis aeris refrigeratio. Itaq; etiã ſanatio ex calefaciẽdo petetur. Ergo ſpõgia molli & ex feruenti aqua madenti, ac mox expreſſa, calfacere inteſtinũ cõueniet. Præparetur vero interea vinũ auſterũ calidũ. Quippe id magis calefacit: q̃ aqua. ac robur inteſtino acquirit. Quod ſi huic etiã præſidio inteſtini inflatio nõ ceſſerit: incidendũ peritonei tantulũ eſt: quantũ ei quod excidit reponendo ſit ſatis.

Scalprum aptũ ad inciſionem.

Appoſita porro ad eiuſmodi inciſionẽ ſunt ea, quæ græci ſyryngotoma vocant. i. quæ ad fiſtulas incidendas ſunt cõparata.

Syryngotoma.

Scalpelli vero quibꝰ acies vtrinq; habetur, aut quibus cuſpis acuta eſt, omnino fugiẽdi ſunt.

Sitꝰ idoneꝰ

Situs vero laborãti appoſitus fuerit, cum in inferiore parte factum vulnus eſt: ſi ſurſum vergat. cum vero in ſuperioribus: ſi deorſum. Vnum autẽ vtrobiq; cauetur: ne quod exciderit, ab alijs quicq̃ inteſtinis degrauetur. Itaq; ex hac ratione conueniet, vt ſi in dextris vulnus ſit: corpus in contrariã partem inclinetur. Sin in ſiniſtris ſit: in dexteram, ſic vt quæ vulnerata pars eſt: ſemp̄ altiorem locum occupet. Atq; hoc tum in magnis: tum etiam in mediocribus vulneribus, cõducibile fuerit. Quippe id omnibꝰ cõmune cõſilium eſt.

Repoſitio inteſtinorũ

Cæterum repoſitio inteſtinorũ in ſuũ locum, vbi ex magno exciderunt vulnere: plane miniſtrum poſtulat dextrum. Debet enim vbi manibus ſuis totũ vulnus extrinſecus apprehẽderit: intro reprimere, tum conſtringere, ac exiguum ſemp ſuenti nudare. Quinetiã id ipſum quod aſſutum eſt: modice cõprimere, quo ad totum perſuatur.

Suendi abdominis ratio. id eſt gaſtroraphia.

Iam vero quæ cõmoda ratio ſuendi abdominis (gaſtroraphian vocant) in talibus vulneribus ſit: deinceps doceamus. Quoniam coire, coaleſcereq; cũ peritoneo oportet abdomẽ: incipiendum quidẽ a cute eſt, atq; ab externo introrſus acus inijcienda. Vbi vero tum cutẽ: tum rectum muſculum totũ tranſierit, præterito quod ei ſubeſt peritoneo: per reliquũ peritoneum eam ab interno extrorſus inijcies. atq; inde per reliquũ abdomen tranſmittes. Vbi hoc penitus tranſmiſit: rurſus ab externo introrſum idem abdomen eſt perforandũ. Mox vbi peritoneum, quod illi quoq; ſubheret, præterieris, atq; ad contrarium veneris: hoc quoq; ab interno extrorſus perpungendum. vnaq; cum eo totum ipſi coniunctum abdomẽ. Deinde ab hoc rurſus incipiendum. atq; id cum contrario peritoneo conſuendum. ac rurſus vicina quoq; cute tranſmiſſa: iterum ab ea parte acus introrſus eſt inijcienda. conſuendumq; abdomẽ id cum contrario peritoneo, etiã inibi vicina cute tranſmiſſa. Atq; hæc iterũ iterũq; facienda. quoad totum vulnus ſimiliter cõſuerimus.

Suturarũ interuallũ.

Interuallum vero quod ſuturis interuenit, quod ad cõpeſcenda pertinet ea quæ ſubſunt: breuiſſimum eſſe poſtulat. quod vero ad firmitudinem ipſius cutis nec vbi rumpatur: breuitas parum

tuta eſt. Quare vtriuſq; vitato exceſſu: eligenda mediocritas eſt. Iam hoc quoq; omniũ vlcerum cõmune quodãmodo eſt. ſicuti etiam ipſius quo ſuuntur, fili ratio. Nam quod iuſto durius eſt, cutem rũpet. quod mollius, cito ipſum rũpitur. A eque vero ſi proxime ſũmas oras acum tranſegerit, quod reliquum eſt cutis quoniã minimũ eſt dum violẽter adducitur: cogitur perrũpi. Si plurimũ ab ijs receſſeris: multum cutis inglutinatum relinques. Hæc tametſi omnium ſint vlcerum cõmunia: maxime tamen ſeruanda in abdomine ſuendo ſunt. Ipſa vero abdominis ſutura aut iam dicto modo adminiſtrabitur, vti q; ſi quis huc ſtudium dirigat, vt peritoneũ abdomini coaleſcere faciat, (vix enim cum eo coaleſcit, vtpote neruoſum): aut ſicut nõnulli faciunt, qui quæ cognatæ naturæ ſunt, ea cõmittunt. vti q; peritoneo peritoneũ, & abdomini abdomẽ. id fiet ad hunc modũ. Oportet a vicino nobis abdomine incipere. atq; ab externo introrſum per id tantũ acum tranſmittere, poſt præteritis vtriſq; peritonei labris: ex aduerſa parte ab externo introrſus per vtrũq; eius labrum acum reuocare. deinde rurſus hanc reuocare. atq; ab interno extrorſum p aduerſum abdomẽ traijcere. Hic modus a publico, & exprompto, quo videlicet vno adactu p quatuor labra acum tranſmittunt. hoc diſcriminis habet, quod totum peritoneon intra abdomẽ prorſus abſcondit. Deinceps vero de medicamentis præcipiamus. Sane hæc quoq; eiuſdem eſſe materiæ debẽbunt: cuius ſunt ea quæ enhæma dicũtur. quæq; aliarum quoq; partiũ vnire vulnera in ſuperioribus commentarijs oſtendimus. Deligatio vero extrinſecus vel præcipue in his neceſſaria eſt. Quarta vero curationis in his pars, nõ paulo ab alijs diſſidet. Siquidem quod inter bubones et axillas eſt: id totum molli lana ex oleo mediocriter calido imbuta circũdare oportet. Satius item fuerit et ſi per clyſterem inteſtinis aliud ſimile infundas. Quod ſi quid ipſorum inteſtinorum ſit vulneratum: quæ extrinſecus fieri debent omnia ſimiliter ſunt pagenda. Cæterum quod inijcitur vinum nigrum, auſterum, & tepens erit. eo q; magis ſi totum perforatum vſq; ad internum meatũ ſit. Ac craſſa quidem inteſtina facilia ſanatu ſunt. econtrario difficilia quæ tenuia ſunt. Ieiunum tamẽ omnino incurabile eſt. tum propter magnitudinẽ multitudinẽq; vaſorũ: tum quod tunica eius prætenuis neruoſaq; eſt. adde quod tum bilem ſincerum hoc inteſtinum recipit vniuerſam: tũ omnium iocinori maxime eſt vicinum. Ventriculi vero quæ carnoſæ partes infernæ ſunt, curare cum fiducia tẽtabis. Nam fieri poteſt etiã vt bene cedat. Non ſolum quod hæ craſſiores ſunt: ſed etiam quod ſanantia medicamẽta facile hoc loco ipſius ſubſiſtant. At quæ in ore ei⁹, ac gula vlcerum ſunt, dumtaxat contactu medicamentorum in trãſitu

Fili ratio.

Qua diſtãtia acus ab oris vlceris ſit inijcienda.

Alia ſuendi abdominis ratio.

Tertia ratio.

Qualia eẽ medicamẽta oportet.

Deligatio.

Quarta pars curationis ĩ gaſtroraphia.

Si qd iteſtini ſit vulneratum.

Inteſtinoꝝ quæ facile ſanẽtur quę difficulter. quæ nõ ſanentur.

Cur ieiunũ vulneratũ nõ ſanetur.

fruũtur. Quæ vero in ore eius ſunt, his ſenſus quoq; acumẽ ſanationi obſtat. Verum quanã ratione ventriculi vulnerati, aliorũq; exitialiũ vulnerum Hippocrates ſanationem moliatur: ab ipſo peti eſt ſatius. Ego nãq; non eo conſilio, vt nemo Hippocratis libros legat: ad hoc opus ſcribendum acceſſi. Verum quoniã is mihi primus idonea vſus eſſe via videtur, nec tamen eã totam compleuiſſe, cum quædã minime limitata, quædam imperfecta, obſcuraq; ab eo prodita iuenire liceat: iccirco ipſe tum omnia ea lucide explicare: tum quæ parum diſcreta ſunt diſtinguere, tum quæ deficiũt ſupplere ſtudui. Vbi igitur aliquis ſe in his noſtris primitus exercuerit: tũc ſe ad libros Hippocratis legendos cõferat. ac tum eius de vlceribus librum relegat: tum quæ de vulneribus ſcripſit. Porro ſimul maximũ adiumentum ex his noſtris libris habebit: ſimul certo intelleget, neminem methodicæ ſectæ quæ nomine ſpecioſo ſe venditat, re autem maxime eſt a methodo aliena: cõmode vlcus ſanare poſſe. ſed nec reliquorum rationalium quẽpiã, quicũq; parum cognitis ſimiliariũ partium elementis, artem aggredi cenſent. Quippe neſciunt hi quoq; rationalem ſimpliciũ animalis partium curationẽ. vt qui ab inſtrumentalibus tantũ indicationes ſumãt.

De vẽtriculo vulnerato legẽdus hippocrates.

Cæterum paucis etiamnum contra methodicos additis: de iſtis quæ in ventre accidunt vulneribus alio ſtilum conferemus. Vulnerato peritoneo excidit ſubinde omentũ, quod primaria ne pars ſit: an nõ primaria, vel ex quibus condatur, vel quod habeat opus, vſum ve hi cõpertum non habent. Itaq; ſi iam liuet, aut nigricat portio ea quæ excidit: ibi quid facient audire eſt operepræcium. vtrũ ne præcident: an intra peritoneon remittent. Omnino eñ vel ab ipſa experiẽtia quid agendum ſit intelligent: vel ab ipſa particulæ natura indicationẽ ſument. Atqui refugiunt hæc vtraq;. Eam quidem quã experientia ſuppeditat cognitionẽ: dum venerandum ſcilicet hoc ſectæ ſuæ nomẽ methodum extollunt. eã vero quæ ex particulæ natura ſuggeritur, quod nec ſubſtantiam eius norunt, nec opus, nec vſum: dum a diſſectione ceu re plane inutili abhorrent. Itaq; neſciunt, ſit ne ex ijs quæ neceſſaria ad vitam ſint: an quæ neceſſaria quidẽ non ſint. nec tamen omnino irrita. ſed nec an ad eius affectum, ſimul afficienda pars aliqua primaria ſit: an ſecus. adde quod nec an vaſorum quæ in eo continentur aliquod, poſſit per ſanguinis profuſionẽ hominẽ interimere. nec ſi quis poſt nigrum eius abſciſſum, quod integrum eſt vinculo cõplectatur, quo ſanguinis profluuium declinet: an id ipſum periculo vlli ſit futurum. cum leui ſaltem intuitu etiam neruoſum videatur, adeo niſi quis exacte naturam eius habeat compertam: nũq̃ audebit vinculo vti. conuulſionis ſcilicet metu. Horum cum nihil mirifici iſti methodici intel-

De omẽto cum ꝓcidit contra methodicos.

legant, vbi nigrum redditum omentum eſt: ſane dicere quid agendum ſit non poſſunt. At nos arbitror poſſumus. Qui cũ vſum eius nõ adeo eſſe animali magnum, ſubſtãtiã que eius ex membrana tenui, ac arterijs veniſque compoſitam ſciamus, horum tamen initia ex maximis orta tũ arterijs: tum venis intellegamus: ſanguinis quidem profuſionẽ cauebimus. coaſſiciendos vero neruos non timebimus. proinde id quod ſupra nigricans poſitum eſt, vinculo excipiemus. quod poſt vinculũ eſt amputabimus. atque vt in imo fine iam comprehenſæ gaſtroraphiæ vinculi fines pendeant, curabimus. quo nimirũ facile eas cum ex vulnere ſuppurante euomentur: recipiamus. Ac de reliquis quidem corporis partibus dictum abunde ſit. nunc de oſſibus agendum ſupereſt.

*Omẽti ꝓcidentis curatio galeni.*

*De oſſium continuitatis ſolutiõe*

Quando his quoque de quo nunc agitur morbus accidit, quem vnitionis ſiue continuatis ſolutionem appellamus. Huic cum in hanc inciderit partẽ: propriũ nomen inditum græce eſt catagma. omnibus fere hominibus qui græce loqui norunt, tritum. Apagma nanque medicorũ appellatio propria eſt: plebei inuſitatũ. Solent autem ita nominare, quoties oſſis finis, qua parte maxime cum alio cõmittitur, abruptus eſt. ſed & e fracturis ipſis quæcunque fracti oſſis partes iã prorſus ſepararunt: eas καυληδὸν factas græce dicunt. Patet vero eiuſmodi diuiſionem per tranſuerſum eſſe factam. veluti alteram eſſe quæ per longitudinem magis ſit facta. ĩ qua vero non omnino ſeparãtur a ſe partes ſic affecti oſſis. ſed veluti per rectitudinem ſinduntur. quod genus ſchizacedon fieri dicere ſolent. Non deſunt ex medicis iunioribus qui adeo ambicioſe oẽs fracturarum differentias, proprijs interpretentur nominibus: vt etiam aliquam ῥαφανιδὸν. i. ad raphani ſpeciem fieri dicant. non contenti oratione, os quod varie ſit fractum, explicaſſe. At non Hippocrates huius fuit ſententiæ. ſed quoad fieri licuit vſitatiſſimis vtens nominibus, oratione interpretari non eſt grauatus. nõ has modo facturarum differentias: verumetiam earum quæ in capitis oſſibus eueniunt. Ac ſi ad eũ modum de omni vitio egiſſet: profecto breuis mihi propoſita tractatio fuiſſet. Nũc cum plurimorum viam qua ſit inſiſtendum indicarit, ſed quæ particulatim ſunt agenda, inchoata indefinitaque reliquerit: neceſſum eſt in illis immoremur. Nec tamẽ in ipſis plus iuſto. ſed quæ tradita illi abunde ſunt ea ſũmatim cõmemoremus. quibuſdam etiam, demonſtrationem adijciamus. vtique quæ ab eo ratione parum ſunt munita. eorum præterea quæ parum ſunt definita, quædam definiamus. & quæ inordinata ſunt, ea in ordinem diſponamus. poſtremo ex ijs quæ ille parum lucida reliquit, quibuſdam lucem addamus. Verum ſi in ſingulis verba eius adſcripſero: expoſitorij cõmentarij longitudinem liber noſter habebit. Nec deerit for-

*Catagma.*

*Apagma.*

*Fractura καυληδὸν facta.*

*Fractura ſchizacedõ facta.*

*Fractura raphanidõ facta.*

taſſis aliquis qui imodicam longitudinem noſtram hic merito accuſabit. qui de hac in tertio, & quarto volumine parũ merito eſt queſtus. In his enim neceſſe fuit mihi multa Hippocratis ex eo libro qui de vulneribus inſcribitur loca apponere. quibus reliquis medicis oſtẽderẽ cuiuſmodi res ſit, methodo quadam vlcerum curationẽ conſcribere. In libro autẽ quo de fracturis præcipit. quis adeo eſt ſtupidus, vt doctrinam eius omnẽ ceu lucidam planeq; abſolutiſſimã non ſuſpiciat? Quod ſi quis etiam, vnus videlicet alterue dicat parũ ſe id opus mirari: his oportuniſſime reſpondeatur, illud poetæ. hos vnum atq; alterum permitte tabeſcere. Quænam igitur ſit fracturæ curandæ vera methodus quãq; ipſa rei natura præſcribat: iam tempeſtiuum dicere videtur. atq; hinc ſumpto initio. Quoniã fracti oſſis ſoluta partiũ continuitas eſt: vtiq; finis quo tendet is qui eas curabit, ſaltẽ primus, vnitio eſt. Quod ſi is per affectarum partium ſiccitatem perfici poſſe non videatur: reſtat alter, qui eſt vt alterius cuiuſdam interuentu glutinentur. qui ſi nec ipſe comparabilis aduertitur: inſanabile eſſe vitium dixeris. Quod igitur coaleſcere nequeat tam durum os: quã id quod in iuuenibus, & adoleſcentibus, & viris, multoq; magis in ſenibus cernitur: id profecto vel cuiuis patere poteſt. Poteſt certe illud tantum vnitionem recipere, quod abunde molle eſt. cuiuſmodi cõſpicitur in puerulis. Quod autẽ alia quapiam interueniente ſubſtantia, ceu glutino quodã agglutinari, colligariq; ſecum ſeparatæ fracti oſſis particulæ queant: hinc maxime ſperet quiſpiam. Monſtratum eſt omnem animalis particulam proprium ac ſimile ſibi trahere alimẽtum. Id ſi verum eſt: oſſium certe idoneum nutrimẽtum & craſſius, & magis terreum q̃ aliud quoduis nutrimẽtum in toto animali fuerit. Non eſt igitur nec a ratione alienum: nec quod fieri omnino non poſſit, vt quod ex hoc ipſo proprio alimẽto redundat, & in labris fracturæ cõcreſcit: ſuo ipſius interuentu illa quoq; conglutinet. Quinetiam ita vſu euenire conſpicitur ſubſcribitq; ſpei quam ratio ſuppeditat, etiam ex perientia ipſa. Itaq; conſyderandum deinceps eſt quanã potiſſimũ ratione corpus hoc quod fracturis innaſcitur, quantũ qualeq; ſit ex vſu prouenire poſſit. Nam quod nec quantumlibet, nec qualecũq;, ſed qđ mediocritatem ĩ vtroq; ſeruet requirim⁹: id plane eſt euidens. Porro huius ſymmetriæ tum qualitate: tum quãtitate inuenta: deinceps eſt, vt qua maxime quis vtrũq; aſſequatur rationẽ ipſam quærat. ſed nec tempus quo hæc effici cõueniat minus neceſſarium quæſitu eſt. Vtrũ ve ſtatim a fractura facta, veluti ſtatim in vulnerib⁹, moliebamur vnitionem: an id cõmodum tempus non eſt. ſed aptius requirendũ. Sane inuenias hoc quoq; ſicuti et reliqua omnia ex ipſa rei natura edoctus.

Prolixitatis excuſatio.

Poetæ dictum.

Fracturæ curãdæ vera method⁹

Quorũ fracta oſſa coaleſcere non poſſunt et quorũ poſſunt.

Quæ deinceps inquirenda.

Quænam igitur eſt ipſius rei natura? Nempe os fractum ſub aliqua paulo ante comprehenſarum differentiarum. Age igitur videamus nũquid a ſingulis differentijs aliquid deſumi ad eius curationem poſſit, ab ea quam καυληδὸν .i. per tranſuerſum fieri diximus orſi. Diſſident ſic a ſe in hac fracti oſſis partes, vt e directo non iaceant. Quare patet primũ id eſſe agendum, vt in directum agãtur. tum eorum quæ deinceps ſunt, aliquid geratur. Sane eum ſitum habuerint, ſi quis ea quæ ſic diſſident: integræ partis exemplo vſus, in contrarium adducat. A qua nimirũ certiſſima indicatio tranſpoſitionis eorũ erit. Fieri enim poteſt vt tum prorſum: tum retrorſum, tum in hanc partem mẽbri, tum in illam facta tranſlatio ſit. Quæcũq; igitur retrorſum magis ſunt acta: ea prorſum impelli conueniet. nec minus alteram quoq; fracti oſſis partem modice ad contrarium retrudi. Contra, quæ prorſum ſũt emota: hæc rurſus ipſa quidem retrorſum, reliquam vero partem ſenſim duci prorſum. Eodem etiam modo, & eorum quæ ad dextram ſunt detorta medicatio eſt: ſi ad ſiniſtram ducantur. contraq; eorũ quæ ad ſiniſtram: ſi mutentur ad dextram. Semper ſcilicet altera parte modice in contrarium acta. Cæterum in adducendis contrario motu partibus, ne quæ frangantur earum extantiæ: non leue periculũ eſt. Neq; enim veluti in ſerra deſectis viſitur, leuis eſt vtriuſq; partis finis. Nã ſi illæ frangantur: non poterunt ad amuſſim ſecũ coaptari fracti oſſis fines. duplici de cauſa. Nam ſiue ipſa fragmenta inter partes coniungendas interciderint, non ſinent ea quæ adaptãtur ſe contingere: ſiue quid forte oſſium extra ceciderit, ne ſic quidem eorum quæ effinxeris exacta coniũctio erit, ſic vt priſtinam vnionem imitentur. Quippe quæ tum demũ erit: cum oſſis extantiæ in ſuas cauitates fuerint reconditæ. Quod ſi ſemel cõminutæ perierint: neceſſum eſt inter applicata ſimul oſſa vacans interueniat ſpatium. in quod ſanies collecta, atq; in tempore putreſcens: totum pariter membrum ſecum corrũpet. Atq; ob hæc quidem quæ diſſident, oſſa ſe directo admota eſſe oportet. qđ commode certe fieri nequit: niſi retrorſum prius ſint tracta. antitaſin vocant. Oportet igitur aut manibus ipſis, vtiq; ſi paruum ſit mẽbrũ: aut vinculis impoſitis, aut vna cum his etiam inſtrumẽtis: cuiuſmodi nobis Hippocrates prodidit, antitaſin oſſium facere. Poſtea vero q̃ abunde retracta fuerint, nec vllus ſuperſit metus, ne ſe in adducendo tangant: tum in directum opponere, vinculaq; remittere, ac muſculis ipſis diductorum in idem cõmiſſionem permittere. Interim vero teipſum quoq; manibus ſubſeruire, ac ſicubi aliquid paulum ſubſultet, corrigere. atq; formare. Ab ijs ſecundum quo diriges fuerit: vt imotũ prorſus membrũ conſiſtat. ne quid eorum quæ effinxeris moueatur.

De fractura quæ per trãſuerſum eſt facta.

Antitaſis.

Secundus ſcopus.

Q uando ita neceſſe eſt ea rurſum diſſidere. Ac ſi ipſi quidem ægrotanti, vt quietudini membri proſpiciat permiſeris: vigilans fortaſſis probe id curauerit, at dormiens omnino mēbrum mouebit. Vt igitur non dormientis modo hominis: ſed etiam ad deſidēdum, itemq; cum cubile reſternitur ſurgentis, eorum quæ formata ſunt poſitura ſeruet: tuta deligatura cōplecti fracturam oportet, quæq; fracti oſſis partes ſecum coactare ad amuſſim, poſſit. At vero cum per laxiorem adhibitam deligaturā oſſibus moueri licet, quod autē vehementius eſt aſtrictum, dolorē excitabit: danda opera eſt, vt vitato ambarum incōmodo: vtriuſq; fruamur cōmodo. Id fiet ſi quod nimium eſt, declinabimus. Ergo nec adeo arctare deligaturam debebimus: vt iam comprimat: nec adeo remittere: vt laxa ſit. Ac ſi quidem æqualis eſſet craſſitudinis membrū quodq;: vtiq; latiſſima faſcia eſſet cōmodiſſima. vtpote quæ totum æqualiter continenterq; ex omni parte fractum os complecteretur. Sed quoniā id non eſt: pectori quidem latiſſimā licet circūponas. artubus certe & iugulo non potes. ſed in talibus vtilior eſt anguſta. vtpote quæ nec rugas contrahet: & totius membri cui circūdata eſt cutem continget. Verum ſi paucis cōplexibus fracturam continet: parum tuta eſt. Quantum igitur ſecuritatis ex anguſtia deficit: tantum ei ex iniectionis numero & verſus integrum deductione eſt, adijciendum. Sed quoniā deligationum quæcūq; citra dolorem carnē conſtipant coartantq;, id virium habent, vt ex ijs partibus quibꝰ primū inijciuntur, ſuccos exprimant, in eas, in quas ipſæ ſunt finitæ reponant, atq; figant: nō alienum a ratione arbitror, deligaturæ principium ſuper ipſam fracturam inijci. abhinc vero ad reliquū membrū diſpenſari. Etenim qui contra deligat: is ab integris ad ægram partē ſanguinem compellit. At qui ſi ab ægro loco incipiat: in integrum finiat: non ſolum innoxia eiuſmodi deligatura in ijs quæ diximus erit: ſed etiam vtile quiddam contulerit. Quippe cum nullam circa fracturam ſinet excitari phlegmonē cuius rei curā habere imprimis oportet. timendum enim eſt ne tum ex illa in diuerſum vulſione, quā membrum in ſuam formā effigentes adminiſtrauimus: tum vel magis ex eo quod cauſæ quæ fracturam faciunt plerūq; circundatā oſſibus carnem conſtipando contundendoq; prius ledunt: magnæ ſubſequantur phlegmonæ. Nec ſane mirer ſi phlegmones quiddam ſimile etiā ipſis fractis oſſibus ad portionem accidat. Quando etiam quæ parum ꝓbe ſunt curata, magis humida: q̄ pro natura ſua manifeſte cernantur. vbi videlicet vna cum vulnere ſic os perfractum eſt: vt ſub aſpectus noticiam veniat. Q uimo nec oſſis caries quem ſphacelon vocāt, ex alia occaſione oboritur. quæ ipſa totius oſſiū ſubſtātiæ corruptela quædā

Deligandū os fractum eſſe.

Deligaturæ modus.

Quibꝰ faſcia lata & quibꝰ anguſta vtilis.

Deligationū numerꝰ.

Succos per certam deligationē & expelli a partibus poſſe et in eas cōpelli

Deligatura, vitari phlegmonen.

In oſſe ſimile quiddam phlegmonæ incidere poſſe.

Sphacelos quid.

eſt. Non igitur negligendum quin totum ſuperuacuum humidum ex omnibus quæ circa fracturam habētur partibus, exprimas. Incipies itaq; ab ægra parte, ac cum bis ter ve circundederis: inde ſanum verſus diſpenſabis. Siquidem qui ita deligat: & ab integris ad laborantē partem ſanguinis confluxum arcet: & quod iam collectū in ea eſt, exprimit. Cum vero duæ partes ſint quæ & recipere aliquid a laborāte particula: & tranſmittere ad eam poſſint: vtiq; quæ ſuperiacent tum ꝓpter multitudinē: tum magnitudinē ad ambo magis ſunt habiles. Extremæ vero propter contrarias cōditiones: exiguum quidem aliquid vel recipere: vel tranſmittere poſſunt. Multum vero nec ægris partibus ſumminiſtrare: nec ab ipſis recipere. Quo circa cum duas primas fecerit Hippocrates deligaturas: priore quidem, tum quod in laborante particula cōtinetur ad ſuperpoſita expellit: tum quod ex his confluit, repellit. Reliqua vero, primis quidē complexibus quos ſuꝑ ipſam fracturam facit, itemq; diſpenſatione, deorſum, quædam ad inferiora extrudit, quædam ne quid ex ijs confluat, prohibet. Reliquis deinceps omnibus, quibus videlicet ab infimis partibus ſurſum recurrere deligaturam cenſet, vt eodem videlicet loco cum priore finiatur: tum ad ſuperiora repellit: tum confluxum ab ijs prohibet. Muniunt igitur ac ſtabiliunt fracturam, nec phlegmonē oriri ſinunt prima duo lintea. non tamē ea quæ dicta ſunt ad ambos hos vſus ſatiſfaciūt. præſertim ſola. Vnde ad eorum quidem tutelam Hippocrates remedium excogitauit, vt ſplenia vna cum exterioribus faſcijs adhiberentur. Quæ hæc quoq; ipſa ſtabiliant. Ne autē phlegmone oriatur, medicamento quopiā ex ijs quæ phlegmonē prohibent, vti iubet. Quale nimirum eſt ceratum humidum. Hæc igitur omnia ratione vt cōprehenſum eſt, dictante ſunt inuenta. Et præter hæc ipſa repoſitionis figura, quæ ipſa quoq; geminæ indicationi ſubijcitur. priori quæ ex ſolis cōmunibus notionibus pendet. alteri quæ ex curādorum organorum naturali conſtitutione præſtatur. Prior igitur eam quæ maxime a dolore abeſt, eligendam figuram ſuadet. quo nec phlegmonē particula contrahat: & æger perſiſtere in vna ea diu īmotus poſſit. Secunda quæ ex curandorum ſumitur natura: arterias venas & muſculos q̄ rectiſſimos poni præcipit. Sed et cōſentiunt inter ſe hæ indicationes. Quando & rectiſſima cuiuſq; partis figura maxime eſt a dolore aliena: et quæcūq; magis q̄ alia eſt a dolore libera: ea maxime naturalis membro eſt. Brachio quidē anguloſa quæ eggomos græce dicitur. Cruri vero quæ paulominus porrecta eſt. Porro ad dolorem vitandum non modo naturalis habitus cuiuis inſtrumento eſt vtilis: verū etiam conſuetudo quoq; conducere non nihil videtur. Atq; hæc quidē

Duplex prima deligatura.

Cur ſplenia adhibeat hippocrates.

Ceratū humidum cur adhibitū.

Repoſitionis figurā ad duo directam eſſe.

figuræ in qua cuſtodire membrum conueniat, inueniendæ ratio eſt. Eadem porro inueniendæ figuræ ratio eſt, & in retractione partium a ſe quam antitaſin vocant: & cum in naturalem ſitum aptantur fracti oſſis partes. Etenim expedit vt in rectiſſima atq; a dolore alieniſſima forma, eas tum retrorſum retrahas: tum in naturalem habitum coaptes, multoq; etiam magis, vt ſub eadem figura, tum deliges: tum ad quietem membrum reponas. Siquidem ſub alia deligare, in aliam vero mutare: non dolorem modo incitare poteſt: verumetiam oſſa intorquere. Nam niſi eorum quæ præcepta ſunt in cōmentarijs quos de muſculorum motibus ſcripſimus obliuio obrepſit: neceſſe eſt, vbi figura mutatur: alios muſculorum tendi, ac velut contractos rotundari: alios ſolui, ac remitti. Ergo vbi tenduntur: tum premi eos a deligatura eſt neceſſe: tum ex compreſſione ipſa dolere. vbi vero tenſio remittitur, quo loco deligatura eſt laxa: ibi fracturam fulcimento deſtitui. Horum igitur omnium cauſa, tum extendere, tum effingere, tum deligare, tum reponere, vna ea figura quæ doloris minimum habeat, præcipue eſt ſtudendum. Atq; ad primum quidem opus quod in fracturis molimur: nullum iam reliquum eſt præceptum. Soluere autem ex Hippocratis ſententia tertio die debebis, quo in membro præter ſolitum cooperto, nec dolor, nec pruritus creetur, nec eius quod iam infixum fracturæ eſt perſpiratio prohibeatur. Cuius occaſione non modo noxius pruritus quibuſdam accidit: ſed etiam cutem ex acrimonia ſaniei eroſam exulcerari. Infundendum igitur tantum temperatæ aquæ eſt: quantum ad euocandam eiuſmodi ſaniem eſt ſatis. Quod ſi rurſus quoq; ſimili modo facies: vtiq; ſeptimo id a primo die facere debebis. Apparuerint vero iam omnia, modo nihil impediat phegmone libera. ac quam pro naturali habitu, magis aliquando gracilia. Tum igitur licebit & ferulas circumponere: & ſoluere ex maiore interuallo. Nam antea cum phlegmones deuitandæ conſilium vinceret: tutum non erat ferulis premere. Nunc cum illud deſijt, ac ſtabilire fracturam eſt opus: ſane non incommode his vtare. Sed & ſoluere ex maiore interuallo licet. videlicet non deſyderantibus præterea partibus ſaniem excernere. Quinetiam callus, quem pωron græci dicunt, felicius ita prouenerit. Quando ad hunc gignendum (ſicut dictum eſt) cogi concreſcereq; aliquid proprij oſſium alimenti oportet. Non eſt igitur hoc a labris fracturæ eluendum, aut foras euocandum. quod tamen aſſidua ſolutio faciet. At vero nec tanto interuallo intermittendum: vt neſcias quemadmodum fractura procedat.

Figura ptis in oſſiū retractione et coaptatiōe et deligatione et repoſitione.

Liber de muſculorū motibus.

Quādo ſoluenda deligatio.

Pruritus remedium.

Quādo ferulæ circūponendæ.

Pωros.

Solutionis interuallū.

Vidimus enim non ſemel cum valenter ſiccarentur oſſa, ægre prouenisse callum. Expedit igitur iſtis tertio vel quarto die, modice aquam calidam infundamus. Hanc metam finiendæ perfuſionis habentes: cum carnes in rubrum tumorem attolluntur. Atq; in his quidem priusq̄ ſubſidere incipiant: deſiſtendum eſt. Contra vbi digeri quid volumus: non prius eſt deſiſtendum: q̄ quod ex perfuſione intumuit, ſubſidat. In quibus vero quo minus callus in fracturam proueniat humiditas abundantior obſtat: ibi hanc ſiccare ſicut prius eſt dictum conuenienti deligatura, & perfuſione aquæ quæ vel minima omnino ſit, vel plurima, conabimur. Quippe minima cum prius deſiſtat: quam aliquid confluat & qui ad manum humores ſunt per ſpiritum digerit, & qui in alto ſunt modice liquat. Expedit autem ita ſolui liquariq; ea quæ per deligaturam ſunt expellenda. Plurima vero digerit, plus quam attrahit. Sane conſtat in ea quidem deligatura quæ exprimet, minus eſſe arctandos faſciarum fines: in ea vero quæ ad renutriendum eſt comparata. nec minus hos arctandos & vniuerſos circumductus laxiores faciendos. Quoniam autem non ſolum quo tempore ſubueniendum callo gignendo ſit: ſed etiam quo pacto, eſt inuentum: reliquū fuerit de vniuerſa victus ratione præcipere. At quod in principio quidem ſit tenuiſſime cibandum: id vbi de propria phlegmonarum curatione agemus, dicetur. Porro monſtrabitur & quod venam incidere interdum oportet: & per ventrem ſuperuacua expellere. At quo tempore callus gignitur: nutriendum corpus eſt, cibis boni ſucci. & quæ multum nutriant. ex quibus prouenire ſuccus ſoleat non ſolum bonus: ſed etiam tenax. ex quali fieri callum maxime expedit. Quippe cum ex ſeroſa humiditate, ac tenui gigni prorſus nequeat. Ex craſſa vero, ſed quæ fragilis ſit: ac pinguitudinis expers gigni quidem poterit, non ſegniter. cæterum tempore ſicceſcens friabilior, atq; ita fractioni obnoxius, reddetur. Magnitudo calli ea ſit, quæ et oſſibus tuto vinculo ſit: nec muſculos tamen comprimat. Nam qui minor iuſto eſt: hic oſſa parum reddet tuta. qui maior eſt: dolorem muſculis inuehet. attendendum vero diligenter eſt, vt vel promoueatur, ſi minor iuſto proueniat: vel inhibeatur, ſi immodice increſcat. Sunt vero quibus hæc efficies ipſius perfuſionis tum quantitas: tum vero qualitas. præterque ciborum quantitas ac medicaminum, quæ illi extrinſecus imponuntur facultates. Ac de perfundendo quidem, & victus ratione ſupra eſt dictum. Ex medicamentis vero quæcūq; emplaſticā ſubſtantiā habent ac modice calfaciunt: ea callos tum promouent: tum vero augent. Quæ vero digerēdi vim optinēt: ea ma

Perfuſiōis modus.

Si humiditas p͡ori gignendo obſtat.

Quid minima pfuſio efficiat & qd plurima

Arctatio faſciarum in expulſione & renutritiōe

De victus ratione.

Vict⁹ p͡oro gignendo aptus.

De magnitudie p͡ori.

Qua ratione p͡or⁹ vel augeri vel minui poſſit.

gnos iam callos diminuunt. Si vero nec augere callum: nec minuere ſtudes, ſed eo ſicut vltro prouenit es contentus: medicamento aliquo eorum quæ cruentis adhibentur vulneribus, vtere. quæ cum modice ſiccent: etiam coagulari ac concreſcere mediocriter callum faciunt. Ac de tranſuerſis quidem fracturis, hæc ſatiſfaciant. De longis vero reliqua omnia ad eundem ſe habent modum. cæterum comprimendæ hæ magis in ipſo fracturæ loco ſunt: tum quod receſſit retrudendum introrſus eſt. Quæ vero confracta multifariam ſunt, potiſſimum cum vlcere, quemadmodum fieri plurimum ſolet: his ſplenium circundandum aſciæ ritu incuruum. Hippocrates præcepit. eaq; vino imbuta, tum auſtero: tum nigro, æſtate potiſſimum. Quippe putreſcunt ſiue oleo quis vtatur: ſiue cerato. cum poſtulent amplius: q̃ reliqua ſiccari. vtpote vitio ipſo reliquis maiore. Quinetiã medicamenta quoq; omnia ex ſiccantium ſint numero. ſicuti ille præcepit. ſed ſimul modum ipſum ſiccationis definiens. Etenim ex enhæmis eiuſmodi eſſe pharmaca vult. Quod ſi protinus ab initio quis ipſis vtatur: tale eſſe debere enhæmon ſuadet, quod imbui ſit aptum. Ac reliqua quidem omnia ex illius præceptis ſunt peragenda. non in ijs quæ dicta ſunt modo: verumetiam ſiue nudatum os deſecari ſerra poſtulet: ſiue fragmenta quæpiam vel teipſum eximere: vel expellenti naturæ ſubſeruire oporteat. De ijs vero quæ cruribus ſupponuntur organis, quos ſolenas græci vocant, quæcũq; Hippocrates addubitauit vtenda ne ſint: nec ne: et omnes norunt: et laudandas eſſe rationes cenſeo. Quod autem neotoricis inuentum eſt gloſſocomion quo maxime tempore gignendi calli vtimur: laudandum id quidem quantum aliud quiduis eiuſmodi machinarum, ducimus. Verum non videtur id Hippocrates nouiſſe. quãq̃ alias in organis quæ vſui forent excogitandis non indiligens. At vero quod cruribus ſubijcitur inſtrumentum recte illis excogitatum eſt, quod per vnicum axem, qui in fine machinæ ad infernã eius partem eſt collocatus, contrarium nixum toti membro gemina tenſione efficit. Nominatur earum altera quæ vtiq; membrum tendit in directum, græce enthyporos id eſt in rectum procedens. quæ vero prius ſurſum, mox deorſum, ea metaleptice græce dicitur, quaſi tranſlatiuam dixeris. Obeuntur ambæ per laqueorum circumplexum. Porro aptiſſimus in hunc vſum laqueus eſt, qui duas habeat appendices. Hic igitur cum in partibus membri quæ infra fracturam ſunt, iniectus eſt: priorem ſiue enthyporon efficit tenſionem. brachijs ſcilicet ipſius axi circumpoſitis. Cum vero in partibus quæ ſupra fracturam ſunt idem laqueus imponitur: metalepticen tenſionem efficit. abactis videlicet ipſi⁹ brachijs prius ſurſũ, mox deorſũ. Quippe hæc

*De longis fracturis.* *De multifariam confractis.* *Hippo.* *De gloſſocomio.* *Aptiſſim⁹ laqueus.*

quoq; circũdanda axi ſunt. Porro circumactum, ac veluti flexum bachiorum laquei, qui a ſuperioribus partibus ad inferiores agitur, per trochleas fieri oportet. quæ in lateribus glottocomi ſint poſitæ. Licebit & ſolena voces eiuſmodi machinam, & cum adiectione ſic. ſolena mechanicũ. aut glottocomõ mechanicum. Verum de inſtrumẽtis vberius præcipiemus, quando de luxatis agemus. vbi etiam de varietate deligaturarum quæ ſuper imponuntur non minus dicetur. Nunc vero poſtq̃ de mechanico ſolene mentionem feci, qui plurimũ cruri commodat, tum alias cum reponitur, tum vel magis cum æger cubile mutat, aut etiam e ventre aliquid excernit: nõ ab re fuerit, quo nihil tractationi de eo deſyderetur multo magis illud glottocomion laudare. cuius alterum laterum, itemq; tabellulam in qua pedem collocant, quo nulli nõ quadret membri magnitudini, mobilia faciunt. Ac de reliquis quidem fracturis hæc noſſe cum ijs quæ Hippocrates præcepit, ſat fuerit. De ijs vero quæ in capite accidunt, Hippocrates certe integrum volumen ſcripſit. vbi omnia præcipit quæ in his ſunt agenda. et nos cum huic operi finem impoſuerimus, enarranda eius opera aggrediemur. Ad præſens vero quoniam in his commentarijs, & quæ ſupra ea, quæ ille dixit ſunt inuenta, adijcimus: et quæ indefinite dixit definimus: neceſſe eſt primum de cauis exciſorijs ſcalpris quos græce cycliſcos vocant, mox de ijs quos a lenticulæ ſpecie phacotus vocant, poſt hos, de anguſtis ſcalpellis, demum de medicamentorum vſu, aliquid agamus. Ergo de fracturis caluariæ quædam vſq; ad ſecundam laminam quam græce διπλόην vocant, perueniunt. quædam vſq; ad internam oſſium faciem. quedam ſimplices fracturæ ſunt. quædam contuſiones. quædam veſtigia eorum, quibus inflicta plaga eſt. Quæ igitur ſimplices fracturæ ad ſecundam vſq; laminam perueniunt: ijs quos modo diximus anguſtis ſcalpellis indigent. Expedit autem hos vt numero multos: ita magnitudine impares eſſe. nec vbi deſit quod operi ſit commodiſſimum. poſtea vero nudato prout fieri ſolet, vitiato oſſe: vtendum primo quidem latiſſimo. ſecundo loco quod illo eſt anguſtius. mox ita reliquis deinceps, vſq; ad anguſtiſſimum. Hoc vero in ipſa diſploe eſt vtendum. Poſt hæc tum protinus: tum ad finem vſq; ſiccis medicamentis eſt medendum. Quæ ob id ipſum cephalica græce id eſt capitalia ſunt dicta. Ea cõponũtur ex iri illyrica, et erui farina, & manna, & ariſtolochia, & panacis radicis cortice. in ſũma oĩbus, quæ extergere citra roſionẽ poſſunt. Ipa nãq; generatio carnis, naturæ opꝰ eſt. Itaq; ægro ad eã rẽ nihil opus eſt arte medica. vt autẽ quæ ꝑuenit caro coaleſcat, circũhereatq; oĩ oſſis parti: id inde maxime eueniet, ſi neq; ſordes ſup

*Aliud glottocomion.*

*De reliqs. fracturis ad hippocratẽ remittit lectorẽ.*

*De cycliſcis, phucotis et anguſtis ſcalpellis.*

*Cycliſci.*

*Phacoti.*

*Cephalica vnde cõponantur.*

eo ſit:nec oleoſa quæpiam pinguitudo. Id igitur eſt quod ægris medi
ci ad carnis productionem præſtāt. vt totus locus ſiccus ſit.tum quæ-
libet vitiati oſſis pars plane pura. Atq; hæc quidem omnium fractura
rum cum caro in his produci incipit:cōmunia ſunt. Ex fracturis vero
quæ ad cerebri vſq; membranas peruenerunt:ſi ſimplex tantum fractu
ra ſit:iam dictis ſcalpellis anguſtis vtendum. Sin cum contuſione ali-
qua:quod contuſum eſt excidi debebit.idq; vel terebellis prius in cir
cuitu perforatum.mox deinde ſcalpris admotis. vel protinus ab ini-
tio cycliſcis. Ac quæ per terebellam quidem ratio fungitur, parū tuta
eſt.propterea quod dum audacius eam tractant:duram mēbranā quæ
oſſi ſubſternitur non raro violant. Quod vero per cycliſcos opus ad
miniſtratur:ne id quidē omnino vitio caret. Cum quatiat īmodice ca
put, quod potius quietem poſtulat. Mihi igitur hic quoq; placet. vt ſi
magnæ ſint fracturæ, & oſſa quæ fracta ſunt vehementer mota:cycliſ-
cis vti. quippe paucis exciſionibus:facies lēticulatis exciſorijs locū.
Sin firma plurimū oſſa ſint:foranda terebella ſunt. Quidam autē quo
minus vſq̃ aberrent: eiuſmodi terebellas excogitarunt, quæ mergi nō
poſſint. quas ab argumento abaptiſta dicunt. Circūcurrit enim parū
ſupra terebellæ acutam cuſpidem, circulus quidam parū extans. Sane
expedit complures id genus præparatas habere, ad omnem caluariæ
craſſitudinē. Nam craſſiori longior terebra cōueniet, (voco autē ita,
cuius ſpacium quod inter ſummā eſt cuſpidem, & circulum qui extās
circūcurrit, maius eſt.) Tenuiori, breuior. eſt autem huic quoq; quod
intereſt inter cuſpidem & quod circuncurrit, minus. Aliqui vero ſiue
illos his timidiores; ſiue tutiores appellem, etiā ijs quas chynicidas
vocant, ſunt vſi. Tu vero ſi neq; improuidus eorum quæ fallere poſ-
ſunt ſis futurus:neq; pluſq̃ ſatis eſt timidus; commodiſſime cycliſcis
vtere. & primo quidem aggreſſu latioribus. poſtea magis anguſtis.
donec ad craſſam membranam perueneris. Cæterum quod excidi o-
portet:id totum circulo cycliſcis nudandum non eſt. ſed ex ea maxi-
me parte, qua fractura eſt grauiſſima. Nam præter alia etiam mēbra-
na ipſa ab oſſib⁹ quæ vehemēter ſunt afflicta, celerrime recedit. Adeo
vt nullus ſit metus eam quæ iam ſeiuncta eſt tetigiſſe. Si vero vnā ſe-
mel nudaueris partē, ac ſcalprū qui in cuſpide præfixum habet obtu-
ſam leuēq; lenticulæ ſpeciem, aciē vero per longitudinē erectā, ſubmi
ſeris:vbi latā partē lenticulæ ſup mēbranā ſtatueris; feries malleolo,
ac ſic caluariam diuides. Euenient em̄ ita agentibus quæ requirimus
oīa. Nam mēbrana ne ſi dormitans quidē quis agat, lata tantum lenti-
culæ parte occurrens vulnerari poteſt. Qui ſicubi adhereat caluariæ:
huius quoq; adherentiam innoxie dirimit ipſa lenticulæ rotunditas.

Quid medici ægris ad carnis ꝓductionē præſtent.

Terebellæ q̃ mergi nō poſſint, abaptiſta græcis dictæ.

Chynicides.

Phacoti vſus.

Subſequitur vero præeuntem eam a tergo ipſe ſcalper. caluariam ſecans. Quare nec qui minus cum periculo: nec qui celerius perficiatur forandi modum inuenias. Maxime tamen hunc in vehementiſſimis fracturis laudabis. quas vtiq; recentiorum non nulli medicorum græce eggiſomata, & camaroſes nominant.

Eggiſomata. Camaroſes.

Eggiſomata quidem, quæ in medio ſui membranæ innituntur. Camaromata vero, quæ eandē ipſam partem exaltatam habent. Cæterum qua primum ab integris fracturæ partibus diduci ægrum cœpit: intro magis recedunt, ac mēbranæ innituntur. Quippe celerrime in talibus quod ægrum eſt, totū exciditur. vtpote cū promptius ſubintret lenticulati ſcalpri finis, in his quæ plurimum a naturali habitu receſſerunt. Quinetiam inſtrumento

Oſtagra.

quod oſtagran vocant, aliquibus oſſium quæ vehementer ſunt comminuta, vel exaltatis vel conuerſis: ea potiſſimū parte vt demittatur lenticulatum ſcalprū, præparabimus. Quo facto: ſuccedunt deinceps omnia, quibus eſt opus. cum ſecuritate ſimul ac celeritate. Vt ferme dixeris celebre illud dictum in reliquis quidē omnibus, probe ſe habere. Dimidium facti qui bene cœpit habet. Hic vero nō dimidium, ſed vel totum, vel paulominus totum habeas, vbi lenticulatum ſcalprum immiſeris. Atq; hæc optima eſt fracturarū, quæ in caluaria ſunt

Chirurgia

manualis tractatio. quam chirurgian vocant.

Quantum excidēdū.

Quantum vero excidere conueniat eius quod affectum eſt: deinceps exponam. Quod vehementer eſt confractum: id totum eſt auferendum. Si vero ab eo fragmenta quædam longius excurrant, quemadmodum aliquando cernitur accidere: hæc perſequi ad finem, non expedit. illud perſuaſum habentibus minime futurum, vt ex eo noxa ſequatur vlla. modo reliqua omnia rite ſint peracta. Nos enim, nō ſemel aut bis, ſed plane perſæpe ſic facientes: voti compotes fuimus. Indicatio vero agēdorum hic quoq; ex natura ipſarum partium affectarum ſumminiſtrata eſt.

Cur fractā caluariā excidere cogimur.

Nam deligaturam quam in alijs fracturis ceu maxime phlegmonas arcentem ratio inuenit, capiti adaptare nō poſſis. Itaq; nec quod affluit reprimi: nec quod in ægris partibus continetur exprimere, queas. Sine quibus præſidijs, nec reliquorum oſſium vllum ſeruari ſanū poteſt. Nam pone in brachio ad medullam vſq; fractum os eſſe, neminemq; poſtea pro fracturæ legibus id deligaſſe. Omnino neceſſum erit ſaniem nō ſolum qui foris ſub cute, & ſub muſculis eſt collecta: ſed etiā quæ in medulla cōtinetur, tum ipſam primū ac maxime corrumpere: tum cum ipſa os vniuerſum. Quando etiam nunc quoq; omnibus rite peractis aliquando talia contingunt. Quomodo ergo non vel magis in capite ea accidāt. Cum nec deligaturam quæ fracturis debetur, admittat: & omnis ſanies prona feratur, ſic vt ſuper mēbranam vniuerſa

coaceruetur? In alijs igitur fracturis deligatura cum rite adhibetur, tãtum abeſt vt ſuperuacuam aliquam humiditatẽ colligi in læſo oſſe patiatur: vt etiam gracilius: q̃ pro naturali habitu membrum reddat. In capite vero ratio quæ per deligaturam eſt excogitata, nec poteſt ita, tum os ip̃m confractum: tum quæ illi circũſtant ſiccare, vt neq; phlegmonen contrahant: neq; penitus vllam efficiãt ſaniem, nec medicamentum eſt vllũ quod vel in alijs qdẽ partibus citra deligaturã, os fractum quatenus nunc dictum eſt ſiccum, atq; ab ſupuacuis purũ reddere valeat. Neceſſũ igitur eſt nobis primũ fracturæ aliquid nudare. quo videlicet detergere, & abluere ſaniem a membrana liceat. Poſt vero cũ phlegmones tp̃s p̃terijt, oĩaq; ſicca ad vnguem ſunt: carnẽ ꝑducere, ac cicatrice locũ icludere. Nõ eſt hic ſermo nudus rerũq; vacu⁹: cuiuſmodi eſt ille ſophiſtaꝝ: q operũ artis neſcij querũt. cur capitis fracturæ callũ nõ ducũt. Ducũt eñ viri boni. voſq; tã demẽtes eſtis: vt eoꝝ quæ nõ ſunt, tanq̃ ſint cauſas aſſignetis. Nouim⁹ eñ aliquãdo ſincipitis os fractum, quod aũt os huic oſſi protinus ſuccedit (tp̃is os vocat̃) in quo ipſas ſquamatim cõpactas cõmiſſuras eẽ accidit, in eo loculẽta fractura longiſſime ptinebat, quã ip̃e equidẽ minime cõtingẽs, ſed tantum ſincipitis os excindens: hominem ſanaui. ſic vt nũc quoq; multos iam annos viuat. Quod ſi ſincipitis quoq; os dimiſiſſem: putruiſſet citius quæ illi ſuberat cerebri membrana: q̃ callum fractura duxiſſet. Nam ſi nulla ex læſis partibus ſanies intro cõflueret: ſuperfluũ eſſet os excindere. Ergo illi prout ſolent nugẽtur. Ego vero in alia ſimiliter ſe habente fractura cogitaram ſupernũ os dimittere, ac quod a laterib⁹ erat quo ſanies deflueret eximere. mox cum & craſſitudinem eius, & duritiam æſtimaſſem: vtilius fore iudicaui ſupernum os potius eximere: q̃ ob defluxus ſollicitudinem, cerebrum valenter concutere. Cogitaui præterea accidere poſſe, vt ſi a latere magnum fieret in oſſibus foramen: prominerét fortaſſis hac parte cerebrum. Eſt porro & in lateribus non vno in loco etiam neruorum, horumq; non leuis momenti, quidam exortus. Cum in ſupernis capitis ne minimus quidem vſq̃ oriatur neruus. His admonitis abſtinui ab eximendo oſſe, quod in latere capitis eſſet. At callum ſemper duxit. modo rite curaretur. Ac iam quod diſquiramus, hoc fere ſupereſt. Quænã ſit poſtq̃ foratũ os eſt, tum medicamentoꝝ: tum vniuerſæ diligentiæ noſtræ pcipua oĩm ratio. vtrum ne blandiſſima et qui maxime voluptati cubantis ſubſcribat, veluti qua nũc pleriq; vtũtur: an quæ huic maxime eſt aduerſa. Nempe quæ p medicamẽta, quæ vehemẽtiſſime ſiccẽt, perficitur. Cuiuſmodi et meges ſidonius laudat: et ciuis quidam noſter ſemper

Cur os a latere capitis nõ exciderit galen⁹.

Neruos aliquos ex lateribus capitis ortũ hr̃e. nullos ex ſupnis.

Poſtq̃ forata eſt caluaria, q̃ precipue ratio ineunda.

Meges ſidonius.

Iſis.

eſt vſus. ſic vt etiam emplaſtrum quod iſin vocant, illico nudatæ mē-branæ imponeret. & ſuper hanc foris oxymeli. Sane is ſenex erat ſatis exercitatus in hac artis parte. Cæterum neq; alium quempiā his vſum vidi: nec ipſe vti ſum auſus. Tantum tamen teſtificari Eudemo poſſum (nam id ſeni nomen erat) magis fuiſſe ſeruatos qui ab illo curabantur: q̄ qui ab ijs qui blādis vtebantur. Aggreſſus vero fuiſſem aliquando ipſe quoq; experiri eiuſmodi curationis rationem: ſi perpetuo in Aſia manſiſſem. Sed cum Romæ plurimum agerem: ciuitatis morem ſum ſecutus. permiſſa ijs quos chirurgos vocant, maxima eiuſmodi operum parte. Cæterum ipſam rei naturam æſtimās: talem quandam determinationem longa noſtra experientia confirmatam concipio. Qui auditorius meatus dicitur, non ſolum vſq; ad cerebri duram membranam pertinet: ſed etiam neruum contingit, qui in ipſum a cerebro deſcendit. Is autem quāq̄ ita poſitus in vicino: tamen vehementiſſima ſicut dictum prius eſt, medicamēta tolerat. Nihil igitur miri ſit: ſi poſt forationes craſſa cerebri membrana, anteq̄ notabiliter phlegmone occupet: valentiſſimis gaudeat medicamentis, ceu ſiccam naturaliter ſubſtantiam habens.

Eudemus.

De auditorij meat⁹ ſitu et natura

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER SEPTIMVS.

MEdendi methodũ Eugeniane chariſſime, quã oli in Hieronis gratiã ſcribẽdã ſuſceperã, poſtea q̃ illũ ſubito longum iter ingredi coactum, nõ multo poſt diẽ obijſſe nũciatum: ipſi quoq; perſequi deſtitimus. Tu em̃ mihi conſcius es, neq; hoc me opus: neq; aliud vllum popularis auræ ſtudio fuiſſe aggreſſum. ſed quo vel amicis gratificarer: vel me ipſũ ſimul vtiliſſima ratione ad rem propoſitam exercitarẽ: ſimul ad obliuionem ſenij (vt Plato iquit) cõmentarios mihi reponerẽ. Quippe multitudinis laus commodum ad vſus nõ nullos inſtrumentũ viuentibus aliquando eſt. mortuis certe nihil prodeſt. ſicut neq; viuentium quibuſdã. Nam qui viuere in tranquillo optarũt, ac fructum ex philoſophia ceperunt, & ijs quæ corpori curando ſufficiunt ſunt cõtenti: hijs vtiq; impedimẽto non paruo eſt apud vulgum fama. vt quæ eos a rebus pulcherrimis plus iuſto tranſuerſos auferat. veluti me quoq; nõ ignoras ab ijs quæ ſunt moleſta, ſic nõnunq̃ tedio affectum: vt bono interim ſpatio ne tangere quidem librum poſſim. Ego vero (haud ſcio qua ratiõe) ab ipſa vſq; adoleſcẽtia mirifice ſiue inſpiratus, ſiue furore percitus, ſiue quomodocũq; dixiſſe libet, & vulgi famam cotempſi & veritatis ſcientiæq; ſtudio flagraui. nullã eſſe nec honeſtiorem nec diuiniorem poſſeſſionem ratus. Atq; ideo nulli librorum meorum nomen meum præſcripſi. Imo vos ſicut ipſe teſtis es, rogaui, ne me immodice (vt ſoletis) apud homines laudaretis. nec nomen meum operibus quæ proderem, iſcriberetis. Ob hæc igitur omnia etiam medendi methodus quam inceperam, a me eſt depoſita. Cum capita inuentorum breuibus commentarijs mihi ipſi ſcripſiſſem, nec vllam pleniorem docendi rationem etiamnum adieciſſem. Nunc quando et tu: & alij ex amicis non pauci exigitis quæ ſubinde me opere in ægris peragere vidiſtis: vt ea in commentarios redigam: adijciam huic operi quod reliquũ eſt. Ergo i horum commẽtariorum tertio, quarto, quinto, & ſexto, quemadmodum ſimilariũ

Quid i tertio, q̃rto, quinto, ſexto q; egerit.

inſtrumẽtaliũq; partium cõmunẽ morbum curari cõueniat, ſcripſerã. Idcirco nimirũ ab eo auſpicatus, quod & conſpectior reliquis eſſet: et euidenter omnes propemodũ priores medicos, qui certa methodo artem tradere polliciti, amethodi in ĩpis curationibus deprehendun

Nemo preter hippocratẽ continuitatis ſolutionẽ methodo curauit.

tur, confutaret. Nam cum ab Hippocrate diſceſſeris, qui nobis omniũ ſalutariũ præceptorũ ſemina prebuit: reliquorum certe nemo vel conatꝰ eſt genus hoc morbi methodo curare. Poſtulant autem & quæ Hippocrates ipſe reliquit, nõ malos agricolas qui ea tũ ſeminẽt cõmode: tum augeant. tum ꝑficiant. Id autẽ feciſſe ante nos neminẽ, ſed pleroſq; etiã ſemina quæ reliquit corrupiſſe, ijs qui animũ aduerterũt clare monſtratũ arbitror. Porro hoc morbi genꝰ vel continuatis ſolutionẽ: vel vnitionis, vel qualitercũq; eſt libitũ: appellare cuiq; ꝑmiſimus. Quãdo de noĩbus nec in hoc opere: nec alio medicinaliũ vllo laboramꝰ. ſed quo pacto artis maxime finẽ cõſequamur. Reuertamur autẽ nũc ad morbũ eũ qui omniũ eſt primꝰ.

Primus morbus

Nempe qui ĩ ſimilaribus naſcit̃. quibꝰ ſcilicet primũ animãtis functiões referunt̃ acceptæ

Actiões ex ſimilaribꝰ ꝑcipue prouenire.

Siquidẽ mõſtratũ in alijs operibꝰ eſt, quẽadmodũ inſtrumẽtaliũ quãq; partiũ aliquid agere dicamus. veluti oculũ videre. aut crus ambulare. Eſſe em̃ ſicuti id qđ precipuũ eſt actiõis crurũ, nõ cruris totius, ſed muſculoſi in eo generis: ſic viſionẽ nõ oculi totiꝰ. ſed chryſtallini in ipſo humoris: ac ĩ reliquis quibuſq; organis ad portionem. Porro oſtenſũ in ſecũdo horũ voluminũ eſt, genꝰ hoc morbi nõ ſolũ cognitu eſſe maxime neceſſariũ: ſed etiã neminẽ ipſũ ratione curare poſſe, qui prima corporis elemẽta nõ norit.

In Eraſiſtratum.

Preterea nõ ĩtelligere ea quæ dicãt nõnullos eorũ, qui rationales ſe nominãt. quoties imbecillitatẽ eſſe dicunt, vel ventris, vel inteſtinoꝝ, vel iocinoris, vel oculoꝝ, vel alteriꝰ cuiuſlibet. Si nãq; infirmitatẽ impotẽtiãq; ad naturale opꝰ ita nominãt: nihil plus plebeio intelligũt. Quippe quẽ dicere audias imbecillũ ſibi ventrẽ eſſe. nõ em̃ cõcoquere eũ vel minima leuiſſimaq; quæ ſumpſit. Quod ſi imbecillitatẽ quæ eſt in ventre affectũ quẽpiã eſſe aiũt: ĩterpretent̃ queſo nobis quemnã demũ hũc eſſe volũt. quẽadmodũ de phlegmone fecerunt. Nã empirico ſat fuerit, ſi ſymptωmata laborãtis particulæ expoſuerit. Nempe tumorẽ preter naturã, & renixum, & pulſatilẽ dolorẽ & tenſionẽ & ruborẽ, aliaq; id genus. imponitq; nõnunq̃ breuitatis docẽdi cauſa cũctis ſimul collectis vnum nomẽ. ſicuti cõprehenſis iam, phlegmonẽ. Dogmatici vero nõ itidẽ.

Quid Eraſiſtratꝰ phlegmonẽ cenſeat.

ſed ipſam morbi naturam inſpiciunt quam ſymptωmatum illorũ collectio neceſſario ſequitur. Siquidem Eraſiſtrato videtur ſãguis, qui in arterias incidit. vbi ſpiritu impellitur, in exitu earum impactus herere. idq; phlegmone eſſe. At par (arbitror) erat, vel Eraſiſtratũ

ipſum:vel aliquem ex ſectatoribus eius, ſimili modo affectum qui in imbecillitate cuiuſq; partis ſubeſt, interpretari. Tãq̃ eñ de phlegmone in quidnam tranſlatus naturalis membri habitus ſit, explicuit: ita ratio exigebat & vt tranſlatio cuiuſq; particulæ in imbecillitatem ab eo explicaretur. Non eñ cum pro naturæ ratione eſt affecta: ad propriam actionem eſt imbecilla. ſed acceſſit omnino aliqua præter naturam occaſio, quæ eam diſſoluit deiecitq; & mortuæ ſimilem effecit. quam vtiq; nec Eraſiſtratus dixit, nec Herophilus, nec alius quiſpiã medicorꝫ, qui de primorꝫ corporꝫ natura auſi aliquid pronũciare nõ ſunt. Cæterꝫ immorandũ in his diutius non eſt. cum præſertim pri⁹ monſtratũ ſit, & genus hoc morbi vtiliſſimũ eſſe, quod a medicis diſquiratur: et qui cõmode id ſit tractaturus huic neceſſe prius eſſe, de elementis conſyderaſſe. Itaq; qui nobis habendus ſermo eſt, is totus ex prius demõſtratis elemẽtis abſoluetur. de quib⁹ vnũ (vt ſcis) volumen edidimus. quod de elemẽtis ſecũdum Hippocratẽ inſcripſimus. Sane eadẽ opinio de corporis natura eſt tum Diocli, tum Mneſitheo, tum Dieuchi, tum Atheneo, tum ꝓbatiſſimis fere quibuſq; medicorꝫ. itidẽ vt p̃ſtantiſſimis philoſophorꝫ. vt qui ex calido, frigido, humido, & ſicco mixta putẽt, tum alia corpora vniuerſa: tũ vero animantiũ in primis. Cæterũ ei qui de his primũ pronũciauit demonſtrauitq; iuſtum arbitror reddere, quod inuenit. Ideoq; & nos ea ſecundũ Hippocratem elementa vocamus. etiã ſi Cryſippus, Ariſtoteleſve, aut alius quiſpiam medicus philoſophuſve ſimiliter de ijs ſit opinatus. Ergo quoniã vnaquęq; animalis particula propriã actionẽ edit, quæ tantũ ab aliarũ actionib⁹ differt: quantũ ipa particula ab alijs, quæ illas edunt eſt diuerſa, Differt vero ab alijs particula q̃q;. eo quod calidior, vel frigidior, vel ſiccior, vel humidior ſit. aut q̃d binis horꝫ quibuſlibet ſit affecta: Qui tueri actionem vult: hic tẽperamẽtum earũ cuſtodiat oportet. Cuſtodiet autẽ ſi id quod ad calidius eſt conuerſum: refrigerabit. quod ad frigidius inclinatũ eſt: calfaciet. Pari modo ſi quod ad ſiccius eſt alteratũ: humectabit. & quod ad humentius eſt verſum: ſiccabit. Rurſus quoq; ſi ſiccabit pariter ac calfaciet: quod humidũ eſt redditum, & frigidum. ſiccabit pariter et refrigerabit: quod humidius, ſimul & calidius euaſit. et in reliquis duab⁹ cõiugationibus ad portionem. Semp eñ pro eo quod exuperat inducendum eouſq; contrariũ eſt: quoad particulam in ſymmetrian & naturalẽ habitũ vindicaueris. Ac genere quidẽ omnis ægritudinis, quæ in ſimilaribus conſiſtit, iam dicta mihi medẽdi eſt methodus. Cũ eñ octo earum ſint differentiæ, veluti in libris de morborꝫ differentia eſt traditum: octo nimirũ erunt & medendi rationes. quarũ vna quo

Qui idẽ cũ Hippocrate de elemẽtis, ſẽſerũt.

Ingenuitaſ galeni in libri de elemẽtis iſcriptione.

Gñalis curatio morbi in ſimilaribus.

medentis conſilia diriguntur curationis meta eſt, ipſius ſimilaris corporis alteratio. Quandoquidẽ etiam morbus ipẽ ex intemperie, et naturalis temperamẽti alteratione eſt ortus. At quæ membratim medicatio agitur, ex his duobus conficitur. Nempe materiæ copia, & huius congruo vſu. Ac medicamentoꝝ qdẽ copiam tũ ex libro de ſimplicium medicamentoꝝ viribus: tum ex eo qui de eoꝝ compoſitione præcipit methodo, haurias licebit. Eoꝝ q̃ ad vict⁹ rationẽ ptinẽt, hic ſumes. ſed & queãdmodũ cuiuſq; morbi itẽperiem agnoſcere licebit, ex trib⁹ opib⁹ intelliges. prīo eo qđ de tẽpamẽtis. ſcđo eo qđ de ptibus afflictis. deinde eo quod ars medica inſcribitur. Nõ eſt igitur ad ea quæ nunc ordimur, ijs qui prudentes natura ſunt, ac cogitationem in primis exercitarũt, multis præterea opus. Cui neutrũ hoꝝ adeſt: huic certe ad præſentem diſputationẽ non parua re eſt opus. Quod ſi in prauæ doctrinæ ſecta præterea ſit altus: hic geminũ tẽpus requirit. alterũ in quo prauas opiniones dediſcat: alterũ in quo meliorib⁹ ſe exerceat. Sane te ſcimus et ex ijs quæ in vniuerſum dicta ſunt, particularia per te inuenire poſſe: et alioqui multos id genus morbos a nobis pcuratos vidiſſe, ſic, vt vtraq; ratione particulariũ tractationẽ minus requiras. Sed quoniam (vt Plato ait) nõ poſſunt quæ ſcripta ſunt non e manibus excidere, quo ſi quãdo liber in alterius non exercitatæ rationis manus deuenerit: facilius hũc doceat: adijci particulariũ quæpiam oportet. ex quib⁹ etiam protinus clare, id quod proxime dixi intelligeẽ, fieri poſſe vt per teipm̃ particularia inuenias. Siquidem ipẽ ea per meipm̃ omnia inueſtigaui. ratione ipſa viã monſtrãte. Quando ſi præceptores ſecutus fuiſſem: ipẽ quoq; ventriculo imbecillis ſuaſiſſem, vt cibis aſtringentibus, & ſubamaris vterẽtur. vino quoq; ſimiliter auſtero. præterea apſinthio. & quod ex mali cotonei conficitur ſucco. alijſq; eiuſmodi, quæ deuorantur medicamentis. At vero quod ad ea pertinet quæ extrinſecus applicantur, primũ perfundi vẽtriculũ ex apſinthio, et oleo crudo iuſſiſſem. Mox hapſũ lane, tum ex ijſdem ipis: tum vero ex vnguẽtis, melino & maſtichino, & nardino imponi. ab ijs ceratum ex ijſdẽ compoſitum. poſt alia pharmaca. vtiq; ceratis valentiora. quæ a medicis vocãtur epithemata. Ea tum ex dictis vnguentis: tum ex ijs quæ ſimilem vim optinent medicamentis cõponunẽ. In quibus eſt aromatũ quoq; multitudo nõ parua. Spica nardi. & amomũ. & calamus aromaticus. & iris. & ladanum. & malobathri foliũ. & ſtyrax. & bdelliũ. & opobalſamũ. & xilobalſamũ. reliquuſq; aromatũ catalogus. Quod ſi hoꝝ nihil profeciſſet: cõmune omniũ remediũ, quibus imbecillitas nocet, in fine adhibuiſſem. nempe rubrificationem, (phœnigmon grece vocant) quæ

Specialẽ curationẽ ex duob⁹ gñe cõſtare.

Vnde medicamẽta petenda.

Vñ victus.

Ars medica q̃ micratechne.

Queãdmodũ imbecillũ vẽtrẽ, p̃ceptores galeni curarũt.

Epithemata.

vel p thapſiam, vel ſinapi, vel tale aliqd excitatur. phœnigmon græce vocant. deinde ad vſum aquarũ calidarũ ablegaſſem. Quippe vltra hæc empiricus nihil nouit, veluti cõmentarij eorum docẽt. Quintus vero ijs qui de cruditate, aut inappetẽtia q̃rerentur. primũ quidẽ exercitari ſuadebat. tum eſſe quæ & concoctu q̃ facillima eſſent: & nõ multa. quibus hæc non cõtuliſſent cogebatur ipſe quoq; ad empiricorũ dogmata cõfugere. Nam qs neſcit queadmodum calidum, frigidũ, humidum, & ſiccum mordere ſit ſolitus. balneatoꝝ eſſe nomina dictitãs. Sine quibus tamen methodo curare partiũ imbecillitatẽ omnino non eſt. Quare p hos nihil obſtitit quo minus ipſe quoq; eadem inſtitiſſem via in eiuſmodi affectibus ſanandis. Verum ratio me docuit octo imbecilli ventriculi curationes. Vidiſti igitur & tu quoſdã vno die, vel potius hora, frigida potione leuatos. quoꝝ alijs non aquam modo dedi fontanã recentẽ: ſed etiam quæ niue eſſet refrigerata. veluti romæ præparare ſolent. calfaciens ſcilicet prius, quã ipi biſcoctã appellant. cibos præterea ad eũdem modum refrigeratos identidem me illis pmittere vidiſti. in quibus eſt & quã melcam vocant. Vnus is quoq; romæ laudatoꝝ ciborum veluti etiam aphrogala. ſed & frigidæ facultatis fructus. ſimiliter refrigerans. ijſdem dedi & ptiſſanã probe coctam pari ratione refrigeratam: aliaq; id genus ſexcenta. in quibus vnam rem mihi propoſui. ipam ſcilicet refrigerationem. Vetui autẽ apſinthiũ et quicquid aſtringeret contingere. veluti alios rurſus a refrigerantibus abſtinui. Calfeci autem omni ratione. vinũ vetus ex eorũ genere, quæ valde calfaciunt exhibens. cuius maxime generis ſunt phalernum, & ſurrentinum. tum nutrimentum quod calfaciendi vim haberet cum largo pipere. In non nullis omne conſiliũ curationis ad ſiccandũ direxi. dabamq; ijs tum cibos qui natura eſſent ſicci, ac probe cocti: tum prorſus exiguã potionẽ. Iniunxi autem & aſtringentiũ omniũ vſum. quẽ vnũ qui illis citra rationem medẽtur norunt. Aliũ vero non pridem, qui iam adeo ſiccatus fuerat: vt ſimillimũ habitum præferret ijs, qui maraſmo. i. ſenili ariditate maceſcunt: ſanaui. cõtrarijs omnino exhibitis ijs quæ egregij iſti medici ſuaſerant. Quippe non ex alia occaſione eo periculi venerat, cũ inter initia exiguam intemperiẽ ex ſiccitate quæ madefieri poſtulabat habuiſſet: q̃ quod ij qui eum curandũ ſuſceperunt, tum apſinthio potantes, tum amacos, aſparagos, & bulbos edẽdos dantes, Itẽq; mala cotonea, & ceſtiana, & punica, poſt quoq; vbi venter nihil continebat: etiam rois ſuccum bibere cogentes, tum quæ paulo ſupra dixi extrinſecus imponentes. paulo minus omnis madoris expertem reddiderunt. hunc nos ſanauimus omni ratione humectãtes. ipiq; materiã

Phœnigmos, qd.
Quinti, curatio.
Galeni, curatio.
Ad calidũ ventrem.
Frigidæ p̃paratio.
Melca.
Aphrogala.
Ad frigidũ ventrem.
Phalernũ et ſurrẽtinũ maxime calefacere.
Ad humidã intẽperiẽ.
Ad ſiccã vẽtris itẽpiẽ.
Maraſm⁹.
De male curato quodã

inuenientes ex ea methodo quæ in opere de medicamẽtis eſt tradita.

Galenũ diſſidijs medicorꝝ confuſum: ad demonſtratiuã ſe methodũ cõtuliſſe.

Nam ſicuti in libro de demonſtratiua ſecta dixi, numeroſis medicorꝝ inter ſe diſſidijs vndiqꝫ confuſus: vbi me ad iudicandũ de his conuerti: intellexi prius in demonſtratiua methodo exercitandum me eſſe. Quod cum multis deinceps annis feciſſem: ſingula ipi dogmata ſubieci. atqꝫ prout inuentorꝝ indicatio me ducebat: ita curatiões inſtitui. Verum quoniã id nõ omnes ſaltem poſſunt. expediet ipis ſcribi per octo curandi indicationes particularis materiæ comparandæ meditationes. a ventriculo rurſus ſumpto initio. quoniam huius primũ mẽtionem modo fecimus.

Imbecillitatũ vẽtris curationũ. Collatio.

Ac facillime quidem ad curandũ alterationes ſunt, quæ ex calido & frigido cõſiſtũt. ꝓpterea quod maxime actiuis qualitatibus corriguntur. Aegrius curanť, quæ in humido ſiccoqꝫ habentur. quod imbecillis, & (vt ſic dicam) magis materialibus qualitatibus eorꝝ curatio perficitur. potiſſimũqꝫ cum humectandũ eſſe requiritur. Ac tempus quidem caloris frigoriſqꝫ reparandi, par quodammodo eſt. Securitas tamen impar. Niſi enim cũcta, quæ ei quod curatur circũdata ſunt corpora, valida plane ſint: met⁹ eſt, ne ab ijs quæ refrigerent, noxam cõtrahant non leuem. In reliquis duabus qualitatibus ſecuritas ſimilis eſt. Tempus curationis in ſicca intẽperie multo ampli⁹. Quippe quod ſenium in ſanis eſt: id ſicca intẽperies eſt in ægris.

Siccitatem prorſus cõſũmatã inſanabilẽ eẽ. et quæ ea ſit.

Caro & adeps ex humore concreto constat. Ergo no[n] solidæ partes.

Quadruplex ſiccitas.

Itaqꝫ etiã inſanabilis eſt. ſi prorſus ſit cõſũmata. Eſt autẽ prorſus cõſummata, vbi ſolida ſimilariũ partiũ ſubſtantia reddita eſt ſiccior. Nam eſt et altera ſiccitas, vtiqꝫ cum ea quorꝝ ſubſtantia ex humore concreto conſtat, ſicut caro, & adeps: ſunt liquata. Etiam tertia cũ ꝓpria humiditas vnde partes nutriuntur omnino eſt abſumpta. Cõtinetur ea in omnibus animalis partibus, ceu ros quidã per eas ſparſus. de qua dictũ aliubi ſæpe eſt. Hanc igitur inſerere particulis ſine nutrimẽto non eſt. ideoqꝫ difficillima eſt omniũ eiuſmodi affectuũ curatio. Diuerſa ab ijs ſiccitas eſt, quæ in ꝓprijs cuiuſqꝫ particulæ exilib⁹ arterijs veniſqꝫ conſiſtit. Prouenit & hæc ex ſanguinis penuria.

Auſterorũ vſum Oib⁹ ſiccitatibus aduerſũ eẽ.

Curatio ſiccati ab auſteris.

Exemplũ.

Omnibus itaqꝫ his ſiccitatibus maxime cõtrarius eſt auſterorꝝ vſus, ſiue ea cibi ſint: ſiue potiones, ſiue etiam medicamenta. Quippe quæ ſi quid in his ſupereſt naturalis humoris: id abſumunt. partim ebibẽtia, partim in ſinũ vẽtris per exiguos meatus exprimẽtia, partim ad continentes partes trudẽtia. Curabis igitur ipſas, ſi meatus qui contracti ſint, dilataueris. ac quod in vicinas particulas eſt compulſum, reuellas. præterea ſingulas ſimilariũ partiũ propria humiditate humectãtis nutrimẽti ope, repleas. veluti nos quẽ memorauimus a medicis ſiccatum curauimus. Is in ea contrarietate quæ in frigido & calido conſiſtit, nullam euidenter vincẽtem habebat intemperiem. nec

in vniuerſo corpore:nec in ventriculo.ſiccus tamē et gracilis admodum, eſt redditus.propterea quod venter ei⁹ ex ſicca intēperie imbecillus, male concoxerat. Huic nāq; omne curationis cōſilium huc tēdebat.vt humectaretur tum ventriculus ipſe:tum reliquum omne corpus. Quibus autem ſingillatim agendis, quibuſq; maxime materijs ſim vſus, vt voti compos eſſem:non ſit ab re dicere. Domū ei paraui maxime balneo vicinam.quales multas eſſe in diuitum domibus, nō ignoras. Ab hac ſtatim in balneum ſuper linteis mane intuli. Vtiq; ne ſi ipſe ſe moueret tum ſiccaretur:tum anteq̄ commodū eſſet, langueret. Horum eñ alterum contrariū affectui eſt:alterum moram in balneo minuit. Lōgiſſime nanq; in aqua verſari hominē expedit.ideoq; etiā natationes vtiliores ſunt: q̄ parui aluei.quos pyelus græce vocant. atq; ex ipſis natationibus potiſſimū quæ propinquę ſunt foras egreſſui.quo ſcilicet illi ab aqua foras non longa ſit via. Nam aerem balnei in ijs qui ita ſunt affecti, haud quaq̄ deſyderamus. Eſto autē aqua ad vnguē temperata. Cum quæ frigidior eſt: latenter frigus corpori infirmo inſinuet. Calidior autem cogat conſtringatq; tenues meatus, ac dēſet. At nos eos cū coacti ſūt, remitti, laxari, ac dilatari poſtulamus.quod temperatæ aquæ qualitas præſtat.vtpote quæ iucūdiſſima cum ſit:naturam ad explicādam ſe atq; ad dulcedinem quā pſtat quoquo verſus remittendā prouocat.cōtraria videlicet ratione his, quæ ſunt iniucūda. ab ijs eñ recedit, fugitq; ad profundum. Quo minus mirum eſt ex offendentiū contactu ſtipari, conſtringi, ac durari corpora.tenueſq; eoꝝ meatus cogi, ac denſari. contraq;, his ſcilicet quæ iucunda ſunt, ſuccedere cōtraria.vtiq; fundi, ac molliri corpora, dilatariq; meat⁹. Ab eiuſmodi lauacro ſtatim aſininū exhibui lac. ſed in ducta in ipſam qua iacebat, domū aſina. Quippe ſic mihi pſuaſeram maxime quidem celeriter hominē ſanandum, ſi fieri poſſet, vt ipſe aſinam ſugeret:ſin id grauaretur expedire, vt q̄minimo tēpore in aere lac moraretur.propterea quod celerrime mutari ſit aptum. Vtiq; genitalis ſeminis ritu quod nec ipſm aliquādiu extra ꝓpria vaſa, ſi modo ſuas vires ſeruabit morari patič.ſed vel in ipſius maris partibus contineri:vel ipſius fœminæ partibus ſitum eſſe poſtulat: Et ſane vtiliſſimū lac eſt, cū ex ipſis mamillis qs hauſerit.veluti Euryphon, et Herodotus, & Prodicus cenſent.qui tantum in eo ad corpora reficienda fiduciam habuerunt:vt etiā qui pthoe tabeſcerent, ex ipſa mulieris papilla lac ſugere iuberent. Verū cū hoc pleriſq; non placeat:melius eſt calens adhuc ex mamillis, id in ægri ventriculum q̄ociſſime tranſferre. Ac optimū quidem, vtpote cognatū muliebre lac eſt. Sed quoniam id exhiberi ſibi ceu pueris pleriq; recuſant:vtiq; ceu aſinis

Quæ ex iucūdoꝝ iniucundorūq; cōtactu ſuccedant.

Euryphon herodot⁹ et prodic⁹ ex mamillis lac ſugēdū cēſebāt.

Dicteriū.

aſininum ipſis dari conueniet. Id eẽ reliquis omnibus ad propoſitũ affectum eſt vtilius. Quippe cum tenuiſſimũ ſit, & minime coagulatur, & quoquo verſus ociſſime in corpus digeritur. Eget autem horũ vtriuſq; cui ventriculus laborat. vtiq; ne glacietur, cõmunis cõmodi gratia. omnibus eñ id eſt incõmodũ. Vt quoquo verſus digerat: propterea quod & celeriter nutriri eſt opus: & quod viæ per quas alimẽtum tranſit iam cõniuent. Igitur tum lac ipm per ſe eſt his dandũ: tum etiam mellis tepidi pauxillulum immiſcẽdũ. Maxima vero habẽda cura eſt in eiuſmodi affectib⁹ de vtriuſq; bonitate. Quod igitur mel colore flauo eſt, & odore ſuaui, tum purum, adeo vt totũ pelluceat, ac guſtanti acutum iucũdiſſimũq;, præterea tam ſibi coherens: vt ſi digito attollaẽ: continuũ ſibi nec interciſum ad humũ defluat: id omniũ eſt optimũ. Si vero abrumpitur, nec demiſſum ad terram vſq; continuitatem ſeruat: id aut craſſius iuſto eſt, aut tenuius, aut partium diſſimilium græci anomœomeres vocant. Deprehendas autem id, ſi diligentius inſpicias aut craſſitudines: aut humiditates habere innatantes, quę nec inter ſe ſint ſimiles nec etiã toti. Ceroſum itaq; magis mel eſt quod et craſſius eſt: & cui tales quæpiã craſſitudines innatant. Excrementoſum vero ac perfici concoquiq; difficilius, tum quod totũ humidum eſt: tum in quo multæ in partibus ſparſæ apparent humoris guttæ. Porro in quo vel ceræ qualitas aliqua: vel propolis, vel id genus alia guſtu deprehenditur, adeo non eſt optimũ: vt etiam malũ ſit. Quippe nullã penitus alterius cuiuſq; rei eminentem in ſe continere qualitatẽ debet. Quo circa quod thymũ plane redolet: nõ probo. Eſt eñ id parum conſummatũ, nec plane quodãmodo mel. Quãq̃ non ignoro a quibuſdam id laudari, eoq; fieri vt non nulli venditores inciſa thyma poſt illi inijciant, quo id redoleat. videaturq; optimũ. Ipſe tamen quod tam improbe thymũ olet: nõ laudo. multoq; minus ſi cui iniectũ thymũ ſit. Quod autem confuſam quãdam qualitatem odore guſtuve præfert: id non vitupero. Ad eundem modum & lac nullam externã qualitatẽ odore guſtuve præ ſe ferat. ſed eſto q̃dulciſſimũ, & ſibiipſi continuũ. & prout lacti conuenit, ſplendens. ſuper omnia quoad eius fieri poteſt, ſimiles habeto partes. Nãq; hanc dotẽ veluti mel optimũ, ad perfectionem non recipit. Quo vero tale lac fiat et idoneis nutrimentis alendum animal eſt: & exercitationibus mediocribus admouendum: & pullus ſi quẽ lactat auferendus. Quod autem ætatis quoq; maxime florentis eſſe debeat: id neminem latet. Curandũ item vt q̃optime concoquat. contemptis videlicet ijs, qui ſi aſinoꝝ quoq; victus rationi conſolemus ridebunt. Si eñ qui veneti & praſſini ſtudio tenẽtur, equoꝝ ſtercora, quo intelligãt queãdmodũ

Cur aſininũ lac, his cõmodũ.

Optimi mellis, notæ.

Vitioſi mellis, notæ.

Optimi lactis, notæ.

Aſinæ p̄paratio.

alimenta concoxerint odorant, tanq̃ ex eo omnẽ eoꝝ bonã habitudinẽ cognit[illegible] multo ꝑfecto magis noſtrũ fuerit ꝓ hoīs ſalute nihil tale nõ [illegible]ſpicere. atq; herbas animali. q̃ nõ admodũ ſint humidæ. fœnũq; [illegible] ordeũ quod ſit mediocre obijcere: ſed nec illa omittere: vt aſinæ corpus refrigerem⁹ & fricem⁹ & detergam⁹, & mũdem⁹. Porro ſi humidiora, & olẽtiora, & flat⁹ plena excreuerit: planũ ꝑfecto eſt nõ cõcoxiſſe ꝓbe. Quare aut detrahendũ aliqd de alimẽto eſt: aut exercitationi aliqd adijciẽdũ. aut q̃litates ĩmutãdæ. aut refrigeratiõis frictionisq; cura variãda. Sin duriora reddat aĩalis aluus: ad cõtraria eſt inſpiciẽdũ. atq; illoꝝ aliqd imutãdum. Nã ſi ip̃e oĩa q̃ cõſyderãda circa aĩal ſũt cui⁹ lacte vſuri ſum⁹ deinceps pſequar: totã tuẽdæ ſanitatis artem cõmemorẽ, quã legerit neceſſe eſt, quiſqs idoneum lac ꝑparabit. Nũc vero dici op⁹ nõ eſt. cũ alibi de ea traditũ ſit abſolutiſſime. Sed ad ꝓpoſitũ reuertor. Ac mihi iã rurſus memoria repetes hominẽ q̃ & lauatus eſt: & lac ſumpſit. Hunc itaq; ad ſecũdã vſq; lauationẽ qeſcere ꝑmittem⁹: tum modice fricabimus, et pinguiter. vtiq; ſi lac quod ſumpſit iam ad vnguẽ cõfecit. id quod tũ ex ructu: tum vẽtris mole licebit cõijcere. Modicũ vero tp̃is inter primã & ſecundã lauationẽ interuallum erit: ſi quatuor aut quinq; equinoctialiũ horarũ ſpatiũ interſit. ſcilicet ſi tertio adhuc lauare paras. Sin aliter plurium. Sane tertio lauabis, ſi multis lauationibus fuit aſſuetus. Hi nãq; et delectant: & iuuãtur ſi ſæpe lauent. Quin etiã poſt quãq; lauationẽ hominẽ vngemus, priuſq̃ ſe veſtiat. Quippe cõducit ad renutritionẽ id quoq; ſicut et frictio. Reddita vero de hoꝝ oĩm facultate ratio eſt, in libris qui de ſanitate tuenda ſunt ſcripti. nõ tamẽ inutile fuerit nũc quoq; ſummatim ea repetiſſe. Nam ſiue cuilibet parti corporis temperatam infundas calidã aquã: ſiue frices, ſiue laues, ſiue aliter quomodocũq; calfacias: idẽ fieri cernes, quod Hippocrates de ijs dixit, quibus aqua calida deſup infundit. Nam primũ attollitur. mox gracile efficitur. Ideoq; vbi carne implere quodlibet corpus ſtudemus, id eatenus calfaciẽdũ nobis eſt: dum intumeſcat. Vbi vero digerere & vacuare cupim⁹, eatenus continuandum eſt: dum quod intumuit, ſubſidat. Sane qui eiuſmodi operibus præficitur, ſollicite attẽtus eſſe debebit. potiſſimũq; vbi carne implere ſtudetur. Nã digerẽdi certe tẽpus adeo late patet: vt etiam ſi velis, nõ aberres. At carne implẽdi plane preceps eſt occaſio. Siquidẽ cũ primũ intumuerit: tum eſt deſiſtẽdũ. At intumeſcere hoc ſingulis corporibus ſuũ eſt. Nõ eñ fieri poteſt, vt q nunc nobis ꝓpoſit⁹ gracilis eſt: ita intumeſcat: vt illi q ſani ſũt. Imo poſtq̃ leuiter intumuit: ꝓtin⁹ digerit. Itaq; attẽdendũ diligẽter eſt, ne clã te elabat ꝓpoſitus tp̃is articulus. Siue igitur hominẽ qui extrema gracilitate

Redit ad curationẽ.

Cõcocti iã cibi, notæ.

Ex calefactione q̃ fieri cernant.

Vbi implere & vbi digerere, quatenus calefaciẽdũ ſit.

eſt pfrices, ſufficiat tibi ſol⁹ rubor: ſiue laues, ſatis eſto mediocris calor.

Cur vngendum.

Si qd vltra pergas: reſolues hoiem, magis q̃ nutries. Vngẽdũ vero poſt lauationẽ oleo eſt. ne videlicet plus iuſto digerat̃. ſed obſtruant̃ exigua ſpiramẽta. Idẽ ꝓtin⁹ et ſiccitatis remediũ fuerit: & aduerſus incõmodũ, quod ab aere ambiẽte cõtingit, veluti munimẽtũ. Ac ſi quidẽ delectat̃ lacte: poſt ſecũdã quoq; lauationẽ, id exhibebis. Sin aliter: ptiſſanã diligẽter coctã, aut alicam ptiſſanæ ritu p̃paratã. Hic vbi rurſus quieuerit: ad tertiã reducẽdus lauationem eſt. aut illico ad cenã. Sit aũt p̃paratus illi panis purus. & qui curioſe in furno ſit coctus. & tum fermenti: tũ ſalis quod ſatis eſt, habuerit. Opſoniũ quoq; ex ſaxatilibus piſcibus, aut ex albo iure aſell⁹. Præterea alæ teſteſq; gallinacei, qui lacte ſit altus, idonei ſunt. Quoꝝ ſi copia nõ eſt: alijs vtendũ. Ad eũdẽ modũ & pdicib⁹: & paſſerculis qui mõtani ſint, & mollis carnis, veſcẽdũ. Vitanda aũt & quæ paluſtria ſunt: & q̃ carne ſunt dura. Et (vt paucis alimẽti ſũmã cõplectar) ſit coctu facile, & nutriẽs, minimeq; glutinoſum. atq; excremẽtoſum. Porro omniũ (quos nouim⁹) ciboꝝ maxie nutriẽs ſuilla caro eſt. Verũ nõ æq̃: ac p̃dicta

Quod ĩ ſũmo nutriat id glutinoſũ craſſũq; ſuccũ omnino gignere

Cur ſuilla propoſitis nõ ſit ex vſu.

cõcoctu facilis eſt. p̃terea glutinoſum ſuccũ craſſũq; generat. Alioquĩ nec alio eẽ habitu poteſt, qđ in ſũmo ſit nutriẽs. Quippe adherere id debet, et firmiter adiũgi. nõ aũt præ tenuitate diffluere. Nõ tñ ad ꝓpoſitũ affectũ vti hac cõuenit. Si eñ nutrimẽtũ ipm, ſeipm cõcoq̃ret, ac in ptes digereret, præterea alẽdis partib⁹ aſſimilaret, & quib⁹ alimento eſt opus adhereſceret: ꝓculdubio ijs quib⁹ plurimũ nutrimentum requiritur, maxime nutriente cibo eſſet opus. Verum quoniam non aliud eſt quod nutrimentũ deſyderat: aliud quod ipm cõficit, ſed quod nutriendum eſt, ipſum ſibi & nutrimẽtũ attrahit, & mutat, & cõcoquit, & adiungit, & adſimilat: ad duo nimirũ nobis in opportuno cibo eligẽdo ſpectãdum eſſe dictat. vnũ ipi⁹ cibi naturã: alterũ vires ſuas proprias inſitaſq;. Itaq; ex his illud patet: nec plane quod maxĩ

Nec quod maxime nutriat, nec qđ facillimũ ſit cõcoctu ꝓpoſitiſ cõuenire.

me nutriat optimũ eſſe ijs corporibus quæ refici magis egẽt, vtpote quibus concoquendi facilitas nõ eſt: nec etiã quod facillimũ cõcoctu eſt. Cũ ſcilicet ipm nequeat maxime eſſe nutriẽs. Cũ igit̃ hæ indicationes ex aduerſo pugnẽt: cõmittendũ non eſt, vt dum alteri nimiũ ſis intentus: alterius omnino obliuiſcaris. ſed vtriuſq; memor quoad licet, vtrũq; miſceas. quod mihi p̃ceptũ vbiq; mẽoria teneri velim. Iã

De vini q̃litate & quãtitate.

vini tum qualitatem: tum quantitatẽ memoremus. vtpote quod maximũ ad talia vim habet. quãdo vnum hoc vtẽdum cẽſeo oĩbus, quibus refici corpus eſt opus. modo non febricitent. Eſto igitur vinũ quod exempli loco dicatur, quale eſt ſabinũ in italia. arſiniũ vero in aſia. ac vt ſũma quadã ac generatim comprehendã, quod aquoſum quidẽ eſt.

cæterũ leuiter aſtringit. A quoſũ natura appello vinũ quod tenue eſt. et purũ, & oligophorõ vt Hippocrates græce nominauit. Eſt autem oligophoron quod ſi diluit: minimã ſuſtinet aquæ mixtionẽ. Id eſt ſane ĩbecilliſſimũ, & vt in vinis, aquoſiſſimũ. Nã quod plurimũ aquæ in mixtura ſuſtinet: id tũ vehemẽtiſſimũ: tum validiſſimũ eſt. Eiuſmodi vinũ Hippocrates oenode, hoc eſt vt verbi vim exprimã, vinoſũ nominat. Verũ ab hoc cauendũ eſt. qm̃ imbecillas vires feriat. At qđ aquoſum natura eſt, cæterũ auſterũ: id pcõmodũ eſt. quod & ab aquæ imbecillitate receſſit: & vini noxam nõdũ habet. Ad hæc itaq; reſpiciens: tum ætatẽ ei⁹: tũ tẽperamẽtũ inuenias. Quippe quod nouellũ eſt: id tũ aquoſius: tum vero imbecilli⁹ quodãmodo eſt: q̃ vt vino par ſit. Adde etiã quod ægri⁹ cõcoquit, ac magis excremẽtoſum eſt. Antiquus vero, vt vinoſius eſt: ita vehementi⁹ eſt: q̃ vt ꝓpoſitis ſit ex vſu. Quo circa citius ſexto anno nobile Sabinũ idoneũ non eſt. quod & diutiſſime in ſtomacho, ac ventre innatet: & fluctuatiões faciat. Nobile voco, qđ auſterũ eſt. nõ Sabinũ modo: verũ etiã Adrianũ, & Albanũ, et Arſyniũ, et Titacazenũ, oĩaq; id gen⁹. Dictũ nãq; fuſe de oĩb⁹ vinis ſeorſum eſt. Ad has igit̃ veluti metas reſpiciẽs: etiã mixturã ei⁹ cũ aqua tẽperabis. Quĩ etiã exactius cõiecturã de iã dictis facies: ſi vitioꝝ aq̃ capita memoria tenueris. Porro pẽdẽt ea ex frigiditate ei⁹ oĩa. Cui⁹ culpa & in pcordijs diutiſſime morat̃: & fluctuatiões excitat. & in flatum mutat̃. & corrũpit̃. et ita ventriculi reſoluit robur: ſic vt deterius proinde concoquat, ſed nec digerendo per corpus alimento, aliquid magnopere cõducit. At vero memoratoꝝ vinoꝝ virtutes cõphenſis iam aq̃ vitijs aduerſam quodãmodo naturã habent. Cũ nec inflent pcordia, imo ſi iflata ſint: ſubſidere faciãt: nec inibi morã trahãt. ꝓpter caloris mediocritatẽ. Adde quod cũ digeſtiõis vias aperiãt, & pariter impellãt, ac nutrimẽtũ ſurſum agãt: ad celeritatẽ deductiõis in corpus cõducũt. Sunt pterea boni ſucci, & admiſcẽda cõcoquẽdaq; ea q̃ in vẽtriculo & venis ſũt idonea. Iam vires quoq; organoꝝ adaugẽt, & expellendis excremẽtis viã faciũt. Eoq; fit vt etiã talia vina pter cætera, vrinas moueãt. Quãdo & ipa totũ corpus celeriter trãſeũt: & impetu curſus ſui excrementa ſecum expellunt. Ac dictum quidem alibi diligentius eſt de vinorum facultate. æque ac ciborum. conuenitq; vt qui artem methodo tradi ſibi ſtudet, omnis materiæ vires prius perdidicerit, nec expectet: vt eas in ſingulis affectibus audias. ſed ſimul ac curationis tantum ſpeciem norit: debitam victus rationem inuenire poſſit. Ego vero ijs conſulens qui veritatis diſcendæ ſunt auidi, eiuſmodi doctrinã attingere ſaltem non grauabor. quo ſcilicet qui minus exercitata cogitatione ſunt, exemplis a generalibus

Aquoſũ vinũ, quod.
Oligophoron quod.
Nobile vinum quod.
Aquæ vitia
Dictoꝝ vinoꝝ virtutes aquæ vitijs eẽ contrarias.

ad particularia, veluti manuducti deſcendant. Ergo quod reliquũ eſt
apponendum potionis is modus erit: vt nec in ventriculo innatet,
nec fluctuatiõis vllius ſenſum inuehat. Ciboꝝ vero, potiſſimũ ſi fie-
ri poteſt: vt ne grauent quidẽ ipſum. quod cum difficille ſit vel fortaſ
ſe eiuſmodi quod vitari in imbecillo ventriculo omnino nequeat: ꝓ-
ximũ eſt, vt q̃citiſſime grauis eſſe deſinat. Ab hoc tẽſio inflatioq; præ
cordioꝝ vitãdæ ijs ſũt. Q̃d ſi tale q̃ppiã prĩo die inciderit, ꝓ magni
tudine ſymptωmatis ad portiõem: detrahẽdũ poſtridie de cibo eſt.
ſin recte oĩa cedunt paululũ adijciendũ. Ad eũdem modũ & in tertio
die. vel demere: vel adijcere, cõueniet. cum ꝓcedente conferentibus.
Atq; ita ſemp oĩa pro renutriendi reficiendiq; ratione frictionibꝰ, ge
ſtationibus, inãbulationibus prout corporis incrementũ ꝓcedit ad-
miniſtrare. etiã reliqua oĩa pro refectoria vocata ratione adijcienti-
bus. Quæ ſane genere a propoſita ratione nõ differt. ſed in eo quod
ſub illa pinde totum corpus eſt affectum. ſicuti ſub hac ventriculus.
Accidit autem ſic affici corpus in diuturnis potiſſimũ morbis. vtiq;
cum cõiũcta cuiuſq; partis humiditas ex qua prima nutritur, ꝓpemo
dum omnis exhauſta iam eſt. Nam vt ſolidarũ ipſarum ſiccitas corri
gatur: id fieri omnino non poteſt. ſicuti nec ſenium. veluti in libro de
Maraſmo docuimus. Hanc vero humiditatẽ etiam ſi omnino ſit abſũ
pta: regigni modo dicta victus ratione licet. Atq; in alijs refectionibꝰ
ventriculus egregie præ cætera non afficit̃. in propoſito affectu, mor
bus ipĩꝰ eſt ventriculi. Tẽpore vero totũ corpus vtpote parũ probe
nutritũ maceſcit. Quo rationabiliꝰ eſt exq̃ſitiorẽ hos victꝰ rõnẽ req-
rere. ꝓpter cõcoctiõis ĩbecillitatẽ. Cæteꝝ cũ meliores ſũt effecti: trãſ
ferẽdi ſenſim ſũt ad renutritoriã refectoriãq; vocatã victꝰ rõnẽ anale
pticen græci vocãt. Id fiet ſi pluribꝰ et frictionibus, & geſtationibꝰ:
q̃ ante vtemur. Mutanda vero interea eſt, & ciboꝝ tum qualitas: tum
quantitas. ſic vt tum plures: tum valẽtiores: q̃ prius exhibeant̃. Ac tp̃e
ꝓcedẽte, cũ ad ſanitatis ſtatũ prope ventũ iam eſt: ſeponẽda ſunt ptiſ-
ſana, et lac. præterea ſorbitio ex alica. ac ad cõſuetos cibos veniẽdũ.
poſt etiã piſces detrahendi. niſi ſi in cõſuetudine fuerũt. ac volatilibꝰ
cibãdum. Tum ſuillas carnes eẽ a pedibꝰ in ptiſſana elixis, incipiẽt.
Poſt vero etiã imũ crus recte ſumãt. ab hoc etiã reliquas partes. pri-
mum quidem iuuenis porcelli. qui ſi hiems ſit: etiã pridie iuguletur.
Nam heſternũ: q̃ recens necatũ faciliꝰ cõcoquitur. Aeſtate ſat fuerit ſi
mane immolatꝰ porcellus ſit. ac circa ſolis occaſum comedat̃. Quip-
pe quod in ſupioribus ſuaſimus, tum valentius alimẽtũ veſperi exhi
bẽdũ cẽſuimꝰ: id ſẽp obſeruare ſtudebimꝰ. vtiq; nõ leue ꝓcepturis cõ
modũ ijs q̃ ita cibabunt̃. qđ ſane diligẽtius inſpiciẽs: agnoſces. Satiꝰ

Potõis mẽſura.

Ciboꝝ mẽſura.

Queãdmodũ ſicut de ventre propoſitũ eſt, ſic corpꝰ totũ afficiat̃.

Renutritoria refectoriaq; victuſ rõ, quã analepticen vocãt.

Heſternũ facilius cõcoquit̃ q̃ recenter iugulatum.

enim eſt a principio rem cœpiſſe. quoniam qui ita ſe habent plurimo nutrimento indigēt, nequeūt autē vel quod mediocre eſt concoquere: paulatim hos & ſæpi⁹ cibare oportet. Atq; idcirco fieri nō poteſt: vt ſemel eos cibaſſe ſit ſatis. ſed nec bis, quoad ſcilicet ſūt gracilliſſimi. Atq; hac de cā ipe ter eos cibare ſum ſolit⁹. Verū qñ iā manifeſte meliores facti apparēt: etiā bis nutriuiſſe ſit ſatis. Ergo tātā exhiberi primā cibationē eſt rōnabile: quāta, priuſq̄ ſecūda ſumat, tota prorſus erit cōcocta. Id cōtingere valētiori alimēto nō poteſt. Quare prio loco leue ſumēdū his eſt. quo videlicet et cōcoquat celerrime: & excremētū ei⁹ diſcēdat. & vacu⁹ puruſq; vētriculus ſecūdū excipiat. Atqm̄ nō ſolū quies, & ſomn⁹: ſed etiā lōgius tp̄s hui⁹ naturalē adminiſtrationē excipit: rōnabile ē: vt valētiores cibo℞ hoc maxie tp̄e offerāt. Itaq; etiā athletæ oēs, ſic faciūt. Qui eū vſū nō ſolū aliq̄ rōne iuenerūt: ſed etiā lōga expiētia cōprobarūt. Sed em̄ & qđ illi faciūt: nihil mali ſit: ſi ij q cōualentiū victu vtunt: etiā faciāt. vt illico poſt cenā nō bibāt: videlicet añq̄ cib⁹ cōcoquat. Siquidē inatāt cibi ſi bibāt, ita vt eos vētriculi corpus, ꝓpter interpoſitū humorē, nō contingat. Verū ſi ſitibūdi fuerint: ꝓhibere eos in totū vt graue eſt: ita nec expediēs. ſed tantillū indulgēdū, quod & deſyderiū ſolet: & ſitim leuet. Poſtea vero q̄ nutrimētū cōcoxerint: abūde bibere ſūt ſinēdi. Quippe celerrime ſi ita faciāt p corp⁹: digerit. Mane vero poſt ſomnū cū deiecerit, & paulū inambulauerint: modice ſunt fricādi. Eſt aūt modica his frictio, que eaten⁹ adminiſtratur: dum corpus incaleat. Mox geſtationibus vtendū. dein ruſus tum lauandi ſūt: tum fricandi. idq; intra meridiem. aut plane circa ipſum meridiem. quo videlicet inde ad veſperā abunde ſpatiū interueniat. Quod autem & de domibus in quib⁹ conualeſcens nutrit habenda in primis cura ſit, potiſſimū ne frigidiores calidioreſve iuſto ſint: ſuperuacuū dicere arbitror. Pari modo & de alijs eius generis, quæ inuenire ſibi quiſq; ſine noſtra opera poteſt. Doctus videlicet non ſolum ex ijs quæ hic: ſed etiam que in opere de ſanitate tuenda ſunt dicta. Eſt nāq; conualeſcētiū victus ratio, media q̄dā inter eam quæ ſanorum propria eſt, & quæ ægrotantium. Quare difficile nō eſt ex ijs quæ de vtraq; ſunt prodita: vt per ſeip̄m quis mediam inueniat. Nam ſicut nec aliarū rerū: ita nec victus vna oib⁹ ſp̄es i cōſuetudie eſt. Cū alijs ſemel eē, alijs bis, & alijs citi⁹, alijs ad veſperā icœpiſſe cibū, moris ſit. Iā cib⁹ ip̄e alijs piſcis plurimū ē. aut deniq; aliqd ex mari. alijs olera magis, aut deniq; hortēſia. alijs poma. alijs legumia. alijs nuces. alijs aliđ qppiā. alijs q̄drupedū carnes atq; ha℞ alijs aliæ. alijs auiū. idq; alijs alia℞. Qui etiam caſeo et lacte vtunt nōnulli, plus q̄ ceteris cibis. generaliter qdē capra℞ vel boū.

Cur valentius alimētū veſperi ſit exhibendum.

Non eſſe poſt cenā illico bibendum.

Conualeſcētiū vict⁹ rō eius q̄ ſanorū & eius q̄ ægro℞ media.

Variā vict⁹ rōnē veteribus fuiſſe i vſu.

Sunt tñ qui & alioꝝ aialiũ. Bibũt quoqꝫ alij calidũ, alij frigidũ. & vinũ vel liberaliter: vel parcius. vel omnino nullũ. vel hoc genus. vel illud. Ad ea igitur reducendus quiſqꝫ eſt, quibus inſueuit. Scriptum autem diligentius de conſuetudine ſeorſum eſt. Nũc illud dixiſſe abũde ſit, nõ modo in cõualeſcentiũ victus ratiõe: ſed etiã in morbis magnã partem ad totius victus medicamentorũqꝫ inuentionẽ ex cõſuetudine ſumi. Ratio em̃ totũ gen⁹ indicare poteſt. Materia cũ ex alijs quæ retuli: tum vero ex cõſuetudine nõ minime eſt ſumenda. Sed & naturarum inſpiciẽdæ ſunt proprietates. Noui em̃ quoſdam, qui ſi quod vigilantium opus nocte obire fuiſſent coacti: dormire præterea non potuerint. Talibus igitur vt noctu bibant, conſulendũ non eſt, ne videlicet ea occaſione vigilare coacti: maximam inde noxam ſentiãt. Siccat nãqꝫ totum corporis habitũ vigilia. Eoqꝫ infeſtiſſima eſt ijs, qui ex ſiccitate laborant. Sunt & q ſi ptiſſanam guſtent: protin⁹ nauſient. Eadẽ in quibuſdam facile acceſſit. Eſſe vero aliquos q facile carnẽ bubulã cõcoquãt: iã vnũ ex publice iactatis eſt. præterea alios eſſe q ad alios cibos potuſqꝫ recte ſe, aut nõ recte habeãt. Nõ ſolum aũt ex his materiæ q̃ ad victũ ptinet copia ſuggerit: ſed etiã ex regiõe et tẽpore. Scripta q̃ iam hæc ſunt a multis, q me pceſſerũt. quo min⁹ ipe iſtis inſiſto. qui ideo tãtũ ea cõmemoro, ne quid videlicet ſit omiſſum. quod vero ab oib⁹ iunioribus medicis eſt omiſſum: id perſequor. Nempe queẽadmodũ affect⁹ corpoꝝ methodo curent. eã methodũ veteres (vt ante dixi) ꝓbe inchoarũt. nemo tamen eoꝝ ipſam abſoluit. Verũ rurſus ad ꝓpoſitũ redeũdum. Siccæ intẽperies vbi ſolida ipa corpora cõtigerunt, ſi quidẽ in vna quapiam parte conſiſtant, veluti nunc in vẽtriculo ꝓpoſitum eſt: nũq̃ ad perfectionẽ ſanabunt. nec in eum ſtatum qui ante morbũ fuit, reuertent. Sed quod dici in conſuetudine vulgo ſolet re ſcilicet ipſa edocto: id talib⁹ maxime intẽperãtijs accidit, morbũ vẽtriculũ afflixiſſe, & in reliquã vitã ibecillũ reddidiſſe. Quippe ſenũ hi ventriculũ optinẽt, priuſq̃ cõſenuerint. Quo fit, vt facile ex leuibus lędant cauſis. pinde ac ſenes, nec ꝓbe cõcoqre poſſint. Quo euenit, vt etiã totum his corpus deterius ſe habeat. Ad eũdẽ modum et ſi alia quauis afficiant parte. Quod ſi ipo etiam corde ſint affecti: celeriter areſcũt. vocatqꝫ ariditatẽ ſiue maraſmũ eiuſmodi, Philipp⁹ ex morbo ſeniũ. Is igit maraſm⁹ breui morte affert. Proxie huic q ab iocinore eſt icœpt⁹. Mox q a vẽtriculo. Qui ab alijs pticulis ortum habet, tãto ſane tardius: quãto q̃libet haꝝ minoris eſt pſtantiæ: q̃ illæ Si vero leuiter cordis corpus ſiccatũ ſit: ſeneſcũt quidẽ celeriter. cæterũ plures annos trahũt: q̃ qui vehemẽter ſunt læſi. Ad eũdem modum in iocinore, & ventriculo ceu dictum eſt. ac in reliquis omnibus

Ad ea reducẽdũ eẽ quẽqꝫ qb⁹ aſſueuit.

Cõſuetudinẽ ad medicamẽtoꝝ victuſqꝫ iuẽtionẽ magnã vim hr̃e.

Naturaꝝ ꝓprietates iſpiciendæ.

Diuerſę naturaꝝ ꝓprietates.

Redit ad ſiccã intẽperiem.

De ſiccitatẽ ſolidaꝝ.

Collatio ſiccitatũ in varijs ptibus.

Philippus

ad portionem. Cęterū victus ratio eadem genere eſt, tum in hac ſicci
tate: tum in illa quæ ſolam eam humiditatem abſumit. quæ ſolidas nu
trit. Præterea etiam in tertia quam ſupra memorauimus ſiccitate. Fa-
cillima vero omniū ſanatu quarta eſt. in qua venæ ſucco ſūt inanitæ.
Imo hic affectus vt frigiditas potius habitus curatur: q̃ vt ſiccitas. vel
vt tutius loquar frigiditatis reſpectus. in hac ſiccitate exuperat ꝑicu-
lumqꝫ in ea vertitur. Siccitas ſecundū locum optinet. habetqꝫ proinde
ſanationem tum exprōptam: tum celerem. Siquidem ſi biduo quis vi
ctus rationem his caute exhibeat, modice calfaciens, & tuto nutriēs:
ſtatim in tertio pleniorē victum citra noxā admittunt. multoqꝫ id ma
» gis in quarto & quinto. Atqꝫ hoc ſane erat quod Hippocrates præce
» pit. Quæ longo ſpatio extenuata corpora ſunt: ea ſegniter reficere
oportet. quæ breui, breuius. Scire aūt licet ſolidoꝝ corpoꝝ ſiccitati-
bus ſi ꝑdurēt: ſuccedere neceſſario frigiditatē. Quippe ꝑmanere ſic-
citas ꝑ ſe nō mutata oppoſitiōe q̃ ex calido et frigido conſiſtit: nō po
teſt. Celeriter eñ ex nutriendi defectu refrigerant̃ ꝑtes. ꝓpterea ſcili
cet quod ex calido ſucco ſanguis nutriūt̃. Sed qđ inter īitia dictū eſt.
nūc ſiccitatis curationē executi ſumꝰ. & q̃ ab initio eſt cōtracta: et quā
nulla diutiſſime ſecuta eſt notabilis frigiditas. Ergo ꝓximū fuerit fri
giditatē illi copulare, quæ euidētes ꝗdē habeat notas, cæterū magna
nō ſit. Eſt itaqꝫ curationis cōſiliū nō ſimplex. vt prius. cū nō modo ti-
bi vt humectes dāda ſit opa: ſed etiā vt calefacias. Quare intendendū
acriter eſt ad p̄ſidioꝝ materiē, necubi imprudētes ijs q̃ humectāt, ea
quæ nimiū calefaciāt adiungamꝰ. Quippe his vehemēter ſiccādi vis
ſubeſt. Iam vero quātitas noxæ in vtraqꝫ intēperie ad materiæ inuen
tionem poteſt viā oſtēdere. Verbi gr̃a maximæ ꝗdē ſiccitatis ſanatio
nem modo ꝑſcripſimus. Modicę vero adeo ſcrupuloſa victꝰ ratione
nō indigēt. Quādoꝗdē nec vires ip̄is funditus ſunt collapſæ. Etenim
nulla alia de cauſa difficilis reddit̃ validæ ſiccitatis in corpe cōmo-
da curatio: q̃ quod vbi refici corpus poſtulat: nec cibꝰ ſe ip̄o coaleſce
re cū eo poteſt, ſed eiꝰ quod nutrit̃ operā qua p̄paret̃ reqrit: ip̄m eſt
imbecillū. Ergo cū id modice ſiccū fuerit, ꝓpterea quod vires nō pe-
nitus cōciderūt: vberiꝰ cibare licet. nec metus eſt vllꝰ, ne a modo ab-
erres. Quo magis ipſi de difficillima ītēperie diſſerere īſtituimꝰ. ac
in ea veluti exēplo ſtudioſos exercuimꝰ. Hinc nāqꝫ orſi ip̄imet ad me
diocres ſiccitates corrigēdas idoneā materiam īueniēt. Proponatur
autem & nūc ſiccitas quidem ſimilis priori. copuleturqꝫ ei frigiditas.
Ergo calefacientis materiæ admiſcendū iam dictis tantū erit: quātum
particula ad frigus inclinauit. Proponamꝰ igit̃ eā primū modice re-
frigeratam. Ergo ijs quæ paulo ante retulimus in lactis quidem vſu

Curatio generalis q̃tuor ſiccitatū

Quarta ſiccitas vt frigiditas potius curat̃ q̃ vt ſiccitas.

Hippo.

Permanere ſiccitatē nō mutata calīditate vl' frigiditate nō poſſe.

Siccitatis cū frigiditate nō magna, curatio.

Cur galenꝰ difficillimę ſiccitatis curationē deſcribēdā ſuſcepit.

Siccitatis ſupiꝰ poſitæ cū frigiditate curatio.

mel vberius adijcietur. Vinũ vero quod quidẽ ad gen⁹ ſpectat idem. cæterũ quod minus aquoſum: q̃ prius, & pluriũ annoꝝ ſit, dabimus. Quinetiã eſculenta oĩa calidiora exhibebimus. idq; nõ naturalibus modo ipſoꝝ tẽperamentis: verũ etiã recẽtib⁹ ex igni qualitatib⁹. Nardino pterea vnguento vngendus aſſidue venter eſt. ſic vt nunq̃ remaneat ſiccus. Sin id vnguentum non adſit: maſtichinũ ſatiſfecerit. ſed et opobalſamo eum perungas. tum ipſo per ſe: tum vero cũ iã dictis mixto. Quod ſi corpori ea magis adherere ſtudebis: etiã ceræ aliqd admiſcebis. Si vero etiam aer ambiens ſit frigidus: lanã ex his imbutã ipones. Quinetiã chia, maſtiche in opobalſamo, aut nardino vnguẽto liquans, lanam inde madentem ventriculo impones. Sane vtilius fuerit ſi qđ madefacies, etiã optima ſit purpura. q̃lis eſt tyria. Quãdo & aſtringi ipm modice: et cutis ei⁹ meatus obſtrui expedit. Siqdẽ q̃ rarũ habitũ faciunt, et relaxant: ea tum digerũt ſuccos: tũ pticulas frigidis extrinſecus aduenietib⁹ obnoxia reddunt. Quæ vero valẽter aſtringũt: ea ſiccãt. Quo fit, vt medicamẽtum quod eiuſmodi corpora excalfaciat: id nec euocantẽ vim habere expediat: nec aſtrictoriam multã ſibi immixtã. Memineris eñ velim tum eoꝝ q̃ in ægris es cõtẽplatus: tum quæ in ope de medicamẽtis es edoct⁹. Nẽpe acerbã qualitatẽ ſua qdẽ ipſius virtute, & refrigerare et ſiccare. qđ ſi cui valide calfacientiũ ſit admixta: quod ex ambobus cõpoſitum eſt, minus qdem in calfaciendi munere efficere: quã alterũ. Siccãdo vero nõ minus: q̃ vtrũq;. Maxime cõtraria faciũt his, q̃ præcepim⁹, noſtri tpis medici. q ſiccæ parti & q̃ nutrimento male fruitur: compoſitũ ſæpe medicamẽtũ ex calida, & acerba materia imponũt. Eſt aũt eoꝝ q̃ ſtryphna græce dicunt. nos inopia cõmodioris vocabuli, acerba dixim⁹. nullum pfecto modice aſtringẽs, ideoq; nec modice ſiccãs. quo videlicet magis prohibenda ea in iam dictis affectib⁹ ſunt. At vero ſi cũ ſiccitatis intẽperie multa frigiditas ſit: ſic vt fortius calfacere ſubigat: oĩm primũ intẽperamẽti genus ad memoriã reuocabis. Quippe quod oĩm grauiſſimũ eſſe oſtẽdimus. Quo circa ad corrigendũ quoq; eſſe difficillimũ multaq; ſollicitudine egere id: minime eſt ignorãdũ. Incipere vero ſiĺi modo a cõprehenſis prius materijs tentabis. ſperãs ſcilicet fore, vt lõgo tpe p tutiores ſanet̃ affect⁹. Sũt porro tutiores hæ (nã repetere ea q̃ ſũt tã neceſſaria eſt ſati⁹). In nardino vnguẽto ſolues maſtichem chiam q̃pinguiſſimã, ac purpura excipiẽs vteris. Eritq; vtilius mõ copia ei⁹ ſit: ſi opobalſamũ adieceris. Dãdũ pterea vberi⁹ cũ lacte mel eſt. ſed detracta pri⁹ ſpuma. quo et min⁹ ſit excrementoſũ: & magis nutriat. Quietiã mel ipm deſpumatũ p ſe optimũ nutrimẽtum frigido ventriculo eſt. ita vt calido aduerſiſſimum. Atq; hæc ambo

*Margin notes:* Oẽm cibũ calidũ exhibendũ. — Aſſidue vngendũ. — Purpura tyria. — Vitiũ medicoꝝ tpe galeni. — Stryphna. — Siccitatis cũ mlta frigiditate curatio. — Tutiores materiæ. — Mel deſpumatũ frigido ventri vtiliſſimũ, calido inimiciſſimũ.

meminiſſe in primis oportet. vtiq̧ a pleriſq̧ medicis ignota. Ac neq̧ aliquid frigido corpori melle potius expetere: neq̧ ad calidũ magis reſpuere. Ergo plurimũ huic affectui pro nutrimẽto mel optimũ eſto. ſed quod prius ſuper prunas ex quercu vite ve ad ſummũ candentes, fuerit decoctum. ac curioſe deſpumatum. Vinum autem eligẽdũ ſemp eſt antiquũ. eoq̧ antiquius: quo maior fuerit frigiditas. Tũ ſi res poſtu labit totũ genus immutandũ. ac primo loco adrianũ. mox tiburtinũ. aliud ve ſimilis generis eligendum. Vetera quidem omnia. cæterũ nõ adeo: vt amara iam ſint. Siccant enim quæ amara ſunt imodice. Sane optimum medicamẽtum talibus omnibus ſit: quo picatores quotidie vtũtur. Ergo illinire eo totũ ventrem cõueniet. ac poſt auelli. ſed priuſq̃ refrigeretur. Atq̧ hoc ſi bis vno die deinceps feceris abunde erit. ſæpius aut nõ expedit. quando ita per halitum digeras, nõ ſanguine bono particulã impleas. At nos ex propinquis locis attrahere, nõ id quod cõtinetur educere ſtudemus. Idem omnibus particulis, quæ ex nutrimento fructum nõ ſentiunt atrophũtas græci vocant, mirificum medicamẽ eſt. ſi quis eo moderate ſciat vti. Sed & calfacere ventriculum, ita vt in qualitate calorẽ eius nõ intendas, ſed quã maxime naturale eius temperamentũ tuearis, ac ſubſtantiam inaugeas: id ex leniſſimis in eiuſmodi affectu cõſilijs nõ eſt. Efficit hoc in victu ſimul cum ijs quæ iam dicta ſũt, maxime vinum. Ex ijs vero quæ ventri extrinſecus applicantur: boni habitus puellus vna ſic accubans: vt ſemper abdomẽ eius contingat. Sunt qui catellos pingues in hunc vſum habeãt. neq̧ id i aduerſa modo valetudine: verũ etiam in ꝓſpera. Tales itaq̧ ijs qui propter ſiccitatẽ quoq̧ ſolam imbecillũ ventriculum habent ſunt idonei. Seruandumq̧ ante omnia eſt ne puellus humecta ſit cute. Qui enim noctu ſudore perfunduntur: refrigerant potius, q̃ cale faciunt. Nocent præterea tali affectui, et calida fomenta. quæ quidem ſicca ſunt: eo quod rorem ſimilariũ corporum depaſcunt. quæ humida ſunt: quod hunc digerunt. potiſſimum vbi largius his vtimur. Præterea quod nimis rarum frigoriq̧ oportunũ corpus efficiũt. Ac de hac intẽperantiarũ coniugatione hactenus ſit ſatis. Ab hinc multæ vt propoſitum eſt ſiccitati, iuncta caliditas eſto non admodũ multa. In eiuſmodi intemperie primũ curationis modum ſeruabimus. ſed vini vim melliſq̧ copiã diminuentes: non ſolum nõ augentes. Ita vt mel prorſus nõ deguſtetur. Vinum vero exhibeatur quod minime ſit antiquũ. Iam cibos apponemus ſub lactis tepore. ſed ſi æſtas eſt ſub aquæ fontanæ frigore. Sed et vẽtriculum vngemus oleo tum crudo: tũ melino. Ac multo ſane magis ſi pluſcula caliditas ſit: ipſum vinum tum aquoſius exhibebimus: tum ſub eo frigore quod fontis aqua per medium

Vinũ ꝓpoſitis idoneum.

Amara ſiccant.

Picatorum medicamẽtum.

Atrophuntes.

Naturalem ventriculi calorẽ augẽdũ et quibus augeatur.

Puellus accubans.

Catelli pingues.

Calida fomenta ꝓpoſitis nõ cõuenire.

De ventris intemperie multũ ſicca nõ multum calida.

ver exhibet.illud nobis perſuadentes eiuſmodi affectum ad portionē eſſe febrem.Quippe quod illa vel in toto animali, vel in corde eſt:id propoſitus nunc affectus in ventriculo eſt. Atq; ipſe ſcio me vna cum præceptoribus primū omniū vidiſſe hominem quēdam maturæ ætatis, non paucos iam menſes vexatum.ſed nec eorum quiſquā affectum eius intellexit:nec etiam ipſe. Poſtea vero cum iam medendi eius affectus methodum inueniſſem:venit mihi in mentē, hunc vtiq; illū eſſe affectum quē olim fueram contemplatus.Melius autem eſt rem etiam exponam.Quippe vtilis omnino erit, ijs qui audierint, non ſecus:ac fuit mihi. Homo erat quadraginta annos natus, medio dum valebat craſſitudinis & gracilitatis habitu.Is ſiti affligebatur, ac caldā auerſabatur.cū illi frigidam nemo daret.tam et ſi hanc impenſe flagitabat. febricitare tamē medicis non videbatur.& ventriculus quæ ſumpſerat, tribus aut quatuor horis poſt euomuit.ſimul cū potione.Itaq; gracilis iam effectus eſt, ac periculo propinquus. minime videlicet adiutus ab auſteris acerbiſq; tum cibis, tum medicamentis.Sumpſit vero et poſt cibum auſterum vinū. Is homo cum nec vltra ſitim toleraret, ac vt aiebat mori mallet: quā in cruciatu viuere:aquā frigidam ſimul multā ſuper cibum hauriens:protinus ſitire deſtitit.paulo vero poſt plurimū eius euomuit. Ab hinc horrorem in toto corpore ſenſit, pluraq; operimenta popoſcit.cum prius omnia abijceret.tunc igitur reliquum totum diem quo id fecit noctemq; totam in quiete egit.cooperimentis ſe fouens.Excreuit vero ſemel circa mediam noctem, quæ mediocriter erant coacta.Itaq; nec ſiticuloſus præterea erat.Poſtero autem die tum coloratior multo: tum firmior eſt effectus. Ac deliberabant iam medici, an hominē lauare expediret. Alij quidem ſuadētes. alij diſſuadentes. vicit autē ſententia eorum qui lauare ſuaſerūt. Itaq; etiam lauatus citra offenſam eſt.ac modice cibatus. tum melius ei quā pridie venter concoxit. Queſtus autem eſt quod difficulter tranſgluttiret.viſumq; omnibus eſt propter vomitum, qui præter conſuetudinem inciderat, vellicatam illi gulam fuiſſe.ac proinde male ſe habere. Cæterum vt etiam ſecutis diebus ſymptωma permanſit:conſtabat nobis omnibus ventriculi imbecillitatē eſſe ſanatam. gulam autem eſſe perfrigeratam.Nec ſane mirandum erat ſicut potione illa, quod immodice calfactum erat ad mediocritatem eſt reuerſum:ſic quod mediocriter ſe habebat fuiſſe refrigeratum. Cæterum gulam eius nemo potuit ſanare.ſed vitio in vitium mutato, tempore interpoſito moritur. Aliū vero huic ſimilem non paucis annis poſt, vidi.cum omnē ventris intemperiem diſcernere iam poſſem. Viſum igitur eſt mihi ſtatim maiore conatu refrigerandum eſſe.priuſq̄ homo magis extenuatus: ſimile

*Quadragenarius qui ſicco & calido vētre laborabat.*

*De alio q ſimili morbo laborabat.*

*Curatio eius.*

quippiam priori ex refrigeratiōe pateretur. Tutius igitur viſum eſt, primū refrigerantia medicamenta quæ præcordijs imponuntur expe riri. Quo facto æſtus ſane ventriculi eſt remiſſus. Cæterum homo ſuſpiranti ſimiliter reſpirabat. tanq̄ ægre totū thoracem moueret. Quin ipſe quoq; interrogatus talem quāpiam ſentire ſe offenſam fatebatur. Aduerti itaq; illi tranſuerſum ſeptum refrigeratū eſſe. proindeq; abiectis refrigeratorijs: foui locum oleo calido. Cum autē reſpiratio ſtatim naturalem motus ſui ordinem reciperet: a fouendo deſtiti. Statui autem hominē longiore ſpatio moderate refrigerare. Ergo & quæ extrinſecus applicui infra magis impoſui a ſepto vmbelicum verſus recedens. & cibum potionēq; omnē excepto lacte, ſub fontanæ aquæ frigiditate exhibui. Atq; ita longiore ſpatio ſanatus eſt. nuſq̄ alibi offenſus. Sciri tamen illud ante omnia debebit. vbi valide in ambab⁹ qualitatibus immutata quæuis particula eſt: omnem eius actionem perire. nec facile quod ſic eſt affectum ad ſuam naturā reuerti poſſe. Vbi vero altera tantum qualitas pluſculum īmutata eſt, veluti nunc ſiccitatē finximus, reliquarum aliqua mediocriter ſe habet: vtiq; qui ita affectus eſt ſanari poteſt. Proponamus itaq; rurſus exuperare intemperiē calidam. huic autem adiunctam eſſe modo humiditatem: modo ſiccitatē. ſed mediocrem vtrāq;. ac prius humiditatē. Hanc intemperiē minore metu aqua frigida curabimus. quando minime ex ea lædentur vicinæ partes. vt quæ mediocriter ſe habeant. Nā in ſiccis affectibus neceſſe eſt non ea modo quæ proxima ſūt: ſed etiam totum corpus gracilius reddi. Ventriculo autē ipſo non dum ſiccato, vt nunc eſt propoſitum: nec totum attenuatū eſſe corpus poteſt. Quare nec frigidæ potu lædi. Sicubi vero adeo vehemēs caloris intēperies ventrē occupet: vt vſq; ad cor ipſum perueniat: febricitare hominem neceſſe eſt. Quo minus mirū eſt, ſi eiuſmodi intemperiē maius periculum inſequitur. ſanatio tamē genere eadem eſt. tradetur autem, poſtea vbi de febrium curatione diſſeretur. Qui autē cum ſiccitate cōiunctus calor eſt: eadē genere remedia poſcit. cæterum nō adeo ſecurus eſt refrigerantium vſus. propter eas quas retuli cauſas. Humida vero intemperies ſiue ſola conſiſtat: ſiue cum calore frigore ve coniuncta ſit: omniū facillime curatur. Et quoniā tres hæ intemperies creberrime ventriculū affligūt, ſuntq; curatu facillime: harum curationē in memoria habent, quicūq; abſq; methodo, hoc eſt via & ratione morbis medentur. ac ad alias eam intemperies vt dictum eſt transferunt. ignorantes videlicet plures eſſe. Sunt porro ipſius humidæ intemperātiæ cum ſola conſiſtit remedia: cibi qui citra valētem calefactionē refrigerationē ve ſiccent. præterea conſuetæ potionis parcitas. Eius autē quæ cū caliditate cōiuncta eſt:

Particula valenter in ambab⁹ q̄litatib⁹ mutata, omnem ei⁹ actionē perire.

De intēperie ī qua ſuperat calor cum humiditate mediocri.

De calida ītēperie cū mediocri ſiccitate.

De humida intēperie.

Erroris occaſio.

Humidæ ītēperātiæ remedia.

Humidę in tēperiei cū frigiditate.

aſtringētiū & ciborū et potionū vſus. Sint autē & hi auſteri ſine calefactione. At eius quæ cū frigiditate eſt cōiuncta, optima præſidia ſūt: acria oīa. quibus admiſceri debebunt quæ acerba, ſed citra manifeſtū frigus ſunt. Optimū eſt & his pſidiū exigua potio. atq; ea vini cuiuſq̄ infiniter calētis. cōſtat autē id minime nouū eſſe. Ad portionē vero eorū quæ comeſta & bibita ſūt: etiā reliqua oīa quæ foris applicātur adhiberi debebunt, Et quoniā de his abūde tractatū eſt: repetito rurſus ſermonis initio: capita ei⁹ colligemus. Calida ergo intēperies refrigerāda eſt. frigida vero, calfaciēda. Similiter humida ſiccāda. & ſicca humectāda. Quod ſi p copulationē aliquā duaꝝ qualitatū intēperies cōſiſtat: miſcēda amboꝝ cōſilia ſunt. ac quæ humida calidaq; eſt: ſiccāda & refrigeranda. quæ vero humida & frigida: ſiccanda ac calfacienda. Ad eundē modū, ſicca & frigida: humectanda ac calfacienda. ſicca vero & calida: humectanda & refrigeranda. Scire vero licet omnium harū peſſimā eſſe inter ſimplices, ſiccam. in cōpoſitis ſiccā & frigidā. Atq; hoc loco finem habeant ventris intēperies. quas ſcilicet extrinſecus nullus alit ſuperuacuus humor. Deiceps ad eas quæ ex eiuſmodi quapiā occaſione fiunt, ſtilū cōuertā. Sæpe igiť in ipſo ſinu ventriculi cōtentus humor, qui aut calfaciēdi, aut pfrigerandi, aut humectandi, aut ſiccādi, aut etiā horū aliqua per cōiugationē efficiēdi naturā obtinet: intēperiē creat. Interim vero & in ipſas ventriculi tunicas, vt ita dicam imbibitus. ſiue impactus. Ergo prior affectus, ſi ſemel conſtiterit: per vomitū expurgatus facile quieſcit. Sin rurſus ex alia quapiā, vel alijs particulis humor cōfluit: diligēter diſcerni indiget. Curatio vero poſt effectricis cauſæ cognitionē ſtatim ſe exhibet. Dictum enim nobis eſt tū alibi: tū vero in ijs, quæ de differētijs febriū ſcripſimus: cōfluere nōnūq̄ ex alijs in alias particulas id qđ in his redūdat. veluti ex capite ad oculos. Quo caſu oportet curato eo qđ trāſmittit: dūtaxat firmitati pſpicere oculorū. quo videlicet eorū quæ cōfluunt, minus prompte quicq̄ admittant. Ita igiť et in vētriculi affectu oportet, vbi id qđ ſuperuacuū tranſmittit inueneris: omnē huc curā conferre. de vētriculo autē tantiſper eſſe ſollicitū: ne quæ cōfluāt, prompte recipiat. Id qđ duplici (vt arbitror) ratione fiet. vna omniū fluxionum cōmuni. quippe quæ ab aſtringentibus repercutiūtur. altera vero nō minus ipſa quoq; omniū partiū, quæ ad bonā habitudinē reducuntur cōmuni. nēpe ex ipſarū tēperiei mediocritate. Ergo primū inſpiciendū totū corpus eſt. an excrementoſum, an plethoricon. i. nimia æqualium humorū copia redundans: fluxionē ventriculi imittat. Secundo loco ſi id non videtur ſingulæ partes expendendæ. Atq; in toto quidē corpore ęſtimādo, tū redundātiæ: tū excrementorū notas, & ex opere

Anacephaleoſis.

Quæ peſſimæ intēperies.

De intēperantijs cum humore.

Si humor ī ſinu vētriculi ſit contentus.

Ne pars q̄ cōfluāt recipiat dupliciratione caueri.

Inueſtigatio eius qđ trāſmittit.

de ſanitate tuēda:& ex libro de plenitudine didiciſti. Super has tamē illa quoq; æſtimabis, primū quidē i mulierib⁹, an naturaliter nō purgentur, mox in viris, an excretio aliqua conſueta his retenta ſit. Non nullis enim ora venarū quæ i ſede habent, vacuare ſupflua ſunt ſueta. Alijs ꝓfluens e naribus ſanguis aut vomitus, aut alio quopiā modo i certis periodis, vas aliquod recluſum. Noui eñ tum in ore: tū in faucibus id multis cōtingere. Nō deſunt quib⁹ & per ventriculū ſanguinis expulſio certo tēpore fiat. potiſſimū ijs qui cū vehementē exercitationē depoſuerūt: a priore tamē victu nō deſtiterunt. aut etiā artuum toto aliquo ſunt priuati. veluti etiā Hippocrates indicauit. Sūt quib⁹ diarroeæ, & choleræ certis interuallis omnē corporis redundātiam educant. Ab his illud æſtimandū quanā victus ratione ſit vſus. vtrum ne frequēti cruditate: aut ſatietate, idq; in ocioſa vita, ac præcipue præter cōſuetudinē: an contra. Illud deinde perpēdendū, an aliud mēbrū corporis certo tēporū circuitu vexari ſolitū, nunc nō vexetur. Alijs enim articularis morb⁹, aut coxendicis, aut podagra. alijs cephalea, aut etiā fluxio aliqua, quæ in oculos vel aures ꝓcubuit: nūc migrauit ad ventriculū. Nō paucis vero catarri, et coryze. i. diſtillationes per guttur et nares quæ aſſidue vexabāt: cōuerſæ certo tēpore in vētriculi loca ſunt. His igit oibus cōſyderatis ſi quidē ex minus momētaneis ranſlatio facta eſt: quod ſuperfluū eſt ru rſus ad ea reuelles. Sin ex ijs quæ maioris ſunt momēti: ambobus ſimul cōſules. eū ſemp ſūmouens affectum, qui fluxionē excitet. Fiet id ſi oēs corporis partes ad bonā habitudinē reducamus. ac oēs naturales expulſiones, fluxiles ſemper reddamus. Hæc quēadmodum efficere poſſis: in opere de ſanitate tuēda eſt præceptū. Nec illud latet ſi ꝓpter æqualiū in toto corpore ſuccorū redundantiā vēter fluxione tētatur: totū corpus vacuandū eſſe. Simili modo ſi ꝓpter mali ſucci abundantiā: hunc expellendum eſſe. Atq; hinc ad vētriculū veniēdum. Prorſus eñ cū plures iā dies delata in eū ſuperuacua ſunt: aliquid vitij ex malicia eorū cōtraxit. Itaq; nō intēpeſtiue qui ita laborat: abſinthij potione vtetur. Sed nec quæ poſtea adhibēda prouidentia ſit, quoad priſtinū vētri habitū cōparaueris: latere arbitror. Quippe ſi pro tēperamento noxiæ fluxionis intēperie aliquando laboret: corrigi nimirū per cōtraria præſidia poſtulat. Facillimū vero eſt eiuſmodi noxā corrigere: vbi paucos durauit dies. Nā ſi deſyderio ei⁹ qui curaſſet lōgiore ſpatio ꝑmāſit: aliquādo tunicæ ei⁹ malo ſucco iplentur. aliquādo ipſa ſimilaris earū ſubſtātia intēperata nō leuiter effecta: ſimilis curæ indiget ei, quā prius de intēperantijs in hoc libro retulimus. Reliquū igitur eſt: vt exponam⁹ quēadmodū curari ſuccus vitioſus debeat. qui in vētriculi tunicis eſt

Spontaneę excretiōes variæ.

Hippo.

Catarri. Coryzæ. Fluxionū curatio.

Vitioſi ſucci quē ventris tunicæ imbiberūt, curatio.

receptus. Sunt porro ad eiuſmodi affectus idonea pharmaca genere quidē ea, quæ modice purgant. ſic vt eorũ vis ſuper ventris et inteſtinorũ loca nõ aſcendat. aut ſi quid: vltra vaſa tantum in meſenterio cõtingant. Speciatim vero quæ ex aloe cõponuntur ſunt aptiſſima. Etiã ſi illa præſto nõ ſint: aloe ipſa. Hæc itaq; non elota valentius vacuat. elota vacuat quidē minus. ſed roborat ventrē magis. Expedit ergo paratã habere, quã oẽs medici picran. i. amarã vocant. atq; hanc dupliciter cõfectam. vtiq; ex aloe elota, et nõ elota. Admiſcentur autē huic cinamomũ, & xilobalſamũ, & aſſarũ, et ſpica nardi, & crocum, & chia maſtice. Sunto autē horũ cuiuſq; drachmæ ſex. vnius aloes dragmæ centum. Præſtantiſſimũ hoc medicamentũ eſt ad vitioſos ſuccos. qui in tunicis ventriculi habentur. vtiliuſq; eſt eo ſicco ex aqua vti duum paruorũ cochleariũ menſura. vbi mediocriter ac medio quõdã modo eo vti ſtudemus. Nã maximus eius modus, ac abſolutiſſim⁹ eſt, duorũ nõ vtiq; paruoꝝ. ſed magnoꝝ potio. in aquæ tẽperatæ cyathis tribus. minimus vnius parui. Vtẽdum vero hoc tẽpore, & ptiſſanæ cremore eſt. qui primus a balneo ſumetur. Nã medicamẽ ei ſolito purgãtiũ medicamentoꝝ tẽpore dabitur. Poſt id vero vbi modice inambulauerit, & modice ſe mouerit: de reliqua victus ratione nihil eſt imutandum. Sunt qui reponunt medicamentum. excipiẽtes id deſpumato melle. Et fit quidē ita durabilius. cætera non perinde ad ꝓpoſitos hoc loco affectus vtile. cũ et minus ventrē roboret: et magis deijciat. Veꝝ quibus lenta pituita vẽtriculo infigitur: ijs prius exhibẽda ſunt, quæcũq; hanc diſſecent. poſt deinde purgandũ. Quod ſi ad vomendũ ſunt idonei: nõ inutile ſit per radiculã ex oxymelite vomere. Sin nec lẽtus humor ſit: nec craſſus: vtiq; abunde ſit a ptiſſanæ ſolius cremore vomuiſſe. itẽ a mulſa. Quo caſu ſumẽdum vtriuſuis plus eſt: quã vel nutrimenti: vel etiã deiectionis cauſa ſumeretur. Idoneum vero eſt, & ſi mulſa in qua incoctum abſinthiũ ſit: bibatur. Nã id quoq; tenues ſuccos quicũq; videlicet in ipſius vẽtriculi ore cõtinentur: cõmode deorſum impellit. Sane cõmunis eſt totus hic ſermo qui de intẽperie agit: cũ ſanitatis tuẽdæ præceptis. ea ſcilicet ſui parte: qua de parũ firmis actionibus diſputat. Non eñ profecto ea: qua de perditis. aut vitioſe functis agit. Quippe pars illa a ſanitatis tuendæ cõtẽplatione plane ſeiuncta eſt. Imbecilla vero actio prout magis minus ve talis eſt: aut ad ſanitatis tuendæ: aut ad medẽdi tractationẽ pertinet. leuiter quidẽ impedita ad priorẽ. grauius ad poſteriorẽ. Diſcernitur vtraq; ex eo qđ a cõſuetis actionibus obeundis ꝓpter noxæ magnitudinẽ vel deſiſtatur: vel non deſiſtaẽ. Dictum autẽ et de his eſt in opere de ſanitate tuẽda. Quo vtiq; celerius tranſeunda eorũ tractatio nũc eſt. pręſertim

Tunicarum vẽtris pharmaca quouſq; ꝑtingere liceat.

Specialia remedia.

Aloe elota et nõ elota qd poſſit.

Cõpoſitio hierę picrę

Vtilius vtẽdum picra ſicca et cum aqua.

Modus picræ.

De picra cum melle et ſine melle.

Si lẽta pituita vẽtriculo affigiẽ.

Mod⁹ ptiſſanæ et mulſæ cum pro vomitione ſumuntur.

Mulſa in q̃ incoctum abſinthiũ ſit.

Quomodo imbecilla actio tũ ad hoc op⁹ tũ ad ſanitatẽ pertineat.

omni methodo qua ventris intēperies ſint curãdæ, iã perſcripta. ſiue hæ firmius ei ex mora inheſerint: ſiue leui⁹. Nec vero illud latere puto: eſſe aliquãdo mixtũ ex trib⁹ iam dictis ſimplicib⁹ in ventriculo affectũ. ita vt et ipſæ ſolidæ partes laborent, & mali ſucci ita ventri ſint infixi: vt elui ex facili nequeant, et alij in interno eius ſinu cõtineãtur. Poteſt nãq; iterim fieri: vt primus cũ ſecũdo cõſiſtat. poteſt et ſecundus vna cũ tertio. poteſt et primus cũ tertio. ſæpe etiã oẽs ſimul. Pro quibus methodum quã prius de vulneribus tradidimus, vbi oẽs affectus ſimul cõiuximus: ad memoriã reuocabis. Quam nunc quoq; apponere nõ ſit inutile. Primum nãq; in eiuſmodi cõplexu æſtimabis a quo maxime diſcrimen ægro impẽdere videatur. Secundo loco quid, quæ ve ex his cauſæ rationẽ optineãt, & quid effectus. Tertio quæ ſanari ante alia poſſint. & quæ nõ poſſint. veluti de vlcerib⁹, quæ vna cũ phlegmonis cõſtitere oſtẽdimus. Vbi nãq; a quoq̃ affectuũ nõ leue periculũ inſtat: ad id qđ vrget: dirigi primũ curantis cõſilium debet. Vbi aliud efficiens eſt: aliud qđ ab eo efficitur: ipſa cauſa ſpectanda. At vbi curare hoc ſine illo nõ licet: ad id qđ ordo dictat, eſt reſpiciendum. Atq; ĩ eo quidẽ curationis cõſilio qđ ab vrgente initur: affectus magnitudo perpendenda eſt. Ea triplex eſt. alia quæ ex læſæ actionis præſtãtia ſpectatur. alia quæ ex ꝓpria affectus eſſentia. et tertia præter has, quæ ex facultate, quæ læſum corpus gubernat æſtimatᷓ. In eo vero cõſilio qđ ex cauſæ ratione initur animaduertẽdum eſt. quidnã eorũ quæ cõiuncta ſunt, augere aut gignere reliqua poſſit. Quæ rurſus vel gignantur: vel incremẽtum ab eo accipiant. In eo vero qđ ordo præſcribit: quid a quo, vel quid cũ quo, vel quid poſt quid, ſanari poſſit. Fingatur igitur in ventrẽ defluere ex cerebro ſuperfluũ quẽdã humorẽ frigidum. atq; eius occaſione intẽperiẽ in ventre cõtractam iã eſſe. Qui potius malũ iam ſuccum per totũ eius corpus media omnia ſimilariũ particularũ ſpatia occupaſſe. In eiuſmodi cõplicatis dignatione maius eſt intẽperies. ꝓpterea videlicet qđ ipſa tẽperies. ꝓpriæ vero eſſẽtiæ ratione quodcũq; vtiq; tale fuerit, circa ꝓpoſitũ in ſermone ægrum. Ac ponatur ad præſens maximus trium affectus eſſe ſuccorũ, qui in tunicis ventris cõtinentur. Eſto (ſi libet) vt idem quoq; affectus roſionis ſenſum faciat, atq; ex eo ipſo animi defectum. & ſudores quoſdam cũ ſyncopes diſſolutione accerſat. ita videlicet: vt quatenus ſupra vires eſt, reliquis ſit maius. Conſtat igitur primã eſſe adhibẽdã curam: vt ei qđ vires reſoluit, occurratur. Deinde qm̃ omniũ maximũ ꝓpriæ eſſentiæ ratione hoc finximus: vtiq; ad id primum te verteris, ac primũ id ſanes. Vbi id mediocriter ſe habuerit, ac neq; vires ãpli⁹ labent, neq; plurimũ vitioſi ſucci in vẽtre ſit: tũ nimirũ ad cauſam ac-

Varias eſſe ventris affectuũ complexiones.

Methodus de cõplicatis affectibus repetita.

Triplex magnitudo

Exẽplum.

Roſio ſyncopen et ſudores accerſens.

cedes. illud pro cõperto habens, nõ poſſe ad perfectionẽ vllum affectum ſanari, manẽte ad huc ipſa vnde nata eſt, cauſa. Ordo autẽ curationis, modo cõtraria inter ſe remedia, ſicut in phlegmone, & vlcere indicat. (oſtenſum nanq; eſt quæ phlegmonẽ ſanant, ea maius reddere vlcus): modo alteri affectui nihil nocet. ſicut in ꝓpoſito nũc caſu. Qui enim educit humorẽ, qui in ſinu ventris continetur: is humorũ qui in tunicis cõtinẽtur alimẽtũ adimit. æque et qui cerebrũ ita ſanat, ne quã ſenſibilẽ redundantiã creet: is veluti fontẽ fluxionis in vẽtrẽ deſtruit. In his ergo ordo curationis, cũ ordine cauſarũ cõſentit. quãq; in alijs diſſentit. Cæterũ quod ex magnitudine ſpectatur: id diſtingui prout dictum eſt, debebit. Ac primũ quidẽ id agẽdum eſt: vt ei qđ maximũ eſt, propriã medicamentorũ materiẽ accõmodes. Deinde pro cauſarũ ordine, totũ cures. Etenim cũ neq; copia notabilis excremẽtorum in vẽtre ſit: nec eorũ quæ in capacitate eius cõtinẽtur: nec eorũ quæ in tunicis, ſed neq; roſio quæ viribus officiat: tũ omniũ primũ ſanãdum ipſum cerebrũ eſt. Ab hoc ſinus ipſe ventris vacuandus. extergẽduſq; eſt. Poſtea ipſæ tunicæ expurgandæ. Poſtremo intẽperiei eſt medendum. Dicta vero prius ſunt cuiuſq; horum medicamẽta. Itaq; nec prolixus habẽdus ad huc ſermo eſt. ſed finis iã libro ĩponendus. Omniũ eñ reliquarũ partiũ intẽperies ſimiliter ijs, quas in ventre propoſuimus ſanabuntur. Semp eñ cõparandum remedium eſt: qđ ſit affectui cõtrariũ. ac illi remediorũ indicatio, quæ a laborãtis natura ſumitur, adijcienda. de qua dictum in ſuperiorib⁹ iam eſt. dicetur tamẽ in ſequẽtibus vberius. Neceſſum vero erit & nunc paucis de ea mentionẽ facere. Prima quidẽ indicatio a laborãtis loci tẽperie ſumitur. quæ calfaciendi, refrigerandi, ſiccandi, vel humectandi, vel aliquid horũ con iuncte cũ alio faciendi, menſurã præſcribit. Secunda ex eo ſumitur, quod actio eius oibus aĩalis partib⁹ ſit cõmunis. aut quod cõmunem virtutẽ nũc ſumminiſtret. Tertia, ab ipſa partis figura. Quarta ab ipſius poſitura. cuius portio eſt ad vicinas aĩalis partes ſocietas. Tum præter hæc oia ipſe ſentiẽdi, vel acrimonia, vel hebetudo. Ac dicetur quidẽ in ſequẽtibus de ſingulis horũ latius. nunc paucis ea tranſcurramus. Quæcũq; calidiores natura partes ex frigore laborant: hæ & liberalius: & diutius calfieri poſtulant. Sicuti etiã quæ frigidiores na tura ſunt. ſi ex calore laborẽt: refrigerari. Et ſicciores, ſi ex humiditate male habeant: ſiccari. Ad eundẽ vero modum & humectari, quæ humidiora naturaliter ſunt: vbi ex ſiccitate laborant, tũ vberius tũ diutius poſtulant. Quippe eatenus redeat ad naturã eorũ quodq; neceſſe eſt: quatenus a natura receſſit. ac veluti quadam via retro feratur. quæ in diuerſum agat ei, quæ facta in ipſo eſt trãſmutationi. Cõtra vero pars

Ordinẽ curationis aliquando vni affectui nocere, aliqñ nulli.

De indicatione cõducentiũ varia.

Prima conducentium indicatio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

quæ calidior natura eſt, ſi calido morbo ægrotat: exigua breuis ve tẽporis refrigeratione eget. Sicut quæ frigidior eſt: calfactione. Ad quẽ modum in humidis quoq; , et ſiccis ſe habet. Si quidem breuis eſt in eiuſmodi, in id quod præter naturã eſt, lapſus, et rurſus in id quod ſecundum naturam, reditus. Vnde etiam minus periclitantur quicunq; cognato naturæ ſuæ morbo laborant. Nõ latet vero et quod ſicubi cõiugatæ intẽperies inciderunt: eatenus hæ reduci ad naturã poſtulant: quatenus a natura receſſerũt. Atq; ita quidẽ a tẽperamẽto laborantis partis auxiliorũ indicatio ſumitur. Ab eo vero quod actio ei⁹ omnibus animalis partibus vtilis ſit, aut paucis quibuſdã, aut vni ſibi: ĩ ijs intẽperiei generibus, que abſq; humore infeſtant, vtiq; nihil ex hac ĩdicatione ſumiť. Nã et refrigerari, et calfieri, et ſiccari, et humectari, et per cõiugationẽ quiduis horum pati, ſingulæ particulę pro morbi portione requirunt. In ijs tamẽ quæ ex humoribus ſunt ortæ, ſi particula ſoli ſibi inſeruiat: audacter vacues licet, prout affectus ſuadebit. ſed tamen etiam virtuti attentus. Sin neceſſarium opus eius ſit oĩbus animalis partib⁹, veluti ventris et iocinoris: nõ leuis habenda ſollicitudo de robore virtutis eſt. ne hanc. magna ſemel vacuatione vſus diſſoluas. Eſt porro cõmune opus, & venarũ, & arteriarũ & cordis, et thoracis, et renũ, et vtriuſq; veſicæ. tum eius quæ lotium excipit: tũ quæ bilem. cum vaſis etiam, quæ ab vtraq; procedunt. Cerebri vero opus cũ ſani ſumus ad voluntarias actiones neceſſariũ eſt. ijs ſcilicet inſtrumẽtis quib⁹ eiuſmodi actiones obimus. Cum ægri ſumus neceſſariũ non eſt. niſi ijs tantũ quæ ad reſpiratũ ſunt deputata. Reliquorũ vero organorũ actio certe non eſt. miniſterium tamen eſt ad vitã neceſſariũ. veluti pulmonis et aſperæ arteriæ et faucium. Ergo ex eiuſmodi particulis q̃ primũ vacuare redundantiã licet, prout volueris. Ex vẽtre vero, & iocinore vtcũq; vacuare nõ licet. ſed cũ cautione. vt ne qd virtuti officias. Qm̃ autẽ nõ par eſt actionũ dignitas ad ægros ſeruãdos, ſed aliæ magis his: aliæ min⁹ ſalutares ſũt: vtiq; ad portionẽ actionũ dignitatis, etiã cuiuſq; ptis ꝓſpiciẽdũ eſt robori. Maxima igiť eſt cordis officij dignitas. atq; ægrotãtib⁹ maxĩe oĩm neceſſaria. Cerebri vero ad vitã qdẽ par eſt momẽtũ. nõ tñ par robur ei⁹ ĩ ægrotis reqrimus. Cũ neceſſe oĩb⁹ nõ ſit neruoꝝ, ac muſculoꝝ opa vti. Itaq; abũde fuerit. ſi tãtũ ei⁹ ſeruatũ ſit: quo reſpiratiõis mun⁹ ſit obeũdũ. At vero iocinoris opus oĩb⁹ particulis pneceſſariũ eſt. nõ tamẽ adeo ſaltẽ ppetuã neceſſitatẽ habet: ſicuti ipſius cordis. Ad portionẽ autẽ iocinoris, etiã vẽtris opus ſe habet. Intelligẽs ergo oĩm particularũ, tũ functiones: tum vſus quos in alijs cõmentarijs tradidimus: haud difficulter inuenies, quatenus cuiuſq; robur cuſtodiri oporteat. Ad eũdem vero

Min⁹ pīclitari eos qui cognato naturæ ſuæ morbo laborent.

Vbi indicatio quæ a ptis officio vt cõis eſt, ſumiť locũ habet.

Quaꝝ ptiũ neceſſariũ eſt opus.

Quarũ etiã cõe opus.

Quaten⁹ cerebri opus neceſſariũ ſit.

Quorũ actio nõ eſt ſed miniſteriũ ad vitã neceſſariũ.

Officiorũ cordis cerebri iocinoris et vẽtriculi collatio.

modum, et quæcũq; partes alijs authores facultatum ſunt: harũ quoq; robur ſeruare decet, pro facultatis earum vſus portione. quo videlicet illis animalis partibus ſumminiſtrent. Sane de his particulis illud arbitror didiciſti. Cerebrum neruis ac muſculis, Cor arterijs, Iecur venis, ſuppeditare virtutem. A figura vero indicatio ipſius modi vacuandi excrementi, ſuggeritur. ad hunc modum. Venter vomitu deiectioneq; inanitur. Inteſtina deiectione tantum. ſicuti etiam iocinoris caua. Renes vero, et veſica, ac iocinoris gibba, ſi multo vicioſo ſucco ſunt refecta: per deiectiones et pharmaca deiectoria, catoterica græci vocant, expurgantur. Sin modico: per vrinales meatus. Cerebrum vero per palatum, et nares, et aures. Pectus, et pulmones per aſperã arteriam, et fauces. A ſitu indicatio dabitur, tum ad ſolidarum intemperies: tum ad ſuccorum vitium, ſane non leuis. Nam qui per ſumma corporis intemperie laborant: ijs medicamenta quæ intemperies requirit applicabimus. Quibus autem in profundo corpore intemperies eſt: in his rationem interualli inibimus. Si enim medicamentis his vtere, quæ intemperies requirit: vtiq; multo imbecilliora: q̃ pro vſu tuo, ad locum peruenient. Iam ad vacuationes quoq; non nihil ſitus indicat. dum ſocietatem laborantis particulæ cum alijs docet. Nam niſi illud compertum haberemus, quod cauo iocinoris ſubijcitur ventriculus et ieiunum, tum quod ieiuno ipſi tenue inteſtinũ ſuccedit, id vero colon excipit, ac colon, quod appellant, rectum: vtiq; inueniſſe illud non licuiſſet. quod iecur, et per aluum: et per vomitum expurgari poſſit. Cæterum aptior ſit prior vacuatio. tanq̃ vſu iam callentibus inteſtinis, iocinoris ſuperflua tolerare. Non ſpernenda vero indicatio eſt, et ea quam ſenſus partium acuitas hebetudoq; ſuppeditant. Quando omne medicamẽ contẽnunt quæ tardi ſunt ſenſus. etiam ſi non leuiter rodant. At quæ acuti ſunt ſenſus: eorum vires dolore reſoluuntur. Expedit igitur has nec cõfertim: nec ſemel valentibus auxilijs mederi tentes. ſed tuto potius in tempore. At vbi tardus eſt ſenſus: in his etiam celeriter obire quod iuſtum eſt licet. ſemel vſis remedio, quod ſit idoneum. Verum quod ſupra dixi de horum indicatione latius diſceptabitur in ſequentibus. Idq; eo præcipue loco, quo de tumorum præter naturam curatione agemus.

Quæ ptes virtutẽ reliquis ſuppeditent.

Indicationẽ a figura modũ vacuãdi docere.

Variæ ptes quæ modo vacuentur.

Catoterica

Indicatio a ſitu qd doceat.

Quid ptis ſocietas docuerit.

Sit⁹ quarũdã partiũ.

Iecur paluum & vomitum purgari, vnde intellectũ.

Quæ acuti hebetis ve ſenſus ſunt quæ medicamenta ferant.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER OCTAVVS.

QVemadmodum vero febres quoqꝫ non ſecus quam alij morbi qui ex intemperie in nobis conſiſtunt, quoſqꝫ in præcedenti libro narraui methodo curentur: tempeſtiuum nũc dicere videtur. Quod igiť Eugeniane chariſſime ſimplicium ac primarum partium (quas ariſtoteles ſimilares vocat) natura, ex calido, frigido, humido, et ſicco inter ſe mixtis conſtet: vno volumine oſtendimus, in quo de elementis ſecundum hippocratem diſputauim⁹. Quod vero ex eo quod hæc calidior ſit, illa frigidior, vel humidior, vel ſiccior, vel ſimul horum aliquib⁹ copulatis affecta, ſimplices ac primæ particulæ inter ſe differant: id in libro de temperamentis eſt aſſertum. at in libro quo de morborum differentijs agitur, duo in vniuerſum eſſe morborum genera quæ in ſimplicibus animalis particulis oriantur docuimus. alterũ quod etiã ſecundis & compoſitis & inſtrumentalibus ſit cõmune (vocauimus autem id vnitionis ſolutionem). alterum ipſarum peculiare. quod in calidi, frigidi, humidi, & ſicci intemperie conſiſtat. eſſe autem ex intẽperantijs ipſis, quæ quidem in vna ſunt contrarietate: ſimplices. quæ in ambab⁹, compoſitas. In ea itaqꝫ quæ eſt inter calidum et frigidum oppoſitione, duas eſſe ſimplices intẽperies. alterã vbi quicꝗ tanto efficitur quã erat, calidius vt eius ledatur actio. alterã, vbi pari modo inualuit frigidũ. In ea vero oppoſitiõe quæ eſt inter humidũ et ſiccũ, alteras etiã geminas. nẽpe humidã et ſiccã. copulatis vero ĩuicẽ ſimplicib⁹: alias exiſtere quatuor. humidã et frigidã, humidã & calidã, ſiccã et frigidã, ſiccã & calidã. Traditæ vero ſũt et cauſæ quæ has ĩtẽperies generẽt, ĩ alio libro. in quo morboꝝ cauſas reddidim⁹. ſane vn⁹ qſpiã morboꝝ eſt, ꝗs ĩtẽperies creat, et febris. vtiqꝫ cũ adeo ĩmodice auctus calor eſt, vt et hoĩem offẽdat, et actionẽ ledat. Qñ ſi neutrũ adhuc efficiat, quãtũuis ſit hõ nũc ꝗ ãte calidior: nõdũ tñ febricitare eũ mõſtrauim⁹. Qm̃ aũt qcqd p̄ter naturã ĩ nobis oriť, ſiue ſpeciale nomẽ ſortitũ ſit, ſiue gñale, id extra corp⁹ nõ eſt, ſed tũ pleuritis, tũ phlegmõe, tũ morb⁹, tria ſimul ĩ vno cõſiſtũt corpore, verbi gratia Dionis, ĩdicat autẽ et horũ quiſqꝫ ꝓpriã indicationẽ, æque ꝑfecto vt ei⁹ q maxime

Febris qd.

Cur alibi de febrium differētijs egerit.

omnium ſpecialis eſt ipſæ differentiæ: ob hæc vtilius viſum eſt ſeorſum de febrium differentijs tractare. Quo omnibus prius præparatis, ſermo nobis hoc loco citra omnem eorum qui parum recte de ijs ſcripſerunt, refutationem abſolueretur. Reuocemus igitur ad memoriam diſcriminis earum capita. Quo propriam ex vnaquaqꝫ indicatione ſumamus. Eſt igitur vna earū differētia illa in qua cauſa ad huc adeſt, febrim creans, aut febri excitata, iam deſijt. Altera vero qua vel vt greci loquũtur, Hectica febris eſt quæ iam facta eſt: vel etiā vt aliquis eorundem dixerit, Schetica. Nam quoniā eos affectus qui facile diſcutiuntur, enſcheſeſi græce vocant qui tales non ſunt en exi: concedendum eſt dilucidioris doctrinæ cauſa, etiā febriū ipſarum eas quæ ægre diſcutiuntur, hecticas, quæ facile ſcheticas nominari. Dicēdūqꝫ febriū alias facile ſolubili affectu eſſe, perinde vt percalfactum i ſole lignum, alias difficile ſolubili. Veluti quod igni eatenus excalfactum eſt, vt iam accendatur, et fumū edat. Hæ ſunt primæ febrium differentiæ. Quas vbi cum ſummis primū indicationibus iunxerimus: mox ad magis illis ſpeciales veniemus. Prima enim omnis febris indicatio veluti a morbo eſt, ablationē eius præſcribens. Secunda vero ceu abs tali eſt morbo, quæ non abſolute ſublationē, vt prior, ſed certam quandam ſublationem indicat. Nam cum febricitantes ex intemperie laborant: neceſſe eſt ſanationem quoqꝫ eorū intemperantiæ depulſionem eſſe. Omnis autem exceſſus per contrariū exceſſum ſanatur. Etenim id quoqꝫ ante eſt oſtenſum. Quare febrilis quoqꝫ intemperantiæ exceſſus, per contrariū exceſſum ſanabitur. Eſt autē febrilis intemperantiæ exceſſus in caloris abūdantia. Huic ergo ad temperamentum via erit, per id qđ refrigeret. Itaqꝫ ſi iam præſens febris eſt, ſed cauſa quæ eā excitauit iam deſijt: huc tantum ſanandæ eius cōſilium dirigitur, vt refrigeretur. Quare quærenda nobis talis materia eſt, quæ cū redundante calore paria refrigerando faciat. At ſi in generatione adhuc febris eſt: cauſa quæ eam accendit ſubmouenda eſt. Sin pars eius iam genita eſt, pars in gignendo: vtriqꝫ cōſulendum eſt. Primū quidē ſubmouendo quæ eam accendit cauſam, deinde extinguendo quæ ab hac accenſa eſt, febrem. Ergo niſi quis ad vnguem memoria teneat, & quæ cauſæ febres generent, & in quo cuiuſqꝫ corporis affectu: is nunquā methodo febri proſpiciet. Dictū nanqꝫ eſt in ijs corporibus meatuum conſtipationē febrem excitare, in quibus quod tranſpirat halituoſum non eſt. Quod atmodes græci dicunt. Cuiuſmodi viſitur in ijs qui boni ſunt ſucci. Sed mordax et acre fumo fuligini ve non abſimile. His igitur corporibus ſaluberrima eſt ex aqua dulci et temperata lauatio. tum frictio quæ rarefaciat. et exercitationes modicæ. &

Differētiæ febriū pⁱmę

Hectica.

Schetica.

Prima febris indicatio.

Secunda febris īdica.

Quæ neceſſaria febrē curanti.

In qb⁹ meatuū ſtipatio febrim excitat.

Atmodes.

victus qui dulces efficiat ſuccos. Aduerſiſſima vero ſunt lauatio frigida et aluminoſa.& lauationis abſtinentia.et exercitatio acuta.et frictio vel plane nulla, vel dura.et victus mali ſucci. et vigiliæ.& ira.& triſtitia. & cura vſtioq̨ in ſole. & fatigatio. Verum de reliquis poſt dicam. De ſtipatione vero meatuum vnde digreſſus ſermo eſt liquido ſcire licet:ſolam eam ſi reliqua omnia deſint, accendere febrē poſſe. Si itaq̨ eiuſmodi naturas a conuenientibus ſibi lauationibus prohibeas:protinus febricitāt. Vidiſti autem profecto quo tempore Romæ nobiſcum egiſti, aliquos ita laborare. In quibus qui mirificā diatriton tranſmittere eos in cibi inedia cenſent:ipſi difficillimas febres faciunt. Quando protinus in primæ acceſſionis inclinatione, in balneū eos ducere oportebat. Ibiq̨ ſinere crebro ſi vellent, nedum ſemel aut bis lauare. Ego nanq̨ reliquis omnib⁹ omiſſis.eum tibi in memoriā reuocabo, qui in aquis aluminoſis quæ Abula vocant, eſt lauatus. Ac ex eo cute denſata:poſt incepit febricitare. Quippe ſatiſfaciet is ꝑ claritate ſermonis noſtri veluti exemplum. Sane hominē inuiſebant medici quidam nō incelebres. Alter Eraſiſtatius, Alter methodicus. viſum autem eſt ambobus hominem a cibo cōtinere. Quod tamē nos cum poſt illos digreſſos ſuperueniremus:nō permiſimus. Sed ſtatim in balneum perductum, et tepenti oleo largiſſime perfuſum, tū blandiſſime perfrictum, quā plurimū temporis in calidi ſolij aqua verſari iuſſimus. Mox egreſſo, ac frigida ex conſuetudine vſo, tū ſyndone cooperto, conſidere paululū ad vires recreandas præcepim⁹.poſtea, denuo in balneū perducto, ac rurſus ſimiliter tum vncto, tū perfricto, ac in calida morari iuſſo, dein rurſum educto ac frigida merſo deterſoq̨:exhibuimus cibum. Protinus quidē vt egreſſus eſt, atq̨ aquā bibit: Ptiſſanæ cremorē.dein paruo interuallo lactucam. Ac poſt hanc ex ſimplici albo iure, piſcium aliquid, eorū qui molli ſunt carne. Cuiuſmodi ſaxatiles ſunt omnes, et aſelli. Porro non alienum ſit quo nihil narrationi deſit, omnia recenſere. Tempus anni erat, quo hæc agebant, paululū poſt caniculares quos vocant dies. Homo ipſe circiter quiq̨ et triginta ānoꝝ. colore nigello.et habitu corporis gracili. atq̨ hirto.tū q tangentib⁹, etiā cū valeret, manifeſte calorē exhiberet mordentē. Vrinas quoq̨ habuit abunde flauas. Ac ſi pluſculū cibo abſtineret, etiā mordentes. Aluus aſſidue ſicca erat. Tū quæ excreuit, exigua acriaq̨ et ſicca. Mores animi ad irā et cogitationē ꝓpenſi. Ipſe pauci omnino ſomni.et qui ꝑpetuo de vigilijs quereretur. Hic quodā loco, quo negotiorū gratia cōceſſerat: Abulis quæ haud longe aberant vtebatur. Septima (vt aiebat) diei hora. ac ter quaterq̨ ſe lauit. Salubriter ſibi conſuluiſſe ratus. Hinc quoq̨ vbi rurſus in agrum ſe re-

Quæ contraria.

De meatuū ſtipatione.

De eo qui i abulis eſt lauatus.

Curatio.

Narratio a capite repetita.

Abula.

cepiſſet, ac cibum ſumpſiſſet, & paululum indormiſſet: venit ad vr-bem ſero veſpere. Vbi deſtitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Cum autem tertia fere diei hora contemplati eum medici eſſent: iuſ-ſerunt non eum modo diem: verum etiam poſterum totum per inedi-am tranſigere. Quo tertiæ diei noctem obſeruarent. Atq; his dictis abierunt. Nos tum lauato, tum vt prædictum eſt cibato: miniſtris præcepimus, ſi medici veſperi venirent, quieſcere hominem dice-rent, eoſq; ſtatim remitterent. ac poſtridie mane redire iuberent. Vt vero abierunt: rurſus hominem ſimili modo lauatum, ac cibatum, his ipſis quæ egimus, dormire probe fecimus. Accedentes autem mane poſtridie medici: cenſuerunt etiam eo die cibo illi abſtinendum. Etiã ſi quam maxime ſine febri prorſus eſſet. Illo vero promittente quod iuberent: ſcis quãtus illis digreſſis riſus ſit excitatus. Quem nos pau-lo poſt ſuperuenientes deprehendimus. Non fugit vero, nec quomo-do cum laborante ipſo ſit actum. Nam quoniam inquam cum valeres, bis lauare ſolebas, ac medici cibum tibi omnino circuncidunt: nec il-lis iure in totum obſequendum eſſe, et aliquid eorum quibus per ſani-tatem es vſus imutandum arbitror. Eo vero putante me ſuaſurum, vt lauaret quidem, ſed non bis, tum paratum ſe affirmante quicquid iuſ-ſerim exequi: ergo inquam neq; inediam tolerabis, neq; lauabis bis. (Siquidem et laboraſſe mihi videris iam triduo et calfactus vehemen tius a ſole fuiſſe). propter igitur laborẽ inquam et vſtionem, vnam te adijcere lauationem ad duas oportet. ac ter mihi audientem lauari. Quoniam id mihi pollicitus es. Ille ſubridens dura inquit imperas. Cæterum quoniam ſtare pactis eſt iuſtum: faciam quæ iubes. Quæ ve ro medici poſt hæc egere: noſti plane quãto erant digna riſu. Bis iam lauatus fuerat. pranſuſq; dormierat. Cum circa occaſum ſolis mini-ſtrorum quiſpiam adeſſe medicos nunciat. Hic vero febricitare ſe ſi-mulat. Ac veſte circundatus inuolutuſq;, quo minus bibiſſe vinum de prehenderetur: amico cuidam mandat, medicis ſi quid percontentur, pro ſe reſpondeat. Erant autem de more vbi inuolutum curioſe ho-minem, etiam cum capite viderent: primum illud ſolenne ipſis roga-turi. Quota hora acceſſio inuaſiſſet. Cum autem amicus reſpõdiſſet, ferme ne vnam quidem integram ex quo cœpiſſet interceſſiſſe horã. cũ horrore ne an frigore cœpiſſet, rogant. Eo cũ horrore reſpõdente: tangunt hominẽ iam corpore propter riſum & operimẽtum madẽte. Itaq; vbi hominẽ laudaſſent, qđ ſibi obtẽperaſſet, nec quicq̃ ãte tertiæ diei acceſſionẽ deliquiſſet: ob id ipſum iquiũt nũc te deſeruit horror. Eſtq; ſudoris indiciũ. ac multa humiditas circa cutẽ. Quæ haud quaq̃ eueniſſet: niſi inediã toleraſſes. et triduũ trãſmiſiſſes. Iuſſis igit̃ pro-

Iocus galeni ex paraproſdocia.

pinquis ſi quæ guttulæ illi manarent, diligenter detergerent, ne frigore officerent, tum mane ſe redituros præfati: diſcedūt. Ne tum quidem poſt ſudores, iuſſo homine nutriri. Viſæ nanq; ſunt illis noctes eo tempore breues. Vtiliuſq; eſſe poſtridie mane nutrire. Digreſſis igitur ipſis: perfuſus ſudore iuuenis, ita vt inuolutus veſtibus fuerat in balneum cucurrit: ac tertio lauit. et ſimiliter eſt cibatus. Poſtridie priuſquam aduentarent medici: egreſſus domo dedita opera eſt. ne ſe deprehenderent. Itaq; cum paulo poſt venirent, & egreſſum intelligerent, mirati inter ſe ſunt, quid tandem hominem egredi ſubegiſſet, iam bidui paſſum inediam. Ergo ſi hoc vno male affecti ab eiuſmodi medicis ægri eſſent, quod pluribus diebus in cubilibus detinentur, cum liceret ſine intempeſtiua hac inedia, multo citius ad conſueta vitæ munia redire: erat profecto vel id pergraue. Verum longe grauius eſt quod accidit. Cū enim memoratæ naturæ vbi ſub tali victu regun-tur, grauiſſimis occupentur febribus: qui hunc iniungunt medici, nihil mihi a carnificibus differre videntur. Non enim veluti qui humidi ac boni ſucci ſunt, vbi in febri diaria tranſmittere mirificam diatriton coguntur, vnum id tantum patiuntur incommodum quod fruſtra cruciātur: ſic etiam naturæ iam comprehenſæ. Imo ex longiore inedia accerrimis acutiſſimiſq; corripiuntur febrib⁹. A quibus promptus eſt in hecticas tranſitus, atq; ab his rurſus in torridum maraſmum. Aut ſi os ventris facile iniurijs patet: in eum qui ſyncopen. i. animæ defectum infert. Audiſti enim ſubinde nonnullis talium medicorum dicentem me, licere ipſis euidenter intelligere, quantum mali cōmittant, dum eiuſmodi naturas in inedia cuſtodiunt, ſi velint dum ſani omnino ſunt, biduum eos inediam iubere tolerare. Cernent enim illico febricitantes. idq; ob nullum profecto aliud, quam famē. Siquidem cui nec ſuberat prius quicquā in corpore, qđ grauaretur, nec quicquā illi interim acceſſit extrinſecus noui: is plane ex inedia febricitauit. Quando enim vt dictū eſt, non vnus alterue, ſic intēperatorum, ſed plane omnes vbi inediam tolerarunt, & balnei ſolio abſtinuerūt, febri corripiuntur: ne vel leuis quidē amplius relinqui nobis ſuſpitio poteſt, quaſi ob aliud qppiā, & nō iediā febricitarint. Quib⁹ nanq; in corporis temperatura ſiccum præualet humido, & calidum frigido: his corporis habitus gracilis, hirſutus, & nigrior eſt, ac reliquis tribus intemperamentis, quæ hoc ſunt minus calida, tactu calidior aduertitur. plurima quoq; his flaua eſt bilis, vrinæq; ac deiectio bili ſatura. et pulſus magni. et ſomni leues. et pauci. et animi impetus vehemens. Ergo recte horum hippocrates tum generalē victus formulam, cuiuſmodi eſſe conueniat, tum quot, ac qualia ſymptωma-

Ex diatrita riorū præceptis q̄tū mali interi ſuccedat.

Syncope.

Calidæ et ſiccæ intem periei notę Hippocratem ꝓpoſitī intēpamētī vict⁹ formulā, et ſymptωmata docere.

ta in eiuſmodi homines incidant, non ſolum vbi totum diem in cibi inedia tranſegerint, verum etiam vbi altero cibo, qui pro prandio datur abſtinuerint prodidit. Quippe in ſexto de populatim graſſanti-

Hippo.

bus morbis ita iquit In calida natura refrigeratio. aquæ potio, quies. In libro autem de acutorum victu quem aliqui Cnidijs ſententijs adſcribunt: cum de ijs diſputat, qui ſolitum prandium dimittunt: etiam

Picrocholi

huius naturæ hominum meminit. Picrocholos eos græce quaſi amaræ bilis homines. ab redundāte ſcilicet ſucco nominans. Habent vero eius verba ſe ad hunc modum. Sed et qui bis die comedere conſueuerunt: ij ſi non prandent, ægrotant. Tum imbecilli fiunt. ac timidi ad quoduis opus. Præterea cordis dolorem ſentiunt. Siquidem ſuſpenſa illis viſcera videntur. et calidum pallidumq; mingunt. & deiectio vritur. Sunt præterea quibus os ventris amaricat. oculi cauantur. tēpora ſaliunt. & extremæ partes frigent. Hæc vbi prædixit: mox alia quædam, tum de cena, tum de nocte, ad finem ſermonis ait. Huiuſmodi notæ homines quos picrocholos vocat tum vnicum ī die victum, tum inediam, quā alios homines difficilius ferre. vnam nimirum in eo libro exponens partem, eorum quæ in ſexto epidemion monuit in

Refrigeratio interim ex cibi exhibitione.

vniuerſum. Nempe quod ad victum ſpectat. Nam refrigeratio quam calidis naturis ſuaſit: efficitur, cum ex alijs: tum non minime ex cibi exhibitione. Qui nāq; originalem temperaturam parum moderatam habent, horum inſitum calorem, ſi ſqualens acerq; eſt, cibi mitiorem minuſq; mordentem reddunt. Sane illud non latet et boni ſucci, et ex-

Qualia eē debeant pꝯpoſiti intēperamenti nutrimēta.

quiſita debere eſſe, quæ his exhibeantur nutrimenta. Non tamen ea quæ boni ſucci propterea quod exiguum huiuſmodi ſubſtantiæ in ſe habent, nominentur, ac nutrire nequeant, Imo quæ vtile plurimum in ſe contineant. Sunt nanq; et maluæ, et braſſicæ, & betæ, & lactucæ, et deniq; omnia olera & fructus, nutrimenta. Cū ſubſtantia in his habilis ad alendum contineatur. Verum ſicut in his exiguū eſt quod nutrit, non exiguum quod eſt inutile, ita in pane puro, et ouis, et carne, et alica plurimum eſt quod nutrit: minimum quod eſt inutile. Quod

Medicamētoſum nutrimētum.

ſi id quod admixtum inutile eſt præter quam quod non nutrit. etiam acrem, aut acutam, aut acerbam, aut amaram aut deniq; vitioſam quāpiam qualitatem habet: non modo non proprie nutrimenta ſunt: ſed etiam medicamentoſæ facultatis non parum in ſe habent. Expedit igī-

Picrocholos nō optime cōcoq̄re

Triplex cōcoctio.

tur tales homines illis nutrire cibis, quicūq; nec medicamentoſam vllam ſenſu perceptam vim habeant. ſed nec ipſum quod nutrit plurimū. Quando hoc quoq; ſi exuperat, vitio non caret. Principio nāq; nec quæ in ventriculo eorum agitur, concoctio eſt exacta. Nec ſi vētriculus eorū ſuperet: quæ in venis obitur, eſt abſoluta. Nec ſi iſthic

haud magnus ſit error, ſaltem tertia quæ ſingulis partiū propria eſt: facile in omnib⁹ illis ex ſententia reſpōdet. Cōueniet profecto huic, et vt frigidū, humidūq; quodāmodo ei nutrimentum exhibeas, vbi corpus tum calidius tum ſiccius ſolito eſt redditum. Quare cōmodiſſimus huic eſt ptiſſanæ cremor. ad vnguē coctus. in quo nullū ſit ſuperfluū condimentum. Vtpote qui et refrigerare, & humectare, ac ſine ſiti ſeruare hominem poteſt. Cū eo quod nec halituoſum, nec humidum, nec ſiccum detinet excrementum. Voco halituoſa, quæcunq; per cutim foris effluere ſunt apta. Humida quæ per veſicam. Sicca q̄ per aluū. Quippe a vincenti in ſingulis eorum ſubſtantia, nomina impoſui. Quod autem nullum horum retinebit ptiſſanę cremor, manifeſtum eſt. Quæ enim alui deiectiones ſunt, eas aſtringentia retinere ſolent. Quæ per vrinas et vniuerſam exeunt cutim, hæc detinēt ea quæ exiguis meatibus inherent. Emplattomena vocant. Præterea quæ valenter aſtringūt. Ea ſtryphna græci vocāt. Ptiſſana vero, nec exiguos cutis meatus obturandi, nec aſtringēdi vim habet vllam. Ac quod non aſtringat quidē, vel guſtus ipſe docet. Cui⁹ vnius eſt, quod aſtringendi vim habeat diſcernere. Quod vero nec cutis meatib⁹ lēticia craſſitudine ve ſua inhereat. Id vero ratiocinari ex reliquis eius effectibus eſt promptum. Nam ſiue ſordidū corpus extrinſecus ptiſſana defrices: vtiq; ſicut aphronitrū et mel deterget. Siue ex vētre educere mediocrem pituitā velis: nihilominus mulſa, vtilē ptiſſanæ cremorem experieris. Additum tamen in dictionem eſt (mediocrē) quoniam ſi multa, & vehementer glutinoſa, et craſſa pituita ſit: hanc radicula ex oxymelite non mulſa, aut ptiſſana detergere eſt habilis. Eſt ſane & aqua mulſa ad omnes ante dictas expulſiones idonea. Verum nec ſitim reſtinguit, vt ptiſſana, & in amara bili abundantibus naturis facile vertitur in bilem. Optimū igitur (vt prædiximus) in eiuſmodi temperamentis nutrimentū eſt ptiſſana. Proximū ab hoc, alica. Cui paululum aceti ſit adiectum. Tertiū quæ ſine aceto liquida eſt, non craſſa. Qualem nonnulli præparant adſimilem pulti. Iniecisse vero huic & cocti aliquid porri ſatius eſt. Nam quod tum anethi, tum ſalis aliquid neceſſario habebit, neminem latet. Quinetiam in furno coctus panis, vtilis eſt cibus. Sicut etiam e piſcibus, ſaxatiles omnes. Nec ipſis minus aſelli. Niſi ſi prope lacum, aut magnum flumen, quod in mare decidat, depaſti: humidam magis glutinoſamq; habeant carnem. Proxime aſellos ſunt ſolea, & torpedo. Itemq; lupus. & mullus. Poſt mugil e pelago. Omnis autē piſcis deterior eſt, qui prope lacum, qui mari coniungitur, aut magni fluminis hoſtium paſcit. Ex volatilibus autem optimi ſunt perdices. ac montani omnes

*Ptiſſāæ cremor picrocholis aptus, & cur.*

*Ptiſſāæ vires.*

*Triplex excremētū halituoſum, humidū, & ſiccū.*

*Nullum excrementū a ptiſſana remorari.*

*Quæ tria excremēta retineant.*

*Quod aſtrīgat ſolo guſtu dephendi.*

*Ptiſſanā terſoriā vi habere.*

*Cibi picrocholis idonei.*

*Piſces idonei.*

*Aues idoneæ.*

paſſeres. Ab his gallinacei. & phaſiani. & iuuenes columbæ. Sed nec hæ tamen intus claudendæ. Cum excrementoſa ſint omnia, quæ exercitatione carent. Excrementoſa vero non minus ſunt, tum lacuſtria, tum paluſtria omnia. Quo fit vt etiam ex ipſis ſuillis carnib9, optima ſit montana. Ab his deinceps hedi ſunt. In omnibus iam dictis fugienda, tum vetula, tũ recens edita ſunt. Illa nãq; duriora concoctuq; difficiliora ſunt. hæc imodice humida, & excremẽtoſa. Ac potiſſimũ quæcũq; ex animaliũ generibus ſunt, quæ naturaliter humida ſunt. vt oues ſueſq;. Verum de omni ciboꝝ facultate, alibi præcepimus. Nũc veluti alia in hoc opere: ſic iſta quoq; exempli cauſa ſint dicta. Siquidem propoſitum nobis in hoc eſt, non tanq̃ in ijs, quæ de alimentis, et medicamentis ſcripſimus, materias iueſtigare: ſed ſolas facultates generales. Nihil autẽ profecto referat generales ne facultates, an vniuerſales appelles. Reuertamur ergo rurſus ad ꝓpoſitũ. Quib9 acre aliquid quotidie trãſpirat: hi ſi cutis ipſis ſtipetur prompte febri corripiũtur. Stipant vero hanc: tum quæ aſtringũt omnia, veluti paulo ſupra memorauimus de Abulis aquis: tum quæ lẽticia craſſitudine ve ſua exiguis meatibus inherent. Aliquãdo autem ipſa cutis immoderatior ſiccitas, exiguos ipſius meatus denſat. Proinde qui oenãthe in balneo vtebatur hunc nos vidiſti quo tempore inæqualitatem ſentire ſe quereretur vetuiſſe. Simili modo et qui largo vino, cum oleo exiguo vtebatur. Item qui lentiſcino tum cũ dẽſitudinem ſentiebat: hũc quoq; de cætero (vt ſcis) vti ꝓhibuimus. Inhibuimus non minus & eum qui quotidie inſolabatur. & eũ qui puluere vtebatur. Alteri vero qui iam ad inæqualitatẽ febrilem peruenerat, vehementiam remittere frictionis iuſſimus. Iam alium (vt ſcis) curauimus. mirantẽ quo pacto vna lauatione, ac debita frictione horridam eius multoꝝ dierũ inæqualitatem diſſoluerimus. Vtebatur autem et ille aſtringẽte oleo. hoc inquam iure propter alios vſus celebri. Hiſpanum vocant. Hoc igitur mutantes ac ſabino, tum pinguiter, tum molliter vberius perfricantes, ac bis lauantes: illico ſanum reddidimus. Non ſolum igiť hæc vitanda ijs ſunt, quibus qui fumidum & fuliginoſum e corpore exhalant. Sed etiã quæ glutinoſum, & quæ craſſum gignunt ſuccum. Quando hæc paruis meatibus inherentia: tranſpirationẽ morãtur. Retinent non minus (vt dictum eſt) tranſpirationẽ & quæ cutim immodice ſiccant. Multos ſiquidem talium cũ ſole vterentur: alios vero cum vberiore nitro, alios cum ſale, aut exercitatione multa, aut frictione dura, præterea frictione ſicca (xerotribian vocant). & calidis fomentis, & puluere, cum horum occaſione quotannis ægrotarẽt: ipſe teſtis es, vt ab his prohibitos, multis iam annis integros ſeruaueri-

Excremẽtoſa eẽ q̃ exercitatiõe careant.

Lacuſtria et paluſtria excremẽtoſa eſſe.

Cur vetula & recẽs edita fugiẽda.

Quę cutim ſtipent.

Varia aſtrictæ cutis exempla.

Oleũ hiſpanum.

Exẽpla cutim ſiccãtiũ

Xerotribia

muſ.Sunt autem merito eiuſmodi præcepta tum valentiū, tum eorū qui de valitudine q̄runtur cōmunia. Non em̄ ei quæ iam facta eſt febri conſulunt. Sed ei quæ nunc in generatione eſt proſpiciunt. Tollē dis ſcilicet ijs, quæ illas excitant cauſis. Quippe quæ adhuc in generatione febris eſt, dum aufertur cauſa, ipſa vna interit. Quare quæ in libris de ſanitate tuenda de eiuſmodi temperamētis ſunt prodita: ea omnia ad eos qui febricitare incipiūt, ſiue id ſanationem appellaſſe oportet, ſiue prouidentiam, ſunt transferenda. Siquidem ſanamus id febris quod iam inuaſit, etiam ſi exiguum eſt. Proſpicim⁹ ne quid amplius proueniat. Adimentes cauſam. Veluti vero iam dictarū maxime naturarum, et cum valent, et cum de ſe q̄rūtur, illud cōmune cōſiliū eſt, vt fluxile & tranſpirabile vndiq; corpus reddatur: ita illud quoq;, vt tum vigilias, tum iram, tum triſtitiam, tum curam, tū vſtionem, tum frigus, tum laſſitudinem fugiant. Cum promptiſſime poſt hæc, eiuſmodi temperamēta febri capiantur. Sanare vero eas, quoties ex aliqua dictarum occaſionū febricitant, oportet, partim ſimiliter ijs quos ex ſtipata cute laborare diximus, partim diſſimiliter. Quippe in prima acceſſione inclinante, ducendi in balneū omnes ſunt. Tum pinguiter, ſimul ac molliter fricandi. Qui quidem ex aliquo quod cutim aſtrinxit laborant, ſicut dictum eſt. Qui vero ex ſiccitate, fricandi quidem et ipſi: ſed parcius. Lauandi autem vberius. Reſpiciendum vero ſemper ad virtutis modum eſt. in omnibus eiuſmodi auxilijs. Atq; iræ quidem, & triſtitiæ, & vigiliæ, ac curæ, nec frictione indigent: nec multa lauatione. Sed omnibus qui ex eiuſmodi occaſione febricitant, oleum infundendū tepidum large eſt. cui minime aſtringens vis inſit. tum paululum fricandi. atq; ex conſuetudine lauandi. Vſtio vero protinus ab initio refrigerationem deſyderat. tum crebriorem lauationem. Minime vero aut oleum largum, aut crebram frictionem. Sint autem quæ refrigerent, & roſaceum, & omphacinum quod arbitror omotribes .i. crudum oleum nominant. Vtiliora vero ex his ſunt, quæ nihil in ſe ſalis omnino habent. Efficies hæc magis frigida, ſi ita vas in quo continentur in puteo ſuſpendas: vt aquam tangat. Præterea ſi defluxus frigidæ aquæ, vaſi ſe illidat, magis humorem refrigerat. Quod ſi largi⁹ refrigeratam cupis: niue circūdabis. Infundere autem ſyncipiti ſublata in altum manu ꝑ mediocrem lanæ modum oportet. Hæc vſq; ad inclinationem faciēs: in balneum duces. Si vero qui memorato eſt temperamento, de quo omnis hic ſermo eſt ex frigore febricitet: etiam ducendus ad balneū in remiſſione is eſt. Si autem cum grauedine & deſtillatione febricitet: priuſq̄ hæ concoquantur, lauandus non eſt. At qui ex vſtione fe-

Proſpectricis et medicatricis mediciæ, cōia ꝑcepta.

Alia picrocholorum cōia cōſilia

Sanatio picrocholoꝶ cum febricitant.

Curatō omniū cōis.

Aſtrictā habētiū cutim ꝓpria.

Siccatoꝶ ꝓpria.

Virtutis robur ī ſtrictione lauatione et talib⁹ attēdēdū

Refrigerādi olei rō.

Ex frigore febricitātis curatō ꝓpa

Si cū grauedine & deſtillatōe febricitet.

bricitant:ij vel cum hæc adſint lauari debebunt. Veluti in libris de ſanitate tuenda oſtendimus. Poſt lauacrū vero ijſdem quibus ante madefacienda amboꝝ capita ſunt. Eorum quidem qui ex vſtione febricitarūt, refrigerantibus, qui ex frigore calfacientibus. Sunto autē & hæc poſt balneum mediocria. cuiuſmodi Irinū eſt & Nardinū vnguētum. Verum de his immorandum pluribus non eſt. Præſertim in libris de ſanitate tuenda iam proditis. Sed ſuffecerit dixiſſe reliqua ſimili modo in febricitantibus eſſe facienda: quēadmodum in vſtis & refrigeratis citra febrem, facienda p̄cepimus. Non tamē quouis tempore lauandos febricitantes eſſe. Sed in acceſſionis remiſſione. Præterea qui ex vſtione febricitant, his intendendam quæ ex refrigerantibus conſtat curationem eſſe. His vero qui ex frigore, eā quæ ex calfacientibus conſiſtit remittendam. Reliquū autem fuerit, vt communitatem ac differentiam in victu, omniū comprehenſarum conditionum in propoſito temperamentum, vbi febri diaria laborat, exponamus. Omnium igitur cōmunis victus ſpecies eſto, quæ & boni ſit ſucci, & concoctu facilis, & quæ nuſq̄ exiguis cutis meatibus inhereat. Sed ijs qui exuſti ſunt, cum eo quod refrigeret & humectet. Pari modo ijs quos ira male habuit. Iis vero qui refrigerati fuerunt, cum eo quod calfaciat modice. Iis qui peruigilio, et triſtitia, & nimia cura ſunt affecti: quod humectet ac ſomnū conciliet. Ad eūdem modū: ijs qui fatigati ſunt: magis nutriēs. Iis qui refrigerati ſunt minus nutriens. Reliquis quod medium ſit amborum. Vinū vero ipſe conſcius es, omnibus me eiuſmodi naturis concedere. Sed quod tum aſpectu, tum virib⁹ ſit aquoſum. Id enim ad omnia vtilius, quā aqua eſt. Vtpote quod et concoctionem iuuet, & vrinas ac ſudores prouocet. Conſtat autem et Hippocratem, non in diarijs modo febribus: verūetiā in acutis ex ijs quæ de acutaꝝ. victu ꝓdit vinū dare. At in ſexto epidemiωn, ſiue ipſe ſit, ſiue theſſalus eius filius: vinū calidis temperamētis prohibet. Idq; non modo cum febricitant: ſed etiam per ſanitatem. Quippe in calida natura ſuadet, tum refrigeratiōem: tum aquæ potionem. tum quietem. Niſi forte copioſius vtendum eſſe aqua quā vino eiuſmodi naturis ſuadere eum dixeris. Quēadmodum nonnullis placet. Hoc igitur ſeorſum per ſe diſquiratur. De potione vero frigidæ decidendum. Ego igitur cenſeo eius generis naturas, et dū valent, eiuſmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria febri his quibus in vſu fuit eam circūcido. Si quis vero non adſueuit: huic per febrem dare non inceperim. niſi priſtina plane ſanitate prius reddita. Quod ſi vel propter timiditatem, vel propter cōſuetudinem a pueris, vel falſam opinionem frigidam timeat: tum opere homini per-

Non quouis tp̄e lauādos febricitantes eſſe.

Victus oīm ſā cōp̄hēſorū cōis.

Exuſtoꝝ & q ex ira febricitant ꝓ prius.

Eoꝝ q ex vigilijs triſtitia & curis febricitāt, ꝓpri⁹.

quale vinū his dādū.

Hippo.

Theſſalus hippocratis filius.

Frigidę potionē picrocholis magnope conuenire.

ſuadeam, obſeruans in æſtate cum æſtuat, tum oratiōe poſt opus. Nā vbi poſt vſum eiuſmodi potionis, liberatus ſtatim ab vrendo ęſtuandoq; eſt, viſuſq; firmiorem ex eo ſtomachū, quā ante habere: tum venter illi bilioſum deiecit: et probe concoxit: ac corpus cum ea iterum iterūq; eſt vſum, reficitur: tum vero alijs quoq; indicatis, quib⁹ ſimili ratione contulit: expoſuerim primū quidē illud eſſe omniū longe veriſſimū, quod contraria contrariorꝫ ſunt medicamenta. Proditum autem mihi de hoc prius eſt. Mox illud quod temperamentum ei⁹ ſanitatis ſymmetrian egreſſum: morbo eſt propinquū. Tum quod ſanitas eiuſmodi corporum dubia eſt. ac potius in affectu quā Scheſin vocant: q̄ in habitu quam Exin. Præterea quod ſi boni temperamēti eēt: hoc illi oī ſtudio tuerer. cum vero vitioſi ſit temperamenti, et naturæ: in melius īmuto. Porro dictū et de his fuſe eſt, in libris de ſanitate tuenda. Vnde nec immorandū mihi hic multis eſt. eos imitanti ſcriptores, qui cum pauca prorſus ſciant: ipſa in omnibus libris inculcant. Id em̄ non multa eſt docere, ſed multa ſcribere. & multas chartas cōſumere. cum liceat paucas. ac multum temporis nulla neceſſitate cōterere. Itaq; nec notas diariarum febrium hoc loco deſcribo. Vtpote iam prædictas mihi in ſecundo de criſi propemodum vniuerſas. Si quæ vero reliquæ fuerunt: etiam in primo de febrium differentijs ꝓditas. Qui etiam in libris de pulſibus, quātum ex ipſis ſit vtile, expoſuimus. ſoli (vt ſcis) omniū qui ante nos fuerunt. Idq; adeo (arbitror) clare, vt nec puerum quod tradidimus lateat. Cum Archigenes (vt oſtendimus) non docuerit. Sed deblaterarit plurima. tum in opere de pulſibus: tum in eo quod de febrium ſignificatiōe inſcribit. Tāq̄ autem eum qui in aluminoſa aqua ſe lauit: medici vſq; in tertium diē cibo abſtinere iuſſerunt: ad eundem ſcis modū neminem eorꝫ qui vel exuſti fuerunt, vel alia quapiam ex iam dictis cauſis febri tentati, lauaſſe. aut nutriuiſſe, priuſq̄ diatriton tranſmiſiſſent. Neceſſe em̄ profecto eſt & me diatriton dicere. Ne in hoc quoq; nugis eorum me exponam. dicentium aliam eſſe tertij diei acceſſionem, aliam ipſam primam diatriton. Quippe hactenus eorꝫ nugas proceſſiſſe, ipſe alquādo audiſti. Sed ſiue primā diatriton, ſiue aliud quiduis appellaſſe velint, non ſemel nos biſ ve aut ter, verum ſæpius, quā vt meminiſſe poſſimus, tum in primo ſtatim die ad veſperam, eos qui diaria febri laborarunt, lauimus: tum vel magis in ſecundo. imo etiam in ipſo tertio. ceu paulo ante diximus. de eo cui ſtipata cutis fuerat. Verū hanc cauſam rarenter vidi febrem accendere. Itaq; etiam hanc maxime tractandam deſumpſi. Vſtionem vero & laſſitudinem, et cæterorum ſingula plane ſæpe. Vidiſti autem eos omnes quarto die mane, ad ſolita

Frigidā aduerſantib⁹ quomodo ſuadendū.

Cur diatriti vocabulo vtat.

redire munia.ac medicis qui ipſos tertium diem prorſus in cibi inedia exegiſſe fuerant opinati, occurrere. Itaq; etiam miranti tibi, qd demum cauſæ eſſet, cur vel nunc ſaltem ab ijs quæ perperam opinantur, non recedant: conuenienter (vt arbitror) reſpōdi. quod neq; veram ſpeculationem noſcerent, & nunc eam incipere diſcere erubeſcerēt. Aliq tamē (veluti confitentē aliquādo ex ijs quedā, idq; cū lachrymis veritatē nobis ſolis audiuiſti) nec vitæ ſibi neceſſaria aiūt ſupfutura, ſi qui eos ſcire aliquid exiſtimant diſcētes iam videant. Verū tu hoc ſemel audiſti. Deos autem teſtor, multos id mihi ſæpe ſoli confeſſos. idq; lachrymantes, ac infœlicitatem ſuam deplorantes, quod ſub malis p̄ceptorib⁹ tempus perdidiſſent. Iuroq; tibi rurſus deos, illud quoq; mihi perſæpe a cōdiſcipulis dictū eſſe, cum eſſem adhuc adoleſcēs. Nam cum mihi mos fuerat, vbi aliquis me de ſecta aliqua, num ſana eſſet percontaretur, dicere me reſpondere non poſſe, niſi reliquorum dogmata didiciſſem, ac methodum quāpiam mihi comparaſſem, qua quod potius eſſet diſcernerem: non pauci ex condiſcipulis qui hæc audierant, reſponderunt. Me & excellēti natura & ſingulari propter patris mei liberalitatem eſſe eruditione. tum & ætatem ad diſcēdum idoneam, & impenſas vnde ſtudijs vacem, ſuppeditatas, habere. ſecum non ita agi. qui & rudes in primis diſciplinis eſſent, nec acuto vt ego, ingenio. nec quod impenderent habere. Itaq; contētos eſſe oportere ijs quæ noſſent. qualiacūq; ea forent. Mimime igit̄ mireris, cur pleroſq; medicorum non pudeat diatriton in ore habere. etiam ſi ſexcenties nos p̄ſagire in ægris viderunt, diaria ne febri laborarent: an ea quæ tertio quartove die affligeret. Illud potius æſtima, quod Hippocrates monuit, homo alias ingenio maxime philo

Hippo. ſophico. Cum in acumine morbus eſt: ſtatim tum vltimos labores infert, tum tenui ad vltimū victu neceſſe eſt vti. Vbi vero non, ſed licet liberalius cibare: tantum eſt de vltimo remittendum, quantum morbus, vltimis eſt mitior. Labores nāq; dicit, omnia quæ hominem offendunt. vltimos vero, maximos. quales vtiq; in ſummo vigore fiūt.

Sententiæ hippocratis interp̄tatio. Iubet autem reſeruari in id temporis ſummā victus tenuitatem. nihil profecto docēs diuerſum, ab eo quod alibi dixit.

Hippp. Cum in ſummo vigore morbus eſt: tum victu vti tenuiſſimo eſt neceſſe. Atqui fieri nō poteſt, vt ſummā victus tenuitatem, ad ſūmi vigoris tēpus differas, niſi inter initia conieceris, circiter quotum diem in vigore morbus ſit futurus. Sed & inſanire Hippocratem dicunt, cum hæc ſcripſit. & tametſi nos opere ea oſtēdimus: omnia potius putant q̄ poſſe quēpiā in prima aliquando acceſſione, certam noticiam affect⁹ habere. Ego vero nec in omnibus ægrotantibus, fateor exacte me ſcire in primo

die affectum, nec vllam diariam me febrem poſſe fugere. At vero vt nihil in victus ratione primis ſaltem diebus pecces, hoc ſatis eſt. Si diſcernere diariam a reliquis queas. Ac propterea quarto die, in quo illi hominem, quem iam ſiccarunt, primū nutrire incipiūt: nos ad cōſueta dimittimus. Ac a diarijs in acutas febres tranſitum fieri, hac victus ratione prohibemus. Cum ſi quis aliter cibet: excipient neceſſario iam dictas naturas ardentiſſime febres. Sunt em̄ aliæ naturæ quibus aut nihil, aut non magnopere incōmodet tot dierum inedia. Sicut e diuerſo aliæ, quibus non modo non innoxia: ſed etiam vtilis eſt trium dierū inedia. Verum de cæteris naturis poſt decernam. Propoſitam vero nunc nobis ab initio naturam, inediæ in ſummū ducūt diſcrimen. in quacūq; iniungantur febri. non ſolum ijs quas modo commemoraui diarijs. Etenim ſi propter obſtructionem aliquando, vt dictum eſt, morata trāſpiratio eſt: ſi parua ea ſit: qui recte deterſerit, ſecundam fore acceſſionem vetabit. Sin momentanea: non poſſis ita ꝑmittere. Quod ſi & multi & craſſi et glutinoſi impacti ſucci ſunt: quæ hos excipit febris, fieri non poteſt, vt intra fines diariarum cōſiſtat.

Quibuſdā naturis vtilē eē tridui inediam.

Quādo ex neceſſitate huic, in mali ſucci naturis, ea quæ ex putredine humorum accenditur ſuccedet. Nam in alijs ſaltem temperamentis, quæ in ſequentibus exponam: excitari ex tali cauſa poteſt, citra humorum putredinem aliqua continentis febris ſpecies. Porro capere eiuſmodi ſermones omnino non poteſt, qui prius in memoratis operibus nō ſit exercitatus. ac potiſſimū in eo quod de febrium differētia inſcribitur. Nā vbi obſtructio quæpiam mediocris eſt, ob quā febricitāt qbus vitioſus eſt ſuccus, in primo die atq; etiam ſecūdi aliqua parte, nullum eſt in pulſu putredinis ſignum, æque vt nec cruditatis in vrinis. Protracta tamen remiſſione, nec amplius pro ratione, ſicut poſt ſummū vigorem incœperat cedente: ſuſpectus affectus eſt. Veluti e diuerſo in quibus ad diſſolutionem feſtinat, vel halitus aliqui, vel ſudores exierunt, vel multa bona vrina, cum ſignis in pulſu bonis: in ijs proculdubio diaria febris eſt. Sed quæ ex parua oritur obſtructione, ea vt dictum eſt, ſaltem inter initia ſimilis diarijs eſt. Protracta tamen inclinatione: ſuſpecta redditur. quāuis putredinis indicia in pulſu adhuc non appareant. Quippe niſi vitioſus ſuccus penit⁹ trāſpiret: neceſſe eſt putrefiat. Ergo vt trāſpiret maiore iā auxilio eſt opus. Ac ſi quidem vel puer vel ſenex ſit: ſanguinem detrahere non licet. inter has ætates, vbi robur ægro non deeſt: ſecanda vena eſt. etiam ſi plenitudinis ſigna non adſunt. Præſtat em̄ vitioſi ſucci maiore parte emiſſa: ad detergendas obſtructiones accedere. Cū alioqui metus ſit, ſi obſtructionibus liberandis priuſq̄ vacua-

Duplicē ex magna obſtructiōe oriri febrē poſſe.

Putredīs ſignū ī pulſu

Cruditatis ſignū ī vrinis.

Putredinis ſuſpectæ nota.

Diariarum notæ.

Curatio trāſpirationis īpeditæ

ueris, ſtudeas, ne ipſas magis impingas. At ſoluũt quidẽ obſtructiones quæ deterſoriam facultatem obtinent. Seu foris cuti ſint admota, ſeu intro in corpus accepta. Periculum vero eſt etiam ne quæ foras trahunt, vna cum ijs quæ obſtruũt, etiam aliud quippiam attrahant. et quæ ab interno ſurſum feruntur, aliquid ſecum ex ijs quæ in vaſis continentur rapiant. Quod ip̃m ſi tenax ſit, & craſſum, obſtructionẽ plane geminabit, ſin aliter: multitudine certe ſua non parum omnino nocebit. Cernimus eñ aliquando etiam quod multum eſt, cum ſimul totum confluit, obſtruendo herere. infigiq;. nõ minus quã ea quæ glutinoſa ſunt. et craſſa. Quod ſi per meatus anguſtos eſt tranſitus: multo profecto magis retineri. Quo igitur & his iter liberum, et quæ foris admouẽtur attractio tuta ſit: vtiliſſimũ eſt corpus inaniſſe. Quin etiam fumoſa fuliginoſaq; ſuccorum excrementa quæ tranſpirant ſuccis, ipſis imminutis pauciora reſtabunt. Quare inde quoq; minor reddetur febrilis calor. Sic vt foras trãſpirare, ſi exiguę obſtructiões ſint, queat. Ergo cum ſuſpicio erit cutim eſſe ex obſtructione occluſã, Id quod tum ex eo conijcies quod non fuerit in primæ acceſſionis remiſſiõe, vacuatio ſatis magna, tum quod ſimilis ſibi perdurauerit remiſſio: ſi homo ex nulla manifeſta febricitauit cauſa, etiam certius argumentum obſtructionis habes. Sin ex euidenti aliqua cauſa: fieri poteſt vt duæ ſimul coierint cauſæ. Nã ſi altera tãtum cauſarum, Nempe quam externa impreſſit, ſubeſſet: iminuta remiſſio fuiſſet. cum ſenſibili alicuius expulſione. Haud quaq̃ igitur differendum eſt ſanguinis aliquid ita laborantium mittere. Scilicet tum ad virtutis, tum ad obſtructionis modi portionem.

Magnitudo obſtructiõis vñ diſcernat.

Diſcernetur autem obſtructiõis magnitudo, ex ip̃a magnitudine febris. vt quæ ex maiore obſtructione maior, ex miore minor iciderit.

Poſt vacuationẽ detergẽdũ vł nutrimẽto vel medicamẽto eẽ.

Vbi vero modice vacuaueris: haud multo poſt, aut nutrimentum aliquod, aut pharmacum, ex ijs quæ detergeant exhibebis.

Detergẽtiũ materia.

Sunt porro non multa quæ in febribus id præſtent. Sed ſicut dictum prius eſt, in alimentorum ratione, ſunt

Ptiſſana

ptiſſana, & mulſa. In pharmacoꝝ, oxymeli, & quæcũq; incoquere in mulſa licet, ceu calaminthã, & hiſſopum, & origanum, et ſerpillum, et irim, et apium. Verum hæc omnia iuſto ſunt calidiora. Ideoq; febres accendunt. Ita vtiq; vt vinum.

Oxymedi.

Oxymeli vero ſolum, nec febres accẽdit: et ſtrenue deterget, ſic vt ea quæ glutinoſa craſſaq; ſunt, diſſoluat. & meatus obſtructos liberet.

Apomeli.

Porro inter mulſam & oxymeli mediũ locum habet, quod apomeli græce dicitur. Cuius plurimus circa peloponeſum eſt vſus.

Saccharũ.

Nõ immerito arbitror & Saccharum inter hæc numerãdum. Ex hoc victu ſeruabis quantum de febrili calore minuitur.

Quõ lauandũ.

Etẽm ſi tertio die mane videris minimũ eſſe, quod de febri relin-

quitur, ac neq; putredinis humoꝝ in pulſu nota ſubſit, neq; in vrina cruditatis, ſuſpecta vero hora qua primo die febris occupauit extra meridiem ſit: audacter hominẽ q̃ ocyſſime lauabis, longe ante ſextam horam. Abunde tamen ſit, ſi intra tertiam horam lauationem compleueris. Ad eundem modum & ſi decimam horam ſuſpectam habueris, vſq; ad ſeptimã laues licet. Cũ tris æquinoctiales horas, quatuor ve, inter balneũ acceſſiõiſq; tempus interponi, abunde ſit ſatis. Debet autem in balneo corpus prius vnctum, ac moderatiſſime frictũ, mox detergeri extrinſecus abluiq;. ſane detergẽtium materiam expoſitam habes in commentarijs ijs, qui de medicamentis ſunt conſcripti. Deligẽda vero ſemper ſunt, quæ ad rem propoſitam ſint accõmoda.

Quõ ꝓpoſitus in balneo tractãdus.

Quippe diſtincta in his ſunt, tum quæ magis, tum quæ minus detergent. Sed et nunc exempli cauſa pauca dicemus. Moderatiſſime detergent, tum erui farina, tum ordei. tum fabarum. Præterea mulſa, quæ ſit aquoſa. Magis vero q̃ hæc iris et panacis radix, & auſtolochia, et mulſa quæ mediocri eſt mixtura. Veluti etiam hac magis quæ meraciſſima eſt. Fit hæc vbi mixta melli exigua eſt aqua. Sic vt liquatum mel, exiguos cutis meatus facile ingredi poſſit. Poſſunt autem vel hac magis detergere, tum ſpuma nitri. tum nitrum ĩpm. tum aphronitrũ. Sit autem nitrum oportet, quod ex tenuibus partibus conſtet. cuiuſmodi Berenicium eſt. Si vero lapidoſum ſit: vri id leuigariq; diligenter debebit. Mel autem puriſſimum. acerrimumq;. cuiuſmodi eſt hymettium. Eſt autem et ſapo, ex his quæ maxime detergere valeant. Atq; hæc ſatis multa detergentium materiæ exempla ſunt. Tempeſtiuum enim eſt iam ad ea quæ poſt balneum adhibentur, accedamus. Sunt autem ea minime multa. Nam præter aquam quæ parum apij incoctum in ſe habuerit: nihil his eſt offerendum. Licet quod inter balneũ et ſuſpectas horas ſpatium erit trium fore horarum conijciamus.

Quæ extriſecus detergeãt.

Quæ moderatiſſime detergeãt.

Quæ magis.

Nitrũ berenicium.

Mel hymettiũ.

Sapo.

Quæ poſt balneũ exhibenda.

Si vero circa veſperam, aut duabus horis citius, acceſſio inuadet: tũ lauiſſe mane liceat: tum cibaſſe. ſed tantum ptiſſanæ cremore. Deinde ſi ſuſpectæ horæ nihil afferant: & lauare rurſus ſi velit, licet: & cibare. ad eas quas diximus conſyderatiões intento. Sin aliquid eueniat: & conferendũ id eſt cum acceſſione, quæ primo die inciderat, & tum vrinæ conſyderandæ, tum pulſus ſunt. Quæ omnia profecto mediocria apparebunt, vbi exigua relinquit obſtructio. Quare ĩpm & lauabis q̃rto die: & cibabis. ad iã dictas cõſyderatões ſpectãs. ſperabiſq; nihil quinto die ſupuẽturũ. At ſi magna obſtructio facta ſit: ea febris ex diariaꝝ gñe non erit. Quare in ꝓximũ differatur librũ. Cũ in hoc de diarijs tãtũ agere ſtatuerimꝰ. Q m̃ igitur diariæ febres, in ꝑpoſitis corpoꝝ tẽpamẽtis, ſæpenũero etiã cruditatibꝰ ſuccedũt: ꝓxi-

De diarijs a cruditate.

mum fuerit de ipſis diſſerere. Ergo peſſima quidem in eiuſmodi tem

*Peſſima cruditas.*

peramentis cruditas eſt, citiſſimeq́ febrem accendit, in qua cibi in nidorulentam, et fumoſam qualitatem corrumpunt. Quādo ea quæ in acidam vertit, vt raro talibus naturis contingit: ita minus nocet. Dicemus autem de vtraq́ ſeorſum. incipiētes ab ea, quæ ſæpius his incidit. & magis lædit. Ea eſt (vt diximus) nidoroſa quædā ac fumo-

*De nidoroſa fumoſaq́ cruditate*

ſa. Quæ vtiq́ ſi aluus lubrica eſt: minus eſt noxia. Sin aſtringit: grauis eſt. Siquidem ex aſtrictione eius vitioſæ naturæ in febres prompte incidunt ac potiſſimum cū neglecto conſilio in lectulo domi manē di ad ſolita conuertunt opa. Febricitāt aūt nōnulli, & ex ijs quos diarroea poſt cruditates male habet. Quibus vtiq́ non minime prorritatur febris ex deſurgendi frequentia. Quod ſi etiā roſio, aut dolor, aut calor imodicus in ventre & inteſtinis ſit, hinc vtiq́ vel lōge magis affectio febrilis increſcit. Eſt aūt eoꝝ quib⁹ clauſa aluus eſt, & quibus fluens, nō eadē ſanatio. Itaq́ etiam ſeorſum de vtriſq́ aget. Ap-

*Si alu⁹ his ꝓfluit curatio.*

parebit em̄ ſic tractantibus non ſolum quaten⁹ differūt: ſed etiā quātū ambob⁹ ſit cōmune. Si igitur ea tantū q̄ corrupta fuere, vacuata eē videntur: tum lauandū, tum nutriendum in remiſſiōe febris eſt. Sed ijs

*Prouidētia eoꝝ q̄ circa vētriculum.*

q̄ circa vētriculū ſunt, prius cōſulto. Sin ita multa inanitio, aut prius facta ſit, aut nūc etiā in homine duret, vt virtus iam defeſſa ſit: ſatius eſt omiſſa lauatiōe cibare. Sed cōſulto prius ijs quæ circa ventrem ſunt. Conſulet ita laborantib⁹, ſi modo vacuatio amplius non duret fomēto ex oleo & apſinthio. Expedit aūt tingi apſinthiū, quo min⁹ ni-

*Purpura tyria cur ꝓſtet.*

dore offendat, feruenti aqua. Quod ſi qs roſionis aut doloris ſenſus in vētre adhuc ſupſit: incingi illi peniculus poſt fomētū debebit, qui vel calidus ſit, et ſiccus: vel ex oleo in quo apſinthiū incoctū fuit, ma-

*Os vētris, ſtomachū abuſiue vocari.*

dens. ac plurimū expreſſus. Satius autem fuerit, ſi nardini vnguenti quod curioſe ſit factū, facultas ſit ex eo peniculū eodē modo imbutū ventri incingere. Iam multo etiā ſatius ſit, ſi purpura marina is ſit, atq́ etiam longe optimū, ſi optima ſit tyria. Quippe tenuiorē aſtrin-

*Si os vētriſ ĩbecillū ſit.*

gendi vim habet, tum ea purpura, tum optima nardus. Ita vt earum vis ſiccando, calfaciendo, ac robur inſerendo, corpora quæ circa vē-

*Bn̄ calida eſto q̄ ſtomacho applicent.*

trem habentur, alte penetrare poſſit. Quod ſi os ventris, quod ſtomachum appellare ſolemus, abutentes nimirū appellatiōe, imbecillius ſit: etiam tanta portiōe chiæ Maſtiches in nardino tunſa, vnde ſordiū craſſitudo exiſtat, madefactā ex eo purpurā imponemus. Eſto autem

*Vnguēta in duplici vaſe calefaciēda.*

abunde calēs talium quodq́ cum primum imponitur. Quippe quæ tepida ſunt, omnia ventriculi firmitudinē diſſoluunt. Non autem te fugit, ſolere me vnguenta calefacere in vaſe duplici. Vtiq́ coniecta prius in vas maius, aqua feruēte. Qn̄ aliter calefactis, viciat eoꝝ fa-

cultas. Cæterum fluente adhuc aluo: vtilius eſt optimo recenteq; melino ſimili modo quo Nardino vti. Vtile autem ad omnia talia eſt, & maſtichinum. Non in poſtremis accõmodata ſunt eiuſmodi ventriculi affectibus, & vnguẽta ea, quæ ad gratiã delicatarũ mulierũ fiunt. Hæc inquam præcioſa quæ Romanoꝝ luxus videtur inueniſſe appellationeſq; dediſſe. Nominant̃ eñ tum ſpicata, tum foliata. Si vero qui affligitur, cinctum non patitur: ſiue ob conſuetudinem, ſiue delicias cingi recuſet: licet cerato idem efficias. Eſt aũt in eiuſmodi vſũ optimũ, quod ex cera fit Tyrrhenica in vnguento nardino liquata. Cui poſtq̃ refrigeratum eſt: aloes ac maſtiches molliſſim⁹ puluis eſt admixtus. Debet autẽ ſingulorum hic eſſe modus. Ceræ ac nardi partes pares. Aloes pars octaua. Sic etiam & maſtiches. Vel (ſi placet) huius paulo aliquid plus. Quod ſi cerato aliquid e ſumptuoſis his vnguentis admiſceas: præſtantius medicamẽtum habebis. Si autem ventriculus intus vritur, ita vt affect⁹ quidam phlegmone ſimilis in eo conſiſtere videatur: vtilius eſt ceratum quod ex melino cõficitur. Sunt porro et alia medicamenta non pauca. Alia quidem ex oenãthe. Alia ex hipocyſcide, & balauſtijs, & palumlarũ carne cõfecta. quæ ventriculo tum refrigerando, tum vero firmãdo ſint idonea. Horum ergo quod ad rem præſentẽ ſit cõmodiſſimũ, id deliges. ijs quas memorauim⁹ cõſyderationibus intentus. Cibãdi vero his ſunt. Fluente quidẽ etiãnum ventre: polenta, & pane, quem græce oxylipe vocãt. qui vtiq; minimũ aceti habeat. non ſicuti in dyſenteria, & diutina diarrhoea ꝑparare ſolemus. Inſpergere autem polenta debebis, alias aquæ calidæ vbertim, alias, vbi ſcilicet venter adhuc plus iuſto excernit, vel mali punici, vel pirorum, vel maloꝝ ſucco. potiſſimũ cotoneorum. Quod ſi iucũdius laborãti erit: etiã decocto ex piris, aut malis, aut myrtis, præparato, polenta inſperges. Sin venter non amplius excernit: ſuffecerit tum alica ſimiliter ptiſſanæ præparata, hoc eſt aceti habens pauxillum, tum ex ea ſine aceto ſorbitio. tum gallinaceorum teſticuli. & ſaxatiles ex albo iure piſces. Præterea fructuum aliquis, ex his qui aſtringant. vel ſolus: vel cum pane. Hos vero vel magis, etiam ventre adhuc fluẽte, dabis. Quod ſi appetentia careant, ſic vt cibos auerſentur. (Incidit nãq; id non paucis eorum quos diarroea ex cruditate male habet) etiam de medicamento quod ex ſucco fit cotoneorum, vnum aut duo coclearia danda his ſunt. Aut ſi huius copia non eſt: eius quod ex carne eorum componitur. Tradita vero eius generis medicamentorum compoſitio eſt, in libris de tuenda ſanitate. Atq; ita quidem in prima remiſſione, his qui ex cruditate febricitant, mederi conuenit.

Spicata. Foliata. Ceratũ pro poſitis accõmodum. Si vẽtricu l⁹ int⁹ vrit̃. Cibatio ꝓpoſitoꝝ ſi aluus fluit. Oxylipe. Polẽtæ vſ⁹ Si fluxus ſiſtitur. Si appetentia ſit deiecta.

Si vẽter omnino aſtringitur, quid agendum.

Si vero omnino vẽter aſtringitur: ptractatis prius præcordijs, mox toto ventre, conſyderabis num cibus in gracile inteſtinũ, aut in colon deſcenderit. Deinde ægrum interrogabis, qua maxime in parte, vel roſionem, vel grauitatem ſentiat. qualeſq; habeat ructus. Vbi ex his compertum habueris, in quanã totius ventris parte nutrimentũ conſiſtat: ſi in ſuperioribus partibus pendet: aliquid diatriton pipereon dabis, non medicamẽtoſi illius, ſed eius quod in opere de ſanitate tuẽda, ceu & ſimpliciſſimũ, et ijs qui cruditate laborarẽt aptiſſimũ, laudauimus. Poſt deinde præcordia, omnemq; ventrem perfundes. Hoc vero etiam ſi inferius deſcenderint quæ vitioſa ſunt, facies. pluris minoriſq; ratione id varians. Siquidem plus et temporis et perfuſionis exigunt, ad præparationẽ eorũ quæ deinceps ſunt agenda, quibus in ſuperioribus ventris corruptum nutrimẽtũ adhuc manet. Sin motũ id notabiliter ad inferiora ſit: adiuuãdũ aut glande ſubdita, aut leui per inferius infuſione eſt. Vtiq; ſi roſio ſimul adſit: hanc mitigantibus. ſi flatus: hunc cõprimẽtibus. Sin neutrum fuerit: ex melle aqua et paululo olei, id quod ſubter infundetur faciẽtibus. Vbi vero vehementior roſio vrget: ſabinũ oleum, in quo aliquid ſeui anſerini ſit liquatum, eſt vtilius. Si vero eius copia nõ eſt: gallinacei ſeui. Sin nec huius facultas eſt: caprini. Quod ſi huius quoq; penuria eſt: inijciẽdum oleo parum ceræ eſt. potiſſimũ elotæ. Flatus vero ſanandi ſũt, oleo in qua ruta, & ſemina quæ flatus diſcutiunt, fuere incocta. Cuiuſmodi ſunt apij, & cũmini, et maratri, et ſinonis, aliaq; id genus. Vacuata vero aluo, nutriẽdum protinus, in cæteris quidem, ijs quos memorauimus ſimiliter eſt. amotis tamen ijs quæ aſtringãt. Ac ſi quidem primo die ad veſperã hæc egeris, aut etiam noctis qualibet hora: etiã ſecũdo die ſimilem adhibebis prouidentiã. In quo etiã ſi plane deſijt febris: lauari hominẽ ſines. Ac vbi in ſequenti nocte quietus citra offenſam dormierit: ſanum iam hominem prorſus exiſtimabis. Si vero qui cruditati ſucceſſit dies, cum ſequenti nocte febrem attulerit: veluti in ſecundo die: ita tunc & accurandus: & nutriendus homo eſt. Si vero & nox tertiæ diei febrile quiddam paululum afferat: ne id quidem formidãdũ. Sed hos quoq; poſtridie lauabis. nutrieſq;. Ac reliqua omnia in illis, vt ante definitum eſt, exequeris. Sane mutationes crudi alimenti in acidam qualitatem, nec incidere in eiuſmodi naturis cernuntur, niſi admodum raro, idq; ex cibis quæ prompte aceſcunt: nec febrem accendere diariam. Aeque vt nec tarditas concoctionis. Quando ſicubi propter talẽ cruditatem febricitant, quibus amara bilis in temperamento abundat: obſtructionis & humorum putredinis ſuſpitio eſt. De qua poſtea dili-

Roſionis curatio.

Flatus curatio.

Semina q̃ flatũ diſcutiant.

Cibatio.

Crudi ĩ acidũ mutatione raro ĩ picrocholis ĩcidere.

gentius definiam, cum de putredine agã. Nunc huic de diarijs febribus diſputationi, hoc adiecto, ad alia trãſibo. Fumidus vapor ex tarditate cõcoctionis, aut cruditate, in qua ructus ſentiuntur acidi nunq̃ excitatur. Quippe frigidi halitus abs talibus ſuccis aſcendunt. Hiq; omnino pauciſſimi. Minime aũt vapores multi, fumidiq;, ac fuliginoſi. Cum nec in ijs quæ extra ſunt, aliter aut fumũ edi aut fuliginem videas: q̃ fumũ ex materijs (vt ita dicam) ſemiuſtis. Fuliginẽ ex immodice aſſis vſtiſq;. Eſt nãq; fuligo vapor terreſtris, fumus mixtio q̃dam ex terreſtri aqueaq; ſubſtãtia. Verũ non eſt quod hoc loco audire expectes, aut queãdmodũ ijs q tarde cõcoquũt, aut ijs q acidũ ructant, ſit pſpiciẽdũ. Eſt ẽm de his tractatio ad opus de tuẽda ſanitate ptinẽs. hic tantũ eaꝝ cruditatum mentionẽ faciemus, quas febris ſubſequit̃. Quoniã igit̃ diaria febris cruditates quæ cũ acido ructu ſunt, nõ cõſequitur. Quæ vero ex putredine humoꝝ orit̃, ea qnq; ſequit̃: nõ ſine ratione in eam tractationẽ, quæ de illis inſtituitur, diſtuli de his cruditatibus præcipere. Sed ne tũc quidem eo modo quo in ſanitatis tuendæ libris. In illis ẽm diximus quænam per ſanitatem agenda ſint illi qui cruditate laborat. Hic vero quænã in ijs febribus, quæ cruditati ſupueniunt. Dicta mihi ferme ſunt de diarijs febribus vniuerſa. Quãdo qui ex bubone febricitant, medicos quid ſibi ſit agendũ, ne conſulunt quidẽ. Sed vbi tum vlceri quod bubonis occaſio fuit, tum poſtea buboni ĩpi pſpexerint, in remiſſione eius quæ inciderit acceſſionis, lauantur. Ac ſi quis tum diatriton vel nominet: oẽs irrident. Scholaſticũq; appellãt. Natura (puto) ĩpa intelligentes, id tranſmittendũ non eſſe, quod omnino non erit. Cenſentq; etiã in omnibus ijs quæ ſenſum fugiũt, tales debere eſſe medicos: quales ipſi ſunt, in ijs quæ ſenſui apparẽt. Porro in omnib⁹ tales eſſe, nihil eſt aliud q̃ intelligere, qñ ſit in tertio acceſſio futura & quando futura nõ ſit. Quin etiam qui refrixerunt, aut vſti ſunt, aut fatigati, aut tale quippiam paſſi, poſtea vero febricitarunt: hi vbi in remiſſione talem ſtatus quietem qualis erat per ſanitatem ſentiunt, ne tunc quidem eos qui diatriton nominent, ferre poſſunt. Quod enim vſurpare ſæpe ſoleo, quemlibet primatum qui ſecundum naturam ſe habeat, quouis ſophiſta veriores opiniones habere: hoc etiam in diuina iſtorum diatrito videre licet. Vt quæ ab omnibus qui naturaliter ſe habent ſit irriſa. Nuper enim e plebe quidã qui in ſplendida cena prolixius ſibi epulis potuq; indulſiſſet, venit domũ errabundus ac manu deductus. Cum autem quibus grauabatur, in ventriculo eius fluitarent: omnia ea euomuit. et per noctem quidem febricitauit. Dormiuit autem in magnã partem ſequentis diei. Poſtea ſurgẽs ac paululũ

Fumidũ vapore ex tarda cõcoct. aut acida crudita. nõ puenire.
Halitus.
Vapor.
Fuligo.
Fumus.

Veriſſima ſnia de ijs q in ſophiſmatis cõſeneſcunt.

inambulans, lauit. riſitq́ eum qui ſibi diatriton manendã ſuaſerat. Il-lo nãq́ authore etiã poſtero die inediam tolerare debuiſſet. Vt autem res ipſa monebat, & ipe ſua ſponte faciebat, lotus et modice cibatus, poſt ſomno deditus, eoq́ inoffenſe fruens, mane ſurrexiſſet. ad cõſuetaq́ rediſſet. etiam in ipſa diatrito. in qua eũ tolerare inediam oportuiſſet, ſi diatritarijs paruiſſet. Ita enim eos per iocum eleganter nominauit quidam. Sed et cũ cenatus iam ex conſuetudine homo eſſet, accedens facetus ille, riſum excitauit. cõmemorans queadmodũ eum qui tertio ante veſperi vomuiſſet, oportuiſſet etiam biduo inediã ſiccum ac ſordium plenum tolerare. ad horaſq́ ſpectantem pro diatritariorum iuſſu decũbere. Sũt em̃ arbitror plebiq́ nõ obſcura, q̃ pter rerũ euidẽtiã temere audent. Atq́ inde merito alios medicos, alios græce logiatros. i. verbis tenus medicos eſſe dicũt. Quomodo em̃ nõ iure hac appellatiõe cenſeantur, qui ea neſciãt, quæ nemo e vulgo ignorat? Quomodo non meritiſſime irridendi carpendiq́, qui etiã cũ talia ignorẽt, Hippocrati ſe pponũt. Verum illorum ſtupiditatẽ ne Mercuri⁹ quidẽ ipe cũ muſis ſanauerit. Abſoluta vero in ijs naturis quibus amara bilis redundat, in quibus ſcilicet elementum frigidũ vincitur a calido, & elementum humidum a ſicco, de diarijs febribus diſputatione: ad aliud corporum temperamẽtũ trãſeam⁹. quod nihil minus q̃ ſupra dictũ vitioſo eſt ſucco. in quo ſcilicet calidum pualet frigido, & humido ſiccũ. Maxime em̃ oĩm putredinis morbis hæc intẽperies expoſita eſt. Propterea quod p ipam ſanitatem pxime putredinẽ accedit. Veluti tum ex ſudorib⁹ conijcere eſt, qui grauiter his olẽt: tum vero ex vrinis, deiectiõe, atq́ etiã ipſa reſpiratiõe. Etem̃ qualis eſt hircorum: talis eſt et taliũ naturarum tẽperies. Ideoq́ prõpta eſt ex q̃libet occaſiõe, tum alijs morbis, tũ vero febrib⁹ corripi. Nã q hac intẽperie ſunt, cũ ſtipata cutis eorum eſt, effugere febrem nõ poſſunt. Sed nec cũ valentẽ cruditatem cõtraxerũt, aut puſti in ſole fuerũt. aut tale quippiam aliud paſſi. Ac vitioſis quidẽ habitib⁹, ſtipatio cutis plurimũ eſſe incõmoda ſolet. Ideoq́ quibus amara redũdat bilis, nõ min⁹ q̃ qui ad putredinem ſunt proni, σηπεδονώδεισ. i. putredinoſos greci vocãt, febribus ijs quæ ex ſtipata oriunt cute, patent. At ab nidoroſis cruditatibus, q̃ humidæ & calidæ naturæ ſunt, quas modo putredinoſas pptereа vocaui quod ſucci facillime in ijs putreſcãt, prõpti⁹ lædent. Nã de obſtructiõe quid attinet dicere? Quã idcirco maxĩe febres accẽdere dixim⁹, quod putredinẽ in ijs q̃ nõ trãſpirãt corporibus creet. Verũ de eiuſmodi febribus poſt agemus. Sane diariæ oẽs prõptiſſime in iã dictis tẽperamẽtis accẽdũtur. Idq́ ex q̃libet earum cãrum, q̃s mõ in amara bili vitiatis naturis retuli, curationẽq́ pſimilẽ

Diatritarij quõdã p iocũ dicti.

Logiatri, qui.

De calido et humido tẽperamẽto.

Putredinoſi habitus.

illis habent.ac in paucis omnino diſſidētem.Nam cum hæ humidiores naturæ ſint.magis ferunt q̄ illæ famem ſitimq;.Itaq; minus lædent hæ,ſi quando fame per diatritarios crucient.ſi modo libera ipis trāſpiratio non deſit.Atq; idcirco balneū hi, ceu quod cutim eorum laxet, vel magis vel certe non minus, q̄ qui amara bili abūdant, requirunt. ceu quod humectet,non requirunt.Quæcūq; vero de eiuſmodi natura ſunt dicta,eadē de acquiſito habitu dicta eſſe cēſendum. Aliqui em̄ quibus boni ſunt natura ſucci,coeuntibus aliquando eodem tempore pluribus ſiccantibus calfacientibuſq; cauſis, in amaræ bilis vitioſum habitum mutant.Da em̄ veniſſe hominē æſtatis tpe in regionem calidā & ſiccā. eſſe præterea eodem tpe ſtatum cœli calidū ac ſiccū.tū veſci eum cibis calidis ſicciſq;.cogitare quoq; ac triſtari.& vigilare. & iraſci.& q̄plurimū laborare.fieri autem poteſt vt idem homo p id tempus venere ſit vſus frequēti, et in ſole maiore ex parte verſatus. et medicamenta quæ ſiccent calfaciantq; biberit.veluti aliqui Theriacen.nōnulli Ambroſiam. alij Athanaſiam.(Scimus em̄ profecto medicamēta a iunioribus medicis eiuſmodi nominibus vocari) Cui ergo oīa iam dicta.per æſtatem contigerunt:hunc neceſſe eſt calidū & ſiccum reddiderint. ac propterea eo habitu, qui amara bili abundet.quāuis antea optimi ſucci fuerit.Itaq; etiam ex omnibus iiſdem cauſis facile febricitabit.Ad eundē modū & ſi qs naturaliter boni ſit ſucci, ac locū tēperatū incolat, ſi illinc ſe in alterū locū q calidus ſit, et humidus transferat, idq; ſtatu cœli calido humidoq; tum omni victus ratione calida humidaq; vtat:is quoq; ſimiliter illis qui natura ſunt putredinoſa, tum cæteris tentabitur morbis, queadmodū illi, tū febricitabit.nō ſolū alijs ſicuti illi, ex iiſdem cauſis febrib⁹: ſed etiā nō minime diarijs.de quibus nūc inſtituimus.Cum vero octo intemperies in vniuerſum ſint, vt oſtendimus:oportuniſſima ad febres eſt calida & ſicca.Ac niſi qs hāc vt dictū eſt cibet, ocyſſime in ea mutat diaria febris in acutā.Propinqua huic eſt p̄ſertim quod ad febrē attinet, q̄uis ad alia ſit deterior, calida intēpies & humida.Tertia ab his intēpies eſt ſimplex illa, in qua oppoſitio altera recte ſe habet, vtiq; q̄ ex humido et ſicco cōſtat, in altera calidū exuperat.Quippe oportunior ē hæc q̄ cæteræ q̄ ſequūt, tū vt oīb⁹ ſupradictis occaſioīb⁹ lædat: tū ex diarijs in pluriū dierum febres tranſeat.Huic p xia eſt q̄ in calido et frigido debitū modū ſeruat.Cæterū ſiccū elemētum habet humido præualens.Ab hac deinceps inedia oīm eſt, ſcilicet q̄ mediocritatē in vtraq; oppoſitiōe ſeruat.Quatuor q̄ reliquæ ſunt intemperies, neq; facile febribus, occaſione iam dictarum cauſarum patent: neq; diaria tentatæ, ſi inediam tolerant, in plurium dierum febres tranſeūt.

*Curatio diariarum ī calidis & humidis naturis.*

*Quo modo his balneū proſit.*

*De acqſito habitu.*

*Exemplum acqſiti habitus generādi.*

*Collatio tēperamentorum ad febres.*

*Collatō ad inediā in febrib⁹ tolerandā.*

Imo aliquæ ſaltem earum vbi redundantiam humorũ citra corruptelam contraxerunt(contrahunt autem eiuſmodi imtemperies aſſidue) vtilitatem ex inedia ſentiunt. Ac potiſſimum quæ frigida eſt & humida. Ab hac quæ humida eſt. Tertio loco quæ frigida. Quarto loco q̃ ſicca eſt et frigida. Siquidem poſt diarias febres diſcuſſas vbi coact⁹ quiſpiam nulla neceſſitate eſt mirificam diatriton trãſmittere: alia quædam nulla in frigidis temperamentis ex inedia febris excitabiť. Lædetur tamen ipſe ſuccus & frigidus corporis habitus q̃ maxime. Ne vt niſi longo tempore redire ad naturam, qui ea ſunt intemperie, nõ poſſint. Cæterum ſi quod forte fortuna his adſit acquiſiticium humorum vitium: fieri poteſt vbi in fame, & illoti per triduum cuſtodiuntur, vt ex diarijs in plurium dierum febres immigrent. At quæ ſicca quidem corporis natura eſt, ſed in altera contrarietate temperata, ea in longioribus inedijs gracileſcit, magis q̃ quæ ſicca eſt & frigida. reficitur tamen facilius. cum idoneum nacta eſt victum. Enuero eiuſmodi omnibus victus ratio alterandus eſt. multo profecto magis q̃ ijs de quibus primũ omniũ eſt dictum. Nempe calido & ſicco item calido & humido. Quippe qui frigidus et humidus natura eſt, qm̃ calido ſiccoq́ʒ in vtraq́ʒ intẽperie cõtrarie eſt affect⁹: cõtrario nimirũ vteť victu. Meli⁹ tamẽ eſt non abſoluto ſermone cõtrario dicere. ſed ex ſolius temperamenti indicatione. Quando ex eo quod eadẽ febri febricitant, non diuerſam, ſed omnino. eãdem ſortiẽtur indicationẽ. Dictũ nãq́ʒ ſæpenumero iam eſt, id quod ſecũdũ naturã eſt ſimilia ſẽp poſtulare. Quod præter naturã eſt, contraria. Si quidem quod naturaliter ſe habet, cuſtodire, qđ præter naturã eſt tollere oportet. Porro febris oĩs præter naturam eſt. Ideoq́ʒ victus rationem humidã frigidãq́ʒ exigit. Temperamenta vero ipſa, alias ſimilia: alias poſtulant cõtraria. Quæ em̃ vitio caret, ſimilia ꝑpetuo. Quippe quas ſeruare expedit. Quæ vitium habent veluti in opere de ſanitate tuenda eſt dictum, alias ſimilia: alias contraria. Idq́ʒ merito accidit. cum nec ad vnguem naturaliter ſe habeant, (quomodo enim eſſent vitioſi): nec prorſus præter naturam. quando qui ſic attemperati eſſent: perpetuo ægrotarent. Ergo ſimilia deſyderant, tum in alijs de quibus mox dicetur, tum vero in vlceribus omnibus. Monſtratum enim id ſæpenumero iam in ſuperioribus eſt. Contraria vero, in eo victu qui per ſanitatem adhibetur. veluti de ſanitate tuenda docuimus. Sed neq́ʒ hæc perpetuo. ſed tũ cũ corrigere intẽperiẽ eoꝝ ſtudemus. Quippe duplex nobis in ijs qui ſani ſunt, finis ꝓponitur. Nempe vel corpus ſanum in priſtina eius tẽperie tueri, vel etiam hãc meliorem reddere. Sic igitur arbitror in ijs qui diaria febri laborãt cibã-

Victus diuerſitas i tẽperamẽtis frigidis.

De victu ratiõe tẽperamenti theoria.

Duplicẽ in ſanoꝝ victu proponi finem.

dis, vel vni febrili affectui cõtrariũ, vel etiã ipſi laborantis intẽpera mento deſumã. In ea tamẽ natura quæ haud dubie in medio tẽperamẽ to eſt, ab ipſa febri cõtrariorũ indicatiõe accepta: eatenus humidum frigidũq; victum adhibebimus: quatenus ſiccius calidiuſq; q̃ ante, iam redditũ corpus apparet. Verũ hoc tum perſpicuũ, tum idubitatũ eſt. Reuertamur autẽ rurſus ad itẽperatas naturas. Nam qm̃ eas ſicut de ſanitate tuenda eſt proditũ, licet et quales accepimus ſeruare: licet et ad melius transferre: ſatius arbitror eſt, cũ plane valent, nõ cũ ægrotant, vel de ſe quæruntur, victus illis rationẽ mutare. Gaudent enim naturæ cõſuetis ſemper. vt et Hippocrates euidentiſſimis argumẽtis in libro de acutorũ victu aſtruxit: et oibus qui ſe ſecundum naturã habent manifeſte apparet. Quod nãq; qui ſibi iã diſplicent extra cetum eorũ qui ſecundũ naturã ſe habent, ſint ponẽdi: id nemo qui cõpos eſt mentis dubitet. Cæterũ hi an præter naturã ſe, an nõ naturaliter ſolũ habeant: id vtiq; quis æſtimandũ duxerit. Atqui ſi ex ipſa cõſuetudine indicationẽ aliquã ſumi cõueniet, ſi quidẽ multo iam tẽpore intẽperatas naturas cõtrario victu ei qui vicit intẽperiei cibauimus: ita etiam et cũ parũ ex ſententia ſe habent, faciemus. Sin minus: quæ ſimilia tẽperamento ſuadet indicationẽ præferemus. Ita vero & Hippocrates mihi ſentire videtur. vbi ait humidus omnis victus, febricitantibus eſt idoneus. Potiſſimũ autem pueris. et alijs qui ita cibari ſunt ſueti. Febricitantib⁹ enim in quantũ febricitant, ex ipſa cõtrariorũ indicatione, humidus victus cõducit. Pueris ex ſimiliũ. Eodẽ autẽ modo & eam quæ a cõſuetudine præbetur, quo eã quæ ab ætate datur, accepit. Nã et ætas cũ ex ijs ſit, quæ natura nobis inſunt, ſimilẽ ſibi victum poſtulat: et quæ a conſuetudine indicatio ſumitur, ſic ſumpta eſt, ſicut ea quæ ab ætate. Quippe ſeruare quoq; hãc iubet. perinde ac proprium ætatis tẽperamentũ. Itaq; etiã nos tũ ex omnibus quæ circa ægrũ ſpectantur, eius qđ cõducit inuentionẽ moliri: tum quando indicationes oẽs ſecũ cõſentiant, et quãdo inter ſe diſſentiant, inſpicere cõueniet. Omnibus enim cõſentientib⁹ vnã prorſus victus ſpeciẽ cõſtituem⁹. Diſſidentibus inter ſe: quæ valẽtiores ac plures ſint præferemus. Ita vt victus ſpecies quã heæ præſcribant, præferatur. Sic tamẽ ne cõtraria ſit neglecta. Porro prælatio hæc. alias vtriſq; in vnius auxilij materiã mixtis pficitur. alias ſeorſum ſumptis. Ac cõmunis quidẽ hæc ratio eſt omniũ quæ cõplicatæ ſunt cõtrariarũ indicationũ. Quomodo autẽ hanc ad vſum cõferre oporteat, cũ aliquãdo ipſi morbi coeuntes ſint cõtrarij, aliquãdo morbus vnus ſit, ſed qui cõtrariam indicationẽ ſubijciat, aut naturali laborãtis tẽperamento, aut ei quam nunc acquiſierit, præterea ætati, et cõſuetudini, et loco, et anni tempori in

Naturã cõſuetis gaudere. Hippo.

Quãdo intemperatis naturis cõtrario intẽperiei ſue victu vtendũ. et quando ſimili. Hippo.

Cõis cibãdi ratio in oib⁹ cõtrarijs indicationibus.

ipſa particulatim tractatione oſtendã. Nunc ergo cum propoſitũ nobis hoc loco ſit, vnicuiq; memoratorũ intẽperiei generũ, idoneũ inuenire victum: cõmunis quem cœpimus methodi modus, veluti ſub exemplo examinetur. Pone enim correptos febri eſſe duos homines, in regione natos educatoſq; tẽperata. nunc in ea non eſſe. imo alterum in calida et ſicca. alterũ in humida et frigida. Præterea eoſdẽ diuerſo eſſe tum tẽperamento: tum natura. tum cõſuetudine. tũ ætate. etiam ſub diuerſo (ſi placet) et anni tempore. & ſtatu cæli ægrotare. Sic vt alter calidus ſiccuſq; natura ſit, ac tali victus rationi in totum inſueuerit, præterea iuuenis ſit et hieme ægrotet, idq; in humida et frigida regione, ac ſtatu cæli ſimili. Alter humidus et frigidus, ſimili victu aſſuet⁹. tum puer ætate. ac æſtate. in calida ſiccaq; regione. ac ſimili cæli ſtatu laboret. Quænã igitur in vtroq; horũ ſunt indicationes? Nempe quæ a febricitando ſumitur, cõmunis amborum eſt. Ac quæ refrigerent et humectent deſyderans. Reliquorum nulla eſt præterea cõmunis. Si quidẽ priori, et propter naturã, et propter ætatẽ, quæ ſimili ſibi victu fuere aſſuetæ, ſiccioris calidioriſq; temperamenti cibus idoneus eſt. Idẽq; propter et anni tẽpus. et ſtatum celi, & regionẽ cõuenit. Nõ ẽm quæ ab his ſuppeditatur indicatio, ſimilia deſyderat. ſed contraria. Alteri ex propoſitis, propter ætatẽ, & naturam, et conſuetudinẽ, ſimilia ipſis exhibẽda indicantur. Propter ætatẽ quidẽ humida modiceq; calida. Propter naturã et cõſuetudinẽ, humida et frigida. Propter regionẽ et anni tempus, et ſtatũ cæli, cõtraria. Quæ et ipſa nimirũ ſunt tanto tẽperatis frigidiora et humidiora: quanto regiones ipſæ ſunt calidiores tẽperatis, et ſicciores. A cõſuetudine enim ſemp eſt indicatio ſimiliũ. quoad ſcilicet ægrotant homines. At ab ætate, natura, regione, anni tẽpore, et ſtatu cæli, vbi tẽperata hæc ſunt: ſimiliũ ſemp præſidiorũ eſt indicatio. ſiue valeant homines, ſiue ægrotent. Cõtra ab intẽperatis anni tẽpore ſtatu cæli et regione, contrariorũ eſt indicatio. Cæterũ ab ætate & natura nõ abſolute. ſed cum conſuetudine. Porro nihil in contrarijs indicationib⁹ tam cõuenit expendi q̃ magnitudinem eorũ quæ ad indicationẽ coierunt. Quã vtiq; in libris de ſanitate tuẽda duplicem eſſe oſtendimus. Alterã quæ ex ipſorũ quæ indicãtur dignitatib⁹ cenſeatur. Alterã quæ ex ipſorum (vt ſic dicam) proprijs ſubſtantijs ſpectetur. Quas ex conferendo cũ mediocri et quod ſecundum naturã eſt, accipiendas eſſe teſtati ſumus. Niſi ẽm ita quis indicationum poteſtates examinet: nequeat ſane menſuram victus inuenire. Cum ẽm refrigerandum humectandũq; eſſe febris perpetuo indicet, reliquorũ vero quodq; prout dictũ eſt: vbi cõcors eorũ indicatio eſt: nullũ exhibetur negotiũ. vbi diſcors, ꝓ pluribus ac potioribus for-

*Margin notes:* Exercitatio in cõi methodo ꝑ exempla. — Duo ꝑ exẽplo ꝓpoſiti — Quæ a propoſitis indicationes. — Quæ a priore. — Quæ a ſecundo. — Quid maxime in cõtrarijs indicationibus ſit ſpectandum. — Duplex indicantium magnitudo

mari victus ratio debebit. Siquidē ĩ modo ꝓpoſitis, ex eo qđ febricitāt, cōis refrigerātiū ac humectātiū indicatio ꝑſtat. Nō tamē ex cæteris. Sed cui⁹ tū ætas, tū tēperamētū, vna cū cōſuetudine, tū regio, tum anni tēp⁹, et cæli ſtatus, humectātia refrigerantiaq; exhibēda indicāt: hūc haud dubiū eſt nō ſolū humectādū refrigerādūq; eſſe: ſed etiā nec leuiter hæc, nec vtcūq; faciēda eē. imo plane magnope ac vehemēter. oib⁹ ſcilicet indicatiōib⁹ idē dictātib⁹. Cui⁹ vero reliqua oia refrigerātē quidē humectātēq; victum, quēadmodū et febris non indicant, ſed contrariū ipſi, calfacientē ſcilicet et ſiccantē: vtiq; ambiguitas pugnaq; indicationū inter ſe oritur. Quo caſu magnopere opus eſt, tum numerū indicationū: tum magnitudinē ſimul cōferas. Quippe quæ a febri ſumitur, ea reliquis quando oēs contrariū faciendum præſcribunt numero quidē inferior eſt. Magnitudine tamē quæ ex dignitate, aut poteſtate, aut quomodocūq; appellaſſe libet, ſpectatur: vtiq; ſuperior eſt. potiſſimū ſi longe a natura receſſit. Quippe duplex tum magnitudo illi accedit. et quæ ex febris genere prouenit, quæ oibus eſt cōis: et quæ ꝓpria ſuaq; ipſi⁹ eſt. Siquidē et. qa febris, plus cæteris oib⁹ ſollicitos nos habet: et qa ꝑterq̃ qđ febris eſt, etiā magnitudo illi notabilis acceſſit: iccirco cōtrarias indicatiōes ĩducit atq; obūbrat. Sin parua fuerit: fas eſt reliquas oēs vna cōiūctas cū ea cōferri. atq; expendi. Ac ſiquidē pares videnť: neq; febris ĩdicatio ꝑferet: ſic vt humectādū et refrigerādū ſit, neq; etiā reliquoꝝ. ſic vt calfaciendū ac ſiccandū ſit. imo media victus ratio, vbi ita ſe corp⁹ habet, eligēda erit. Sin altera indicatio exupet: tātū receſſiſſe a tēperato et medio victu par eſt: quātū ea quæ pollent, ſua cōtraria ſuperāt. Ergo tū exercitatū in oib⁹, tū natura prudētē eſſe medicū cōueniet. Quo cuiuſq; ĩdicationis poteſtate diligēter cōſyderata: oibuſq; iter ſe collatis: vnā idonei victus ſummā, quæ laborāti ſit cōmoda, cōparet. ac diariarū quidē febriū ĩdicationes, ex his generib⁹ capiunť. Raroq; accidit ſi alicubi a laborātis viriū modo. Cū febriū q̃ plurib⁹ dieb⁹ affligūt ĩdicatiōes, nō ſolū viriū reſpectū neceſſario adhibeāt: (Nō ei leue ĩ his cōſiliū eſt, qđ a virib⁹ petiť) ſed etiā cauſaꝝ q̃ ĩpas excitāt. Exceptis tñ hecticis. Vtpote q̃s nulla accēdit cauſa. Quēadmodū nec corp⁹ id qđ iā habitu calorē ignis ĩ ſe ſuſcepit. Siue id lapis ſiue lignū ſit. Illud nāq; cōe cū diarijs habēt. qđ videlicet nō āplius ſiūt. Differūt ĩ eo qđ diariæ, ĩ leui vt ſic dicā affectu, (Cata ſcheſin græci vocāt) calorē habēt. Hecticæ ĩ habitu, q ægre ſoluať. Licet etiā dicas eā quoq; q̃ a virib⁹ ſumiť indicationē, tū ĩ reliqs oib⁹ morbis: tū ĩ diarijs febrib⁹ ſēp adhiberi. Nobis tñ ĩ ꝑſēti diſputatiōe op⁹ ea nō eſſe. Propterea qđ ex ꝑma qdē ratiōe nō ĩdicet, ex accidēti vero ĩdicet. Deo vero accedēte ĩ ſequētib⁹ diſſerem⁹.

Exempla.

Medicū debere exercitatū ac natura prudētem eſſe.

Hecticæ et diariæ collatio.

Cata ſcheſin.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER NONVS.

DIariarum o Eugeniane curationem, in libro qui hunc præcedit, expoſui. totius propoſiti operis octauo. Eſt autẽ huius febriũ generis vnica acceſſio. vno plurimũ die ex ipſius ſaltẽ natura, circumſcripta. Quippe quæcũq; vel per medicorum ignorãtiam, vel ægrorũ intẽperantiam, vel miniſtrantium errorum, in eiuſmodi febribus cõmiſſa, in aliud ipſas genus transferunt: hæc ſuæ naturæ ſponte non incidunt. Non enim eſt profecto mirum, ſi per ea quæ delinquuntur, non ſolum porrigatur, aut in aliud genus tranſeat morbus quiuis. ſed etiã cum prius non eſſet, nunc excitetur. Nam cum ijs qui integri ſunt, delinquere non ſit tutum: haud quaq̃ id ægris ſine diſcrimine. contingat.

Tria febriũ genera.

Reliqua vero cum ſint genera duo, veluti in libro de febrium differẽtijs eſt oſtenſum: alterum ex humorũ putredine naſci docuimus, alterum quod iam ſolidas animalis particulas occupauit hecticam nominant.

Diarias in putreſcẽtes et hecticas trãſire poſſe.

Tranſeunt autẽ diariæ febres, veluti ante oſtendimus, in vtrũq; genus. niſi quis eas cõmode tractet. Veluti autem in cæteris rebus omnibus, quæcũq; vno genere comprehenſæ, ſocietatem in naturis habent, ac propterea mutuo in ſe tranſire valent, tertia quædam formula in trãſitu ipſarum exiſtit, quæ neutrius extremitatum formam plane exhibet:

In trãſitu a diarijs ĩ putres vel hecti. tertium genus exiſtere.

ita nimirum et in diariarum febrium tranſitu imagineris licet, alterum quoddam genus in tranſitu exoriri. quod neutri extremitatum ſit idem. Ac primũ quidem de hoc diſſerendum eſſe mihi videtur. Quo ſicuti reliqua, etiam ipſum tum protinus noſcatur cum incidit: tum ſic inhibeatur in primo ortu, ne aut ægre ſanabile aut inſanabile poſtq̃ auctum eſt euadat.

De tertio genere.

Cæterum medium id cum inciderit, nec noſſe ij poſſunt, nec ſanare, qui extremitatum quarum eſt medium, ſpeciem ignorant.

Tertij generis indicium.

At tibi qui præſertim non ſolum diariarũ: ſed etiã reliquorum duum generum notas intelligis: vbi vel diariarum notæ aliquatenus ſunt alienatæ, vel reliquarum notæ ſimul apparent: haud difficile fuerit iam tranſitum ſuſpicari. Ergo ex aduſtione, cruditate, laſſitudine, vigilia, animi perturbatione, vel bubone qui ex euidenti aliqua ſit cauſa: nunq̃ ad tertium vſq; diem progredietur febris acceſ-

ſio, niſi quid delictum circa laborantem ſit. At quibus ſtipatio febris occaſio eſt: ijs etiam vltra hos porrigi acceſſio poteſt. Nam quoniam ſtipatio vel obſtructis exilibus meatibus, vel cōniuētibus, vel etiam corpore ipſo imoderatius denſato accidit: merito arbitror diximus ex frigore, et balneis, quæ vel contactu refrigerent, vel facultate, præterea pharmacis ſimilis generis, pari modo ijs quæ cutim ſiccēt, veluti ſole feruente, nec minus etiam ijs quæ denſent, veluti dura cū ijs quæ frigefaciant, frictione: et detineri intra corpus ceu fumida fuliginoſaq; excrementa, et ab ijs febrem accendi. Verum ex his denſationem quādam corporum ipſorum fieri, ac veluti exiguorum meatuum coniuētiam. Obſtructionem vero, vel propter glutinoſos, vel craſſos, vel copioſos ſuccos incidere. Quinetiam febres quaſcūq; vel cōniuētia meatuum, vel recens corporum denſatio excitant: has et deſiſtere poſt primā acceſſionem, ſi quis recte eas tractet, et vere diarias tum eſſe, tum appellari. At quæ ex obſtructione creātur, ſi hæc puſilla ſit: ſolui ipſas quoq;, ſimiliter vt alias diarias. ſi quis ea legitime ſanet. Sin valenter impacti humores ſint, ſic vt valentius aliquid quod eos eximat deſyderent: eas febres porrigi vltra vnum diem neceſſe eſt. ac diariarum febrium genus videri egreſſas. Quomodo enim dici vltra diaria febris poteſt, quæ in tertium vſq; diem extenditur. Quādo ex ipſa nominis ratione in ſecundo eam deſiſtere par erat. Dictum enim ſupra eſt. xxiiij. horas eſſe ſic appellatæ diei ſpatium. vtiq; vt cum nomine diei, nox quoq; vna comprehenditur. Atqui ſi neq; humor putreſcens ſubſit, nec corpus ipſum febrilem calorem vt habitum ſuſceperit: a duobus generibus diuerſum ſit. Aut ergo aliud præter tria iā dicta genus eſſe in prima febrium diuiſione dicendum eſt: aut appellatione ꝓ nihilo habita, diarias ipſas nominare oportebit. Neq; enī profecto de ſubſtātia ipſa talium febriū eſt diariæ vocabulum. Verū cōuenienti nomine deſtituti, clarioris ſimul breuioriſq; doctrinæ gratia: ab eo quod ſæpius accidit nomē indidimus. Ac natura quidē eadē his eſt, quæ diarijs, nomen non idem. Si quidem in quibus vna acceſſio ab initio ad finē perpetuo manens, in multos dies porrigitur: eas febres Synochos. i. continentes appellant. non illi quidem græco nomine vſi, cæterum Soloeciſmū cōmittendum potius rati, quā formam ipſarum ſine nomine linquendam. At non ſicuti idea vna eiuſmodi febrium eſt, a qua Synochos eas nominant: ita et natura ſimplex vnaq; eſt. Quædam namq; earū manifeſtam habent putredinis notā. Quædā prorſus non habent. Quas nimirum ex diariarū febrium genere eſſe diximus. Cum enim acceſſionis remiſſio ex feruentiū humorū tranſpiratu contingere ſolet, non tranſpirant autem in vehementi ſtipatio

Stipatio corporum vnde.

Obſtructiones vnde.

Quæ diariæ vno die finiantur.

Quæ interim, non.

Synachos ex diariarū natura.

Cur febres ſynochi dicantur.

Duplex ſynochorum natura.

Prior ſynochorū ſpēs.

ne:neceſſe eſt multorum dierum fieri acceſſionē. Igitur vbi in tali febri nulla ſubeſt occaſio, quæ alterius acceſſionis principium excitet: vltra hoc quod multorum dierū febris eſt, nec inuaſionem alicuius febrium ſignificatiōis facit. Sed permanet ab initio ad finē vna febris, quæ nec quotidianæ, nec tertianæ, nec quartanæ notā præferat. Cæterum cum me audis dicentem, vbi vehementer ſtipata corpora ſunt, cohiberi intra corpus febrilem calorem, non ita factam prorſus denſitudinem putandum eſt, vt nullum ex ijs humoribus qui tenuati ad modum ſint, effluere foras ſinat. Cum nec ſi de oſſibus ita dixeris, id verum ſit, ne dum carne et cute. Verum cum feruentium humorū vapor ſubeſt plurimus, effluit autē foras exiguus, hunc qui relictus eſt febrem ſeruare eſt neceſſe. Neq; id modo propterea quod ipſe manet: ſed etiam propterea quod quæ proxima ſunt, adurit. Quoniā igitur ex duobus his ſeruari febris poteſt, et quod totus vapor non tranſpirat, et quod idem vapor ea quæ contingit, etiam excalfacit: neceſſe eſt tris eſſe in ſynochis febribus differentias. Nempe vel pari permanēte magnitudine ea, quam in prima acceſſione ſummā habuit, vel etiā adijciente ſemper exiguum aliquid, diminuēte ve. atq; hæc vel æqualiter faciente, vel inæqualiter. Ac ſi quidem quod accenditur, ei quod trāſpirat par fuerit: nec augeri nec minui febrilis calor cernetur. Sed perinde ſibi ſimilis permanebit, ac ſi nihil illi adijceretur, aut demeretur. Quippe ad æqualitatis cuſtodiam, nihil intereſt ſeruetur ne eadem aſſidue ſubſtantia, an ei quæ vacuatur, par ſit ea quæ adijciatur. Verum ſi altera earum vicerit, vtiq; ſi quæ vacuatur: minui febrem neceſſe eſt. Sin quæ adijcitur, omnino icreſcere. Sed nec illud ſane quēq̄ latet: quod cum ex febribus altera magis minus ve q̄ altera, tum augetur tum minuitur, id ob exuperantiæ imparitatem neceſſario accidat. Nam vbi alias ampliore menſura, alias minore, vel febrium generatio, vel tranſpiratio exuperat: nec ijs quæ augentur omnibus par eſſe auctio, nec ijs quæ minuuntur demptio omnino poteſt. Imo plurimā eſſe tum exceſſus tum defectus differentiam eſt neceſſe. Atq; vnum quidem hoc ſiue genus, ſiue ſpeciem, ſeu quiduis aliud appellare libet. Synochων id eſt cōtinentium febrium eſt. quodq; ex eadem cum diarijs, natura conſtat. Alterum eſt vbi in omnibus vaſis, ac potiſſimum maximis, æquabiliter ſucci putreſcunt. Eiuſmodi febriū in gracili et frigido corpore, neutra conſiſtere ſolet. Sed plurimū in ijs qui ſanguine abundant, et corpulentis gigni cernuntur. Quando nec obſtructio, citra putredinem excitare febrem valet, niſi id quod tranſpirat, et copioſum ſit, et calidum: nec humorum putredo in omnis quæ inter inguina, et alas interſunt venas, æquabiliter, ac cito porrigi, in

Vehemens ſtipatio, quomodo itelligēda.

Duplex pſeuerantiæ febris cauſa.

Triplex in ſynochis differētia.

Secūda ſynochorum ſpecies.

Cōia vtriuſq; ſpeciei

Neutrā ſynochon in gracili et frigido corpore icidere ſolere.

frigido habitu poteſt. Debent enim quæ putreſcunt, tum calida humidaq; eſſe: tum vero difficilem tranſpirationem habere. Eoq; fit, vt nec in frigida ætate, nec in frigido corporis temperamẽto, ſiue id ab initio conſtitit, ſiue modo frigidum ſit factum: continens excitetur febris. Sed nec in gracilibus, vel qui raro ſunt corporis habitu. Imo tum ætate, tum natura, tum acquiſitio temperamento, quæ calida ſint, ac pcipue, ſi et carnoſus, et bono ac multo ſanguine affluens, et denſo corpore æger ſit. Aut etiam calidis excrementis refertus. proinde fit, vt qui ita febricitant: ijs et pulſus maxim⁹ ſit, et æqualis, et vehemẽs. Quibus etiam arteriæ habitus, nec durior q̃ pro natura eſt, nec mollior. Celeritatis tamen frequentiæq; eo peruenit, quo febris ipſa magnitudinis. Atq; hæc quidem ambarum ſunt communia. Alteri vero priuatim putredinis inſunt notæ. idq; tum in lotio, tum pulſu, tum caloris ingrata qualitate. Ac tibi exempli cauſa, redigam in memoriam adoleſcentes duos, quos vna mecum vidiſti. Erat alter eorum liber, et paleſtræ peritus. Alter ſeruus, haud inexercitatus ille quidem, cæterum in paleſtra parum vehemens. nec tamen ad quotidiana quæ ſeruũ deceant, tum exercitia, tum opera tractanda, nõ idoneus. Porro liber continenti citra putredinem febri laborauit. Seruus continenti: cũ putredine. horum vtriq; quænam ſit adhibita curatio: non intempeſtiuũ dictu nunc arbitror. Quandoquidem in exemplis exercitari quiduis diſcentes, maxime expedit. Neq; enim ſatiſfaciunt ad exactam cognitionem vniuerſales methodi. Sunt autem exemplorum ea pro potioribus habenda, quæ ipſi oculis vſurpauimus. Quando ſi omnes qui docere ſcribere ve aliquid ſunt aggreſſi, ea prius operibus oſtendiſſent: prorſus paucula quædam falſo diceretur. Nũc vero pleriq; alios docere tentant, quæ nec ipſi vnq̃ fecerunt, nec alijs oſtenderunt. Cætera vulgus medicorum nihil miri eſt ſi contẽptis bonis moribus, opinioni ſapientiæ magis q̃ veritati inhiat. Verum non ſic fuit ratio noſtra. Non eñ heri, aut nudius tertius, ſed ſtatim ab adoleſcentia philoſophiæ ſtudio capti: primum nos ad eam contulimus. Mox patris euidenti inſomnio moniti: ad medicinæ ſtudium venimus. ac per totã vitam operibus, magis q̃ verbis, vtriq; ſtudio incubuimus. Quo minus mirum eſt, ſi in quo tempore alij totã vrbem ſalutando luſtrant, et cum diuitibus cenant, ac eoſdem comitantur: hoc omni ſeduló nos laborantes: primum quidem omnia quæ veteribus pulchre ſunt inuẽta didicimus. Mox eadem opere tum indicauimus, tum exercuimus. Ergo qui paleſtræ peritus iuuenis erat, vbi febricitare hora prima noctis cepiſſet, poſtridie eum mane, circiter horam diei tertiam vidimus. Cum autem inueniſſem febrem admodum calidam, Sed pulſus

Pulſus ſynochis laborãtium.

Putreſcẽtis ſynochi ꝓpria.

Duo adoleſcentes pro exemplo ꝓpoſiti.

Potiora exempla eſſe quæ ipſe qs viderit qualibus galen. vtitur.

Galenus quomodo ad medicinã venerit.

Paleſtræ perit⁹ quomodo curatus.

æquales, et maximos et celeres, et frequentes, et vehementes, tum caloris qualitatem quæ minine morderet, iam vero et vrinas tum craſſitudine, tum colore, a naturali habitu non multū alienas, audiens præterea hominem circiter triginta dies exercitationis conſuetudinē intermiſiſſe, pridie tamē exercitaſſe ſe vehementius, cæterum non multum, ſumpſiſſe autem ſolitos cibos, atq; eos concoxiſſe, q̃uis tarde, et ægre, vtpote cum febris veſpere occupaſſet, cū iterū rubicundus plenuſq; homo appareret, atq; etiam plenitudinis ſenſum ſe percipere diceret, faciente interim quodam eoꝝ qui aderant de vena ſecanda mentionem: viſum nobis eſt eius auxilij conſyderationem, in aliud tempus remittere. Simul vt certius ſciremus, cuius generis febris eſſet. ſimul neceſſario propter eam quæ præceſſerat concoctionis tarditatem. Cum autem veſperi, ſimilem vigorem tueri febris eſt viſa, ceu nihil ſenſibiliter remittens: ſuſpicio iam erat ſynochon eſſe. hancq; ex obſtructione. et ſanguinis abūdantia. et præ carnis copia ſtipatione. Ac cum parem magnitudinem per totam noctem febris ſeruaret: poſtero die viſum eſt medicis omnibus, qui eum inuiſerant, ſanguinem eſſe mittendum. Diſcordia vero orta de tempore, et vincentibus, qui id in ſequentem diem differendum ſuaderent: febris per totum eū diē euidenter viſa eſt vigorem ſuum augere. Mox tertia ſequente nocte, alia quidem acceſſio minime incidit, quæ primæ ad portionem reſpōderet. Erat tamen æſtus ipſe laboranti intollerabilis. Vrgebatq; tum tenſio totius corporis, vtpote repleti: tū capitis pulſatio. Atq; ob hæc grauis vigilia. iuuene in aliam alias ſe figuram iactante. Itaq; cū vltra ferre non poſſet. hora noctis circiter octaua, mittit ad me miniſtrum. rogatq; ad ſe ocyus veniam. Ipſe annuo atq; abeo. inuenioq; febrem

Curatio.

calidiſſimam, pulſumq; qualem prædixi. Quoniam autem nec in hoc, nec in lotio, nec ipſa caloris qualitate, indicium aliquod humorū putreſcētium apparuit: optimum factu viſum eſt venam incidere, anteq̃ putredo inciperet. Aufero itaq; ab homine eouſq; de induſtria ſanguinem, quoad animo linqueretur. Maximum plane vbi valentes vires

Detractionē ſāguinis vſq; lipothymiā maximum eſſe ſynochorū remedium.

ſunt, continuæ febris remedium. Id quod tum ratione, tum experiētia didici. Primum nanq; in contrarium ſtatum agitur corpus. celerrime ex animi defectu refrigeratum. Hoc vero nemo inuenire poteſt, neq; quod ipſis ægris, neq; quod naturæ quæ animantes gubernat, iucundius vtilius ve ſit. Poſtmodum in eiuſmodi corporibus, neceſſario ſuperuenit alui deiectio. Nonnūq̃ etiam bilis vomitio. Quas res ſtatī a toto corpore madores ſudores ve excipiunt. Quæ nimirum omnia cum huic quoq; contingerent: protinus febrē extinxerunt. Sic vt quidam ex ijs qui aderant, iugulaſſe me febrem per iocum diceret. Vnde

oēs riſimus. Verū quo narrationē omnē abſoluā, nihil mali erit paucula addidiſſe. Poſt duas nanq; a ſanguinis miſſione horas, paulo nutrimenti dato, ac iuſſo quieſcere: diſceſſi. Quinta vero hora reuerſus, tam ꝓfundo ſomno indormientem inueni, vt tangentē me prorſus nō ſentiret. Cū vero et miniſtri adeo illi altū ſomnū fuiſſe dicerēt, vt nec cū madores eius abſtergerent: expgiſcerer: ſuaſi ita facerent. Eſſe nāq; hominē iā prorſus a febri liberū. Reuerſus autē et decima rurſus hora, etiā tunc dormiētem inueni. Egreſſus autē iterū ad alios viſendos ægros: redeo hora prima noctis: nō tamē vt ante tacens. Sed voce de induſtria ſublata, quo ægrū a ſomno excitarē. Quod cum ita accidit, vbi ſolo ptiſſanæ cremore nutriuerā, abij. Cuius modum poſtero die augens, tertio lauatum dimiſi. Ac quæ ad hunc pertinebant infirmum. ita ſunt geſta. Quæ vero ad alterum: nunc dicam. Is cū toto die multū laboraſſet, deinde lauatus paucula comediſſet: cœpit nocte febricitare. totū etiam continuans ſequentē diē. Hunc nos poſt ſecūdam noctē vidimus. in cæteris quidē omnib⁹ iam dicto iuueni ſimiliter affectum. Verū putreſcētiū humorū euidētes præbentē notas. Itaq; vena quoq; huic protinus inciſa: vſq; ad animi defectum vacuauim⁹. Poſt id idoneo interpoſito ſpatio, cibauim⁹. Primū mulſa. Deinde vna interpoſita hora, ptiſſanæ cremore. Atq; hæc oīa intra quintā acta ſūt horam. Cū autē ſimilis ſibi perſeueraret febris: ſynnochon eam fore ex putredine expectauimus. Itaq; accidit. Quippe cū eā ſecunda noctis hora pari magnitudine cernerem⁹: tertiæ diei acceſſionē, futura ne eſſet an ſecus: diligenter obſeruare volebamus. cuius in ſeptimā horā noctis ſuſpitio erat. Itaq; cum ſūmo mane ſuperueniſſem: inueni quod expectaram. Nā nec tertiana inciderat acceſſio, febriſq; remiſſior paululo q̄ veſperi fuerat, apparuit. Vt autē rurſus hominē meridiæ vidi: eratq; iā certiſſimū, et febrē decreuiſſe, et ſynnochon febrē eſſe, ſed quæ aſſiduæ decreſceret: viſum eſt tū quoq; hominē ſimiliter nutrire. Quarta vero exacta nocte: manifeſte minor, etiam quarto die erat. Quo rurſus quoq; ad eundem modum homine cibato: aduertimus. tum illo die toto: tum quæ hunc ſecuta eſt, quinta nocte magnitudinem remittere. ſic vt quīto die liquido plane appareret, minor eſſe febris q̄ ante. Itaq; ad portionē minuentis ſe febris, vrinæ quoq; concoctio ꝓceſſerat. Eratq; haud obſcurū ſeptimo (id quod factum eſt) finiendā. Hanc igitur plane continentem ex humorum putredine febrem, et quæ aſſidue decreſceret vidimus. Multas vero alias continentes cōſpexim⁹. Quarū aliæ creſcentes, aliæ ſimilē tenorē ſeruātes erant. Illas Epacmaſticas, has Acmaſticas vel Omotonus græci vocant. Aliæ ceu quā modo mēorauim⁹, decreſcētes, q̄s Paracmaſticas dicunt. Aliæ rurſus

*Quæ acta poſt ſāguinis miſſionem.*

*Serui curatio.*

*Variæ continuarū rationes.*

in primo die putredinis notas habuerunt, aliæ in tertio. aut certe ad ſummũ quarto. Idq; alias medicorũ ipſorũ inſcitia, qui ſanguinẽ non miſerant, alias laborantiũ ipſorũ timiditate. Si quidẽ eorũ qui ex ſola obſtructione febricitarant: nemo in putredinis febrem incidit, qui prius ſanguinem miſerat. Quẽ vbi valida virtus ſubeſt, & ætas permittit: vſq; ad animi defectum mittere expedit. Vbi horum alterũ nõ ſatis reſpondet: tutius eſt, quantũ ſatis viſum fuerit: tantum principio detrahere. quod defuit iteratione ſupplere. Eteni hoc præſidio omiſſo, qui ita febricitant, in ſummũ diſcrimẽ veniunt. Niſi ſi eos vel viriũ robur, vel largũ ſanguinis profluuiũ, vel ſudor copioſus ex manifeſta pnicie eripiat. Et tamẽ nõ nulli ex medicis ſunt, qui tametſi vidẽt naturã ſanguinis pfluuio nõ paucos eorũ qui ſic piclitent̃ ſeruare: tamen ſanguinis miſſionẽ fugiant. Nullã nec experiẽtiã, nec verã rationẽ ſecuti. Cæterũ hos mittamus. Diſputato pſertim cõtra illos abũde, vno integro libro, qui eſt de ſanguinis miſſione cõtra Eraſiſtratũ ſcriptus. ipſi vero ad ppoſitũ reuertamur. Erat vero in pſenti diſputatiõe propoſitũ, de ijs febrib⁹ diſſerere, quæ ex ſtipatis per obſtructionem meatib⁹ oriuntur. Quas ſi ſine putredine cõſiſtant ex diariarũ eſſe genere dixi. Sin ijs putredo aliqua, vel ab initio ſtatim, vel poſtmodũ ſuperueniat, vbi in oĩbus venis, ac præcipue magnis ea cõſtitit, cõtinuas excitari febres, vbi in vnica animalis parte acceſſiões quæ certo ambitu repetant. Verũ de his poſtea. Quod autẽ & bis arbitror, et ter, et ſæpius, iterũq; dicẽdũ eſt, qui ita laborant ſi recte curabunt: his ſanguinis miſſio eſt adhibenda. Quando quibus corpus ex ſuccorum abundantia inhabile ad tranſpirationẽ iam redditum, tantum caloris congeſſit, vt inde iam febricitet: ijs tantum ſanguinis eſt detrahendum: quantum vires tolerant. Pro certo quoq; habendũ, niſi ijs, qui hoc per naturã ſunt habitu, id adhibeatur præſidium: fore, vt vel ſuffocentur: vel certe ſyncope omnino periclitentur. Niſi vt dictum eſt eos, vel virium robur, vel plurimus ſudor, vel largum ſanguinis profluuium a morte vindicet. At illud vel me tacente conſtat, ijs præſertim qui librum de plenitudine ſtudioſe perlegerunt, quãq; & nunc quoq; a me dicetur: non eſſe nunc nobis de ea abundantia ſermonem, quæ ad virtutem comparatur. Quippe quæ nec ſic obſtruit venarum ora, vt refrigerationem prohibeat: nec tunicas eorum diſtendit. nec ruborem, nec tumorem inuehit. multoq; minus vel carnis, vel cutis tranſpirationem, moratur. Verũ de ea quæ contineri a vaſis vltra nõ valet. quæq; ob id ipſum tũ perrumpere vaſa, tum recludere ſolet. reliquaq; modo dicta ſymptomata inducit. obſtructionẽ. diſtentionẽ. tumorẽ. ruborẽ. De hac inq̃ mihi oĩs ſermo tũ habit⁹ eſt. tũ vero habẽd⁹.

Qui ſynocho ex ſola obſtructiõe laborãt, ſãguine miſſo in putreſcẽtem non incidunt.

Si ætas aut vires ſãguinẽ ad lipothymiã nõ patiuntur.

Redit ad tractionem de cõtinuis febribus ex obſtructione.

Propoſitos omnino ſanguinis miſſiõe curandos.

De qua abundantia ſit hic ſermo.

Siquidem copia hæc, dum bonitatẽ ſuam ſeruat, vt pariter augeri cũ robore viriũ eſt nata: ita ſi quando has grauat, nec de cætero augeb itur, et bonitatẽ naturæ amittet. At ſi naturalem ſemel bonitatem amiſerit: fieri nequit vt non putreſcat. Quandoquidem nec aliud vllum ex ijs quæ foris ſunt, humidum calidũq; corpus, manere imputreſcibile cernimus. Ergo feſtinare ad ſanguinẽ detrahendum oportet. Quo venarum natura ex tranſpirando, ventilandoq; naturalẽ temperiem ſeruans: humoribus eo quo inter initia modo dominetur. Quando ſi ad intemperiem verſa laborabit: metuendum eſt ne hi putreſcãt. Excitať autẽ intẽperies in ea, ex febris calore. Quẽ ſi quãdo rudis quiſpiam medicus auxit, nõ vacuata ſtipationis cauſa: in certo reliquũ omne remediũ eſt. Vbi nãq; emitti abũdantia poſtulat, calor autẽ refrigerari: pugna diſcordiaq; inter ipſa ſanandi oritur remedia. Scilicet ijs quæ refrigerant quãuis temperiẽ naturæ concilient, ſaltẽ abundantiã intra corpus detinentibus. Quæ vero rarefacienda cute hanc educant, omnibus calfacientibus. Sic vt ſi abũdantiã emittere velis: febrẽ augeas. Si febrem refrigerare: abundantiã moreris. In hanc conſilij inopiam deueniunt, qui ſtatim a principio non vacuarunt, Eraſiſtrati perſuaſione inducti. Qui nec ſpontanea ſanguinis profluuia potuit imitari. Optimũ igitur factu eſt (id quod nos ſemp in re quaq; facere vidiſti) ſtatim nõ numero dierũ, ſed vni viriũ robori, in febribus eius generis, attentũ eſſe. Quippe quod ſi ſeruatũ eſt: nõ ſolũ ſexto ſeptimo ve: ſed etiam ſequentibus diebus, ſanguis eſt mittendus. Quod ſi curare aliquando infirmũ cogeris, cui non ſolũ antea ſecandæ venæ remediũ prætermiſſum eſt: ſed nunc quoq; vel per medicorũ ignorantiam, vel ipſius laborãtis, propinquorũ ve eius timiditatẽ procedẽte tempore mittere ſanguinẽ ꝓhiberis: ad frigidam exhibendã accedes. Sed diligenter ante diſcernens, quantũ ex ea nocumentum contingere poſſit. Nam ſi id aut exiguũ erit, aut nullũ: offerenda potui eſt, quæ prorſus ſit gelida, quantũ bibere ægro libet. Quĩ imo magis id audebis ſi frigidæ potioni inſueuerit. Sin magnũ timeť incõmodũ: ab hac quidem abſtinẽdũ. atq; alijs auxilijs quib⁹ obſtructio eximatur, et abũdantia vacuetur, et febris feruor deferbeat, vtendum. Porro incõmoda, quæ frigidã potionẽ intẽpeſtiue ĩmodiceq; exhibitã, ſequũtur: in his conſiſtunt. Quod lentos craſſoſq; humores, ſiue hi obſtructiones, ſiue putredinẽ, ſiue Phlegmonẽ, ſiue qualis Eriſepelas, aut Scirros, aut Oedema eſt, affectum creauerint: attenuari digeriq; prohibent. Ergo quoties ex his febris accenditur, atq; ad eos vacuandos frigida data nõ conducit: ad præſens quidem non parum affert leuamen. Propterea qđ iã accenſam febrẽ extinguit. Verũ cũ cauſa eius adhuc perſtet:

*Cur feſtinãdũ ĩ his ad ſanguinem detrahẽdũ.*

*Vbi ſãguis non mittiť, quæ ĩcidat difficultas.*

*Eraſiſtrati perſuaſio.*

*In his febribus nõ numero dierũ ſed robori viriũ, ꝓ ſãguine mittẽdo attẽdendum.*

*De frigida exhibẽda.*

*Frigidæ itẽpeſtiue datæ incõmoda, ĩ quib⁹ conſiſtant.*

aliam denuo accendi eſt neceſſe. Atq; ea quæ præceſſit non nūq̄ diffi-
ciliorē. Propterea quod denſatū ex frigida corpus eſt. Atq; hæc vna
noxæ ſpecies eſt. minime cōtēnenda. Altera talis eſt. Multæ laborātis
imbecillæ particulæ, ſiue ita ſe ex naturali intemperie habeant, ſiue ex
vicio adſciticio: a frigida leduntur. Alij nāq; gula adeo vehemēter eſt
affecta, vt vix deglutiret. Alij ventriculus, ſic vt vix cōcoqueret. Alij
ipſum vētriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut ſeptū trāſuer-
ſum, aut renes, aut veſica, aut tale quippiā aliud, a frigida percuſſum:
ad propriū opus infirmū eſt redditū. Nō nulli autē ex intepeſtiua im
modicaq; eius potione, nō multo interpoſito tēpore, nec poſt modū,
ſed illico difficultate ſpirādi, et cōuulſione, et tremore corripiunt, ac
toto (vt ſemel dicā) neruoſo genere lædūtur. Nec ignoro quin formi-
doloſum te ad frigidā offerēdā, ijs quæ memoraui reddere, niſi ea me
vſum ſubinde vidiſſes. ſempq; cū ſucceſſu. nec ægrū in vllo manifeſte
læſiſſe. Quibuſcūq; em̄ i pncipe particula tumor aliquis e Phlegmo
nes, Oedematos, aut Scirri genere. conſtitit: ijs frigidam offerre non
oportet. Sed nec ijs quib⁹ obſtructio, putridus ve humor non conco-
ctus incōmodat. Quod ſi euidētes pcipis abſq; iā dictis tumoribus,
cōcoctiōis notas: illud dumtaxat æſtimabis, ſit ne pars aliqua tēpera
mento adeo frigido, vt in hanc noxa procūbat. Porro Eriſepelas qđ
verū Eriſepelas ſit, nō aliter ſanaueris. At ſi mixtū cū phlegmone ſit:
in hoc cōcoctionis expectandæ ſunt notæ. Atq; hæc latius q̄ p re nūc
propoſita. Cū poſtmodū etiā forte neceſſum erit de frigida exhibēda
mentionē facere. Nunc em̄ altera continētium febriū, ex ſola obſtru-
ctione eſt orta. Altera vero, etiā cū putredine per oēs venas. Cū ergo
cōcoctionis humoꝝ in his notas videris, de quibus dictum abūde in
libris de criſi eſt: audacter frigidam dabis. Quippe ſolidarū anima-
lis partiū natura roborata, prætenuatos iā humores, aggreditur. Ita
vt qui vtiles ſint, atq; ad nutriēdū habiles: hos quidā ad ſe trahat, in-
utiles vel p ventrē, vel p cutim eijciat. Quod ſi etiā frigidæ aſſuetus
æger fuit: magna cū fiducia frigidā exhibebis. Ipſa ſcilicet experiētia
iam doctus, oia viſcera, eius occurſum familiariter tolerare. Omnino
nāq; ſi quod frigidū adeo eſſet, vt ab hac offenderet per ſanitatis id tē
pus euidēter offenſam ſuā oſtendiſſet. Nulla vero p ſanitatē particula
quicq̄ ab hac læſa: nec etiā inter febricitandū quicq̄ lædetur. Vbi nāq;
non nulli aquæ frigidæ potioni non aſſueti, tamen propter ardentem
febrem eam bibere coacti, nullum incōmodum ſenſerunt: multo pro-
fecto minus eoꝝ qui aſſueuerūt quiſq̄ lædi debet. Cui etiam quaſi pro
munimento maximo accedit ipſa caloris copia. Hic nanq; cum in va-
ſorum finibus plurimus contineatur, vtpote tū aerea in his ſubſtātia,

Quæ in febri cū intēpeſtiue datur faciat.

Quib⁹ frigida danda non eſt.

Si concoctionis apparēt notæ quid adhuc æſtimādū.

Eriſepelas potu frigidæ ſanari.

Quādo in duab⁹ ſynochis frigida exhibenda.

Solidarum natura roborata qd faciat.

Ipſam caloris copiam cōtra frigidæ noxam quaſi munimen eſſe.

tum etiam ſuccis omnibus inflãmatis: quantum ab frigido patitur refrigeratus, tantum rurſus calfaciendo in ipſum agit. Ideoq; minus tuta, ijs qui exiguũ ſanguinẽ carnẽq; optinent, frigidæ potio eſt. Celeriter nãq; ad ſolidas animalis peruenit partes. Nulli quod eiꝰ vim frangat, occurrens.

Quibꝰ naturis frigidæ potio parꝶ tuta.

Eo etiam fit, vt hæcticæ febres, nec perinde eam quæ prorſus ſit gelida, nec multam deſyderent. Ceu quæ extenuatis omnino, exiguiq; ſanguinis corporibus incidant. Verum de illis poſt agetur.

Hæcticis nec gelidã nec multã exhibẽdã.

Maxima vero continentium febrium remedia. hæc duo ſunt. Detractio ſanguinis et potio frigida. Verum illa nullo non tempore modo vires ſuſtineant: hæc cum et in pulſu, et vrinis, concoctionis euidentes cernuntur notæ. febris autẽ eſt maxima. Attendenda vero cum venæ ſecandæ indicationibus ſunt: tum quæ eam præcedunt, tum vero quæ omnino excipient. Nam ſi præcedat ciborũ cruditas, tãto tẽpore differre venæ ſectionẽ iubebis: quantũ ſatiſfacere, tũ ad eorꝶ cõcoctionẽ: tũ vt excremẽta diſcẽdant videbiť. Sin ſequeť neceſſario vacuatio quæpiam: tantũ illi de ſuperãte parcẽdum: quantũ eſt per eam vacuãdum.

Ad ſectionẽ venæ æſtimanda eſſe tũ quæ præceſſerũt, tũ quæ ſequẽtur.

Itaq; ſi tẽpore mittendi ſanguinis. menſes moueri contigerit, ſiue etiam ora venarum ſanguinem fundere ſolita, ſint recluſa: ſi iſpecto fluentis impetu, ipſe ſatis fore videbitur, qui ſolus quod requiris vacuet: naturæ rem omnem permittes. Sin minus tantum ipſæ detrahes, quo ex coniunctis ambobus, perficiatur quod poſtulas. Veluti autem in his ad ipſam naturalem vacuationem, quæ ſenſu vſurpetur, non leuiter attentum eſſe oportet: ita alibi vel ad naturã ipſam, vel ætatem, vel cæli ſtatum. Sunt enĩ nonnulli ad exhalandos digerendoſq; corporis ſuccos, natura propenſi. Pueri certe propter ætatem perpetuo. Cæli vero ſtatus vbi calidus nimium eſt, et ſiccus. Voco cæli ſtatum: ipſam ambientis nos aeris tẽperiẽ. ſub qua et anni tẽpus, et regio cõprehẽditur. Quando horũ quoq; vtrũq;, ex ambiẽtis tẽperiæ, indicationem mutuatur.

Quæ naturæ ſãguinis miſſionem recuſent. Pueri cur. Cæli ſtatus cur. Cæli ſtatus quis.

Propenſi autẽ ad dirigendos corporis ſuccos ſunt, quicũq; natura ſunt humidi. magiſq; ſi accedat caliditas. Præterea qui raro corporis ſunt textu. Ad hæc quibꝰ os vẽtris aut amara bili abũdat, aut imbecillũ eſt, aut ſupra modum ſenſile. Atq; hæ quidẽ indicationes ſunt, quæ ſanguinẽ detrahendũ dehortãtur.

Qui ſint ad ſuccos digerendos parati.

Contra poſtulant, vna cũ affectu cuius cauſa primũ requirebať, habitus durus, denſuſq;. et vno verbo qui haud facile digeriť. tũ ambiens humidus frigiduſq; Sane merito quædã ſanguinẽ mittendũ adhortãtur, quædã dehortantur. Siquidẽ ea pro vacuatione omnino ſuſcipitur. At eorũ quæ comprehẽſa ſunt, quædã tranſpirationes morantur. Quædã promouent. Et quædã ad vacuandũ prõpta ſunt. Quædã ſecus. Sane trãſpirationem corporũ prohibent, tũ meatuũ ſtipatio, tũ circũdantis nos aeris

Quis ſanguinis miſſionem poſtulet.

Quæ ꝓmo ueant.

humiditas et frigiditas. Cõtra promouent, ea quæ his ſunt cõtraria. Eoꝝ autẽ quæ vacuantur, quæ calida humidaq; ac tenuia ſunt, ea celer

Quæ facile digerãtur, et quæ nõ.

rime digeruntur. Cõtra quæ craſſa glutinoſa et frigida ſunt, ægre trãſ pirant. Atq; hæc quidẽ ad rem ꝓpoſitã de miſſione ſanguinis, ac frigidæ aquæ potione nõ ignoraſſe expedit. Quarũ vtrãq; metuentes non

Hęmophobi. pſychrophobi.

paucos medicos vidiſti. vtiq; ĩperitos. Quorũ alteros hæmophobos id eſt ſanguinis mittẽdi timidos. Alteros Pſychrophobos. i. frigidæ exhibẽdę formidãtes, ſic græce nominamus: ſicut ꝗ a rabido cane ſunt morſi, Hydrophobos. Sunt em̃ procul dubio horũ quoq; aliqui, præ dogmatis ſui ſtudio, non leui in rabie. Ergo relictis his nos inſtitutũ

Quẽadmodum ſermo a diarijs ve nerit ad cõtinuas.

ꝓſequamur. Ad memoriã reuocãtes quẽadmodũ ſermo noſter occaſione cõmuniũ quorũdã in ipſis accidẽtiũ, a diarijs venit ad cõtinuatas. Qm̃ enĩ obſtructionis affectus, cũ et ipſa exilis eſt, et rite curaẽ, diariã febrẽ efficit, cũ vero vel ꝓpter magnitudinẽ, vel medici iuſticiã, conſuetũ diariarũ tẽpus exceſſit, aut cõtinentẽ, aut aliquã earum quæ certo ambitu repetunt: merito nos de ea quæ diarijs cognata eſt cõtinenti febre diſputatio excepit. Propter hãc vero ꝓtinus et de hac quæ cũ putredine humoꝝ erat. Viſumq; ſatius eſt, vel claritatis, vel exercendi legentis cauſa, vnius ægroti in vtroq; febrium genere mentionem facere. Igitur quoniã hæc nobis peracta ſunt. ac per ea demõſtratum euidenter eſt, id quod in præcedenti hunc libro ad calcem eſt di

Reuertitur ad methodum.

ctum, oportere in alijs febribꝰ quæ amplius diariæ nõ ſint, nõ modo ab ijs rebus quæ in illo præcipiãtur faciundorum indicationes peti, ſed etiã ab ea cauſa quæ febrẽ excitet, ac laborantis viribꝰ: ad vniuer

Ad artis cuiuſq; ſciẽtiã et generalẽ methodum et exercitationẽ ĩ particularibus requiri.

ſalẽ denuo exercitationẽ reuertamur. pro comperto habentes non licere vllius artis ſcientiam nanciſci, niſi et methodum quandam habueris per vniuerſalia vocata theoremata, et in particularibus te exẽplis exercueris. Cum neq; fieri poſſit, vt ſine multiplici in ægris ſingulatim exercitatione, quod ex vſu ſit facias, nec ſine vniuerſalium cognitione probe exercitatio procedat. Quippe cum in vniuerſalibus methodus, in particularibus exercitatio conſiſtat. Tanq̃ igitur qui iter aliquod ingredi ſtudent, vtroq; inuicem vtũtur crure, qui altero clau

De virium indicatiõe.

dus eſt, vno dumtaxat vtitur, et longo ſpatio, et ſæpe errans viã peragit: ita ſane et qui finem cuiuſlibet artis conſequi parat, duobus his

In eos qui virtutis ĩdicationẽ cõferre ad curationẽ negabant.

veluti cruribus, vel inſtrumentis, vel quomodocumq; appellaſſe libet, vti debebit. in vniuerſalibus theorematis, methodo. in particularibus exercitatione. Reuerſi igitur ad methodum, nunc age de ægrotantis agamus viribus, conferant ne ad curationem hæ quippiam, an plane nihil, ceu nonnullis eſt viſum. Videtur tamen eorum qui inutilem virtutem eſſe ad curationem inueniendam dicunt,

non propria operum artis diſceptatio eſſe. ſed logica potius. ac ſophiſtarum. Aiunt enim ab eo quem curamus affectu, faciendorum indicationem præſtari. Haudquaq̃ a viribus. Ergo et anni tempus, et regionem, et ſtatum cæli, et ætatem, et cõſuetudinẽ, et corporum temperies, inutiles eſſe eadem ſcilicet ratione dicunt. Poſtea cum mutare curationem propter hæc coguntur, immemores eorum quæ inter initia dixerant, quædam eorum contraria aliquando indicare aiunt, ijs ad quæ curantis conſilium dirigitur. quædam ad præſidiorum materias eſſe vtilia. quemadmodum & animalis partes. Etenim in illis quoq; eadem vtuntur ſtropha. In principio ſermonis inutiles eas eſſe ad curationis inuentionem aſſerentes. Poſt vbi redarguuntur, ad curationis quidem indicationem inutiles dictitantes. ad materiæ tamen mutationem, vel inuentionem, vel differentiam, vel qualitatem, (nam nec nominant eodem omnes modo) neceſſarias eſſe fatentes. Itaq; quod modo dixi, nunc quoq; repetam. Nempe quod egreſſi ex eo quod in arte eſt vtile, in logicam diſceptationem veniunt. Eſt nanq; artis vtilitas auxilia quibus æger ſanetur, inuenire. Quo illi relicto de nominibus litigant. Endixes, et Antendixes, quaſi indicationes et indicationum contradictiones dicas, item communitates, et Scopos, et auxilioꝝ materias, aliaq; ſimilia loquẽtes. Scilicet hac nominũ diuerſitate, reſponſum pro ijs quæ falſo affirmauerant, dediſſe ſe arbitrantes. Ego vero minime veto nominibus quib⁹ libitũ ſit vti. Meminiſſe tamen eos velim, eorũ quæ ab initio ꝓpoſuerunt. Ea ſunt auxiliorum inuentiones. Ad quas quicquid cõducere quomodolibet videbitur, id fatendum eſt ad curationem eſſe neceſſarium. Sic igitur et virtus neceſſaria ne conſyderatu in ægris a medico ſit, an non indagem⁹. Ego eñ ſæpe maxime eſſe neceſſariã aio. Sic vt quæ circa ægrũ adminiſtrãtur: oĩa ferme eius vnius cauſa fiãt. Aliquãdo mediocriter neceſſariã. Sic vt aliquid ex hac quoq;, ad ea quæ faciẽda ſunt, cõſilij petatur. Nõ tamẽ præcipua faciendoꝝ ratio huc oĩs referatur. Poſſũ rurſus oſtẽdere tibi, virtutẽ adeo exiguũ ad inuenienda remedia conferre, vt propter exilitatẽ etiã lateat. Alias vero prætermitti, ac ſilẽtio præteriri, quaſi prorſus ex vtiliter conſyderandis nõ ſit. Verũ quod accidit in virtute, id in reliquis oĩb⁹, quæ aliquid faciẽdũ indicãt, vſu venit. Nã aliquãdo aliud eoꝝ alio minus, aut plus valet. Aliqñ adeo eſt valẽs, vt ſolũ ĩdicare videat̃: aut ita ĩbecillũ, vt omittat̃. Hæc igit̃ dũ doceo: adſis animo veli. Illud habẽs ĩ memoria qđ nec ĩ alijs vllis curatio quæ ꝑ methodum agit̃, cõſiſtit, nec alius ante nos quiſq̃ oĩa ea ordine definiuit. Quãq̃ etiã ab Hippocrate via eſt inuenta. Hæc eñ ĩpa q̃ ego nũc enarraturus ſũ, ille curationẽ ĩdicare p̃mus oĩm ſcripſit.

Verum ceu primus inuentor, nec debitum omnibus ordinem dedit. nec cuiuſq; indicationis dignitatem ad vnguem finiuit. et quaſdam in ipſis diſcretiones omiſit. obſcureq; plurima pro antiqua dicendi breuitate eſt interpretatus. Præterea de complicatis affectibus, pauciſſima omnino præcepit. Ac vt breuiter dicam omnem ad medicationē viam aperuiſſe mihi videtur. Sed ita tamē, vt ea curam diligētiāq; ad abſolutionē deſyderet. Veluti nunc quoq; videmus quaſdam veterum in terris viarū. Quibus pars quæpiā eſt, vel lutoſa, vel lapidib⁹ ſentibus ve īpedita. vel moleſte ardua, vel piculoſe prona. vel feris obſeſſa. vel ꝓpter magnitudinē fluminū, inuia. vel longa. vel aſpera. Itaq; cū ſic ſe haberent oēs in italia viæ: eas Traianus refecit. Quæ quidem earū humidæ ac lutoſæ partes erant, lapidib⁹ ſternens. aut editis aggeſtionibus exaltās. quæ ſenticoſæ. et aſperæ erant, eas expurgans. ac flumina quæ tranſiri nō poſſent, pontib⁹ iungens. Vbi longior quā opus erat, via videbatur, aliā breuiorē excindens. Sicubi vero ꝓpter arduū collem difficilis erat, per mitiora loca deflectēs. Iam ſi obſeſſa feris, vel deſerta erat. ab illa transferens. ac per habitata ducens. tum aſperas complanans. Itaq; mirari nemo debet, ſi cum viam rationēq; medendi ab Hippocrate inuentā eſſe, ſim teſtis: ipſe tamē hoc opus ſcribere ſum aggreſſus. Neq; enim ad hæc ceu plane nō inuenta. Sed veluti quæ proxime diximus deſyderātia: prodenda venimus. Nemine priorum qui eā methodū abſoluerit, ante me inuento. Quādo alij omnino eā nō nouerant. Alij cū noſſent, nō potuerunt tamē quod defuit adijcere. Non deerant qui incognitā eſſe vmbraq; inductam ac prorſus e medio ſublatam voluerūt. Ii vero qui fuerint, in progreſſu dicetur. Nunc qđ promiſi aggrediar. omneſq; deinceps medicādi indicationes exponā. Vtile autē ad claritatē eorū principiū ſumetur, ex reuocatis ad memoriā ijs, quæ in proximo libro diſſeruimus. cum de diarijs ageretur. Videbatur eñ in illis prima, ac (vt ſic dicā) maxime præcipua faciendorū indicatio eſſe, quæ affectum ægrotantis ammouendū ſuadet. Aeque vt in ſanis prima eſſe, quæ ſtatum eoꝝ ſeruādū monet. Verum hic ſicut per ſimilia ſeruatur: ita per contraria perimitur. Conferre præterea ad auxiliorum inuentionem diximus, tum ipſam corporis temperiem, vna cum conſuetudine: tum regionem: tum anni tempus. tum cæli ſtatum. In quibus vero morbis egregius aliquis in vna parte animalis affectus ſubſiſteret, veluti ex aduſtione, in capite: a parte quoq; ipſa aliquam faciendorum indicationem ſumi. De viribus tamen, vel cauſa quæ affectum creet, in eo libro nihil eſt dictum. Propterea quod nec vires in diarijs febribus egregiam vllam prouidentiam requirant, vtpote validæ, nec affe-

[Margin notes: Traianus. — Omniū medicādi indicationū explicatio. Quæ ī ꝓximo libro dixerit.]

ctus vllus in vera diaria ſubſit, quæ eam vel gignat, vel augeat. Nam vtroq; modo loqui licet. Verum nunc prius de viribus præcipiam. deinde ad cauſas quæ febrem excitant accedam. Gubernãt animal vt in libro de Hippocratis & Platonis dogmatis eſt monſtratũ, tres diuerſi inter ſe generis facultates. toti corpori ex ſuo quodam veluti fonte quæq; diſtributa. Eas Plato animas vocat. propriã cuiuſq; ſubſtantiam inueniens. Eſt em̃ eaꝝ quædam ad nutriendũ animal neceſſaria. ac ſtirpibus cõmunis. quæ iecur veluti pro fõte habet. Canales vero ab hoc in totum corpus ſparſos, ipſas venas. Hanc ſeu appetitricem, ſeu naturalem, ſeu altricem voces: nihil intereſt. Veluti nec ſi animam, aut facultatem appelles. Altera eſt, quæ non modo vt ſtirpibus, aut vita præditis. Sed etiam vt animalibus nobis eſt inſita. Hæc ſedem in corde habet. Ipſo quoq; inſiti caloris quodã ceu fonte. Ab hoc fonte canales arteriæ ſunt. vocaturq; hæc multis ſane nominibus. Nam et facultas ſiue virtus vitalis. & facultas ſiue virt⁹ animoſa. et anima animoſa dicit̃. Tertia ratiocinatrix in cerebro domiciliũ habet. Ea voluntarijs actionibus, vna cũ ſenſib⁹ præſidet. Vtit̃ et hæc particulis quibuſdam, ceu canalibus. nempe ipſis neruis. ſenſum motũq; per hos in totum animal tranſmittẽs. Ergo has facultates ſeruare, nihil plane eſt aliud, q̃ vitam ſeruare. Siquidem monſtratum eſt, qualibet earum amiſſa, neceſſe eſſe reliquas quoq; vna perire. Ac propterea in opere de ſanitate tuenda, huc omne cõſiliũ direximus. In hoc vero quod eſt de methodo medendi, primũ propoſitum, et ei quod in opere de ſanitate tuenda ꝓponitur, ad portionem reſpõdẽs: morbi eſt ſublatio. Quãdo cuiuſmodi in illo ſanitatis eſt tuitio, eiuſmodi in hoc eſt morbi ſublatio. Quoꝝ vtriq; vnũ eſt cõmune. ipſa ſcilicet vitæ cuſtodia. Quæ nimirũ in illo opere ſanitatis cuſtodiam ſequebatur. Quod em̃ ſecundæ valetudinis tuendæ gratia gerit̃, idẽ ſtatim et vitam tuetur. at in hoc ope aliter ſe habet. Propterea quod quæ affectiones præter naturam in nobis diſcutiunt: ea non omnino vitam cuſtodiant. Quippe aliqua eiuſmodi prædita ſunt facultate, vt ſi immoderate, aut intempeſtiue vtare: vitam adimant. Siquidem in ſanguinis miſſione, quã vſq; ad animi defectum faciendã eſſe, paulo ante diximus, quo flamma in continentibus ex meatuũ clauſura febribus, extingueretur: non paruũ merito ſubſequetur incommodũ. niſi oportuno tẽpore, aut debita menſura fiat. Duos nãq; in ipſis medicorum manibus perire vidi. qui poſtq̃ animo linqueretur, nũq̃ reuixerunt. Multi vero & ſi non protinus, at poſtea propter virtutis infirmitatem perierunt. Quos ſi quis citra eius reſolutionem vacuaſſet: minime perijſſent. Quinetiam aliqui in morbos inciderunt lon-

Tres facultates animal gubernare.

Plato.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Hanc facultatem sub naturali comprehendit Galenus lib: i cap: 3 de missione sanguinis, ubi duas tantum facultates animantia gubernantes, esse asserit.

Qualibet triũ virtutum amiſſa neceſſe eſſe reliquas perire.

Intẽpeſtiue miſſi ſãguinis incommoda.

gos. Poſtq̃ immodica inanitione reſoluta naturalis vis fuit. Alijs cũ immodice vacuationis noxam ſartire nõ potuiſſent: in omne reliquũ vitæ tempus, totius corporis temperamentũ redditum eſt frigidius. Ex qua refrigeratione, facile ex quauis occaſione læſi, alij decolorati, ac malo corporis habitu vixerunt. Alij ex eo ipſo in morbos deciderunt exitiales. Aquã intercutem. et orthopnæã. et iocinoris ac ventriculi imbecillitatem: et apoplexian. et deliria. Ergo cum virtus tantopere neceſſaria ſit, eam autem lædãt omnia vacuantia remedia, ſi quis ſcilicet ijs parum moderate vtatur: vtiq; aduerſæ inter ſe faciendorum indicationes in talibus corporibus ſunt: in quibus affectus quo expugnetur, notabilem vacuationem deſyderat. virtus autẽ hãc ferre non valet. Verum cum ſæpe ex vacuatione virtus nihil lædat: hinc ſumitur inconſideratis & temerarijs medicis occaſio, vt eã prætermittant. ceu nuſq̃ quicq̃ indicet. Falluntur autem (vt dictum eſt) ꝓpterea quod non intellegunt, alterius cuiuſdam rei cauſa virtutẽ eſſe ſpectandam. nec quicq̃ ad affectum ammouendũ indicare. Tanq̃ igitur in ijs qui valent, ſemper ea comitatur quæ ſanitatis gratia adminiſtrantur, nec eſt quicq̃ inuenire quod ſanitatem tueatur, quod idem vires corrumpat: ſic in ægrotantibus aliquando ijs ſuccedit quæ veluti in perniciem eius adminiſtrantur, aliquando ab ipis ſoluitur. Si nãq; abundantia paulo viribus ſupior fuerit: vtiq; ex moderata vacuatione, adeo nullum accedit viribus incõmodum, vt etiam maximum comparetur commodũ. quod eam premebat ſublato. Sin quo affectus ſanetur multa vacuatione eſt opus, reſoluetur autem ex tanta inanitione virtus: non modo rurſus homini nõ proderit: ſed etiã maximum illi periculum afferet. Porro in ijs continentibus febribus, quæ ex ſtipatione meatuũ accenduntur, quoniam valida plerũq; virtus eſt: citra periculum vacuatio adhibetur. In alijs vero morbis maxime eſt periculoſa. Veluti (ſi ea forte incidit) in corruptela humorum. De qua tempeſtiuum eſt, mentionem facere. quo omnes mittendi ſanguinis indicationes in hoc libro decidamꝰ. Ergo quod corruptum eſt, id alienum a natura eſt. quod tale eſt id ſe auferendũ dictat. Si igitur cum viribꝰ imbecillis corruptela incidit: vtiq; quod affectus remedium eſt: id cum virtutis cuſtodia pugnat. Siquidem affectus vacuandum eſſe præcipit. Idq; vel vena inciſa, vel purgatione. Harum autem neutram ferent imbecillæ vires. Quoniam igitur in omnibus eiuſmodi repugnãtijs incerta ſuccurrendi ratio eſt: alias inſanabilis omnino affectus relinquitur. Alias ſpatio, & ægre, idq; ſi magnum nactus ſit medicum, ſanari poterit. Oportet nãq; vbi indicationes ita ſibi aduerſantur, et paulatim quod vitioſum eſt va-

Virtutẽ aliquando ex ijs q̃ veluti in pniciem eiꝰ fiãt, iuuari.

Vbi vacuatio virtuti aut oberit.

De corruptione humorum.

cuare, & paulatim inuicem quod ſalubre eſt, pro eo reponere. Vocãt medici eiuſmodi vitioſi ſucci curationem, græce Epicraſin. Memineris vero mihi ad ea quæ dicẽda ſunt, etiã quorum cauſa venæ ſectio petitur. Nam quoniam hæc ſanguinis vacuandi cauſa adhibetur, ſanguis autem vtilis naturæ eſt: vtiq; probe hanc adminiſtrari conueniet, ſic vt quod inutile naturæ ſit emittat. Fit ſanguis naturæ inutilis, bifariam. vel cum propriam qualitatem ad vnguem non ſeruat, nec amplius nutrire ſicut prius, cum vtilis eſſet poteſt, vel ita multitudine creuit: vt aut vires premat, aut tum venas, tum arterias, vel diſtẽdat, vel ſindat. vel obſtruat. Ac in his quidem miſſio ſanguinis vtilis eſt. ceu vacuantium præſidiorum vna. In alijs, ceu quod humorum vehemẽtiorem impetum ad diuerſam partem reuocet. vel per propinqua deriuet. Poſtulat autem ſemper valentes vires. quæ modo vacuationis eius reſpondeant. Ad hæc igitur reſpicientes: ſanguinẽ detrahimus. alias ſemel, alias bis. vel ter. vel ſæpius. veluti in ſequentibus patebit. In præſentia vero illud manifeſtum fecimus: virtutem vacuantia remedia aliquando citra noxam ferre. vtpote nec adiutam ab his quicq̃, quod ſit æſtimandum, nec vero læſam. Sæpe vero magis minuſve tum iuuari, tum lædi. Præterea quoties notabilis illi ex vacuantibꝰ auxilijs noxa incidet: toties patere, ipſam quoq; vtile aliquid ad conſyderandum indicare. Aeque vtiq; vt cum manifeſte iuuabitur. Vbi vero ex ijs quæ affectum ſummouent, nec commodum illi accedit vllum, nec incommodum: ibi velut inutilis prætermittitur. Porro vna ſemper eſt quæ ab hac præſtatur conferentis indicatio. Veluti etiam reliquorum omnium. Nam quicquid pro natura ſua indicat: id vnum ſemper indicabit. ceu quod vnam habeat naturam. Atq; id vnum ſi quod indicationem facit ſimplex eſt: ipſum quoq; ſimplex erit. Sin illud eſt compoſitum: hoc quoq; erit compoſitum. Sane quædam ſui cuſtodiam indicant, quædam ammotionem. Siue autem hanc indicent, ſiue illam: quod ſimplex eſt ſimplicem quoq; indicationem habet. Quod non ſimplex: etiam non ſimplicem. Idcirco in ſuperioribus ſemper ſimplicem intemperiem, ſimplicem indicationẽ præbere diximus. veluti in frigiditate et caliditate. Non ſimplicem vero, etiam indicationem ſuggerere non ſimplicem. Calidam enim ſiccamq; intemperiem, curationem ſui per ea quæ humectent & refrigerent moliendam indicare. Ergo virtus quoq; vnã rem ſemper indicabit. vtiq; ſui cuſtodiam. Quibꝰ ergo (roget quis) rationibus ſeruabitur? Nempe potiſſima ratione ex eo quod de ſubſtantia eius vel inanitum, vel alteratum eſt, corrigendo. Secundo loco ex prohibẽdis ijs, quæ ſubſtantiam eius vacuare alterare ve poſ-

Vbi cũ corruptiõe humorũ virtꝰ ĩbecilla eſt. quid agendum.

Epicraſis quid.

Sanguinẽ reddi inutilẽ bifariã.

In qbꝰ miſſio ſãguis, vt vacuatio vtilis ſit.

In qbꝰ aliter vtilis.

Vnũ eẽ qđ a virtute indiceť ſicut a reliqs oibꝰ

Quibꝰ rebꝰ ſeruetur virtus.

ſunt. Cōp̄henſa vero inter ea quæ alterant, breuitatis cauſa ſint, et
quæ eius vnitatem diſtrahunt. Hæc itaq; cum virtus perpetuo indi-
cet: in valentibus (ſicut dictum eſt) conſenſus agendorum omnium
ad eius perennitatem eſt. in ægrotantibus non ſemper. Quo tem-
pore æſtimari debebit, quod vel magnitudine, vel dignitate (vt prius

Maxīa dignitas indicationis a virtute.

eſt dictum) p̄ualeat. Maxima igit̃ dignitas ipſarum eſt viriū. Quan-
do viuere ip̄m nobis ex harum cuſtodia conſtat. vtpote cum vitam
aut ipſas eſſe vires, aut earum actiones ſit neceſſe. At vita ip̄a, nihil
eſſe prius in animantis corpore poteſt. Propterea quod nec ſanos

Vita qd.

eſſe citra vitam licet. Virtus ergo omniū prima cuſtodienda homi-
nibus eſt. Idq; ex eo quod nec eius ſubſtantiam inaniri, nec tanta al-
teratione alterari, quæ coruptioni ſit propinqua, patiantur. Atq; hu-
ius cuſtodiæ pars eſt, vbi vel temperiem ip̄am præſentem ſeruamꝰ,

Scđæ dig. indicatōis ab affectu.

vel abſentem īducimus. A virium indicatione proxima eſt. quæ ab
affectibꝰ quos curare proponimus datur. poſtea deinceps reliquæ.
Quicquid igitur indicationi quam vires p̄bent aduerſatur: id ſecun-
di eſt loci. ac poſterioris, ijs quæ illæ præcipiunt. Quæ vero cū ijs
q̄ viribꝰ cōducūt, in idē cōpetūt: hæc vtrūq; calculū referunt. & eorū

Quæ ſine mora obeūda.

q̄ primæ (vt ita dixerim) ſint notæ: & eoꝝ q̄ ſcđæ. Itaq; hæc citra oēm
cūctationē ſūt obeūda. Quæ vero aduerſant̃, aliquādo adminiſtrāda
prorſus nō ſunt, aliquādo paulatim. Quippe ſi quē curare ſtudes af-

Quæ aliqñ obeūda nō ſunt. aliqñ paulatim.

fectū, is vacuationem requirit: vires autem extrema imbecillitate
laborant: toto illo tempore quo vires reficimꝰ, eorum quæ affectum
ſanent, nihil plane ægrotanti exhibebimus. Vbi vero eo roboris p-
ueniſſe eas cōijcimus, vt nihil parum ve ex vacuando ſint lædendæ:
tum eſt ad affectus quoq; curationem accedendum. Prima igitur om
nium indicatio ea eſt, quæ a virtute ſumitur. Verum non ſic prima,

Indicatio a virtute, quō ſit prima. & quō non.

vt quæ curationem doceat. cum ex numero curatricium indicationū
non ſit. Verum (vt ita dixerim) vitalium, ſiue quæ ad vitæ cuſtodiam
pertinent. Nam neq; vt valeamus, nec vt a morbis liberemur ab ea
quicq̄ primū deſumimus. ſed vt viuamus. Additum autem in ſermo-
ne eſt: illud primū, quod ex accidente aliquando virtutis roboratio,
ad affectus curationem conducit. Verum id in ſequentibus docebi-
mus. nunc ad penſum rurſus redeamus. In paucas ſummas compē-

Breuiariū idicationū. Tres eē medicatorias idicatiōes generales.

dij cauſa, rem omnem cogentes. Medicatoriæ indicationes a mor-
bo ipſo ſumuntur. a corporis temperamento, et tertio ambiente nos
aere. Quod ſi aliæ quædam antea ſunt poſitæ, rurſuſq; non hæ modo,
verū etiam aliæ dicentur: omnes tamen ex ijs in partes diductis, na
tæ videbuntur. Siquidem corporis temperies quæ illo tempore fuit,
quo ægrotare id cœpit, quæq; ad inueniēda remedia eſt vtilis: ex na-

tura, ætate, conſuetudine, et ambiente nos aere ortum habet. Ambiens vero ipſe eiuſmodi eſt redditus, propter tum regionem ipſam, tum anni tempus. tum cæli ſtatum. Ergo cum vnum ſit eorum vtrūq; ex pluribus tamen tale efficitur. Affectus vero haud quaq̄ vt in cauſas, diduci eſt aptus. ſed vt in differentias. Nam aut in ſimilarib⁹ cōſiſtit partibus, aut in inſtrumentarijs. Ac in ſimilaribus quidem vel ſimplex eſt intemperies, vel compoſita. In inſtrumentarijs circa ſimplicium partium, vel poſituram, vel formam, vel numerum, vel magnitudinem, tum quæ horum traditæ ſunt differentiæ, conſiſtit. Hæc itaq; tria illa prima ſunt, quæ curationem indicant. Nempe ambiens ipſe cum geminis corporis ſiue affectionibus ſiue conſtitutiōibus libitum eſt appellaſſe. vna naturali, altera quæ præter naturā ſit. Hæc autem morbus eſt. Non poſſe autem plura eſſe genera indicationum quæ ad medendum pertineant, quam tria quæ modo diximus, ex ipa rerum ſubſtantia ſcire licet. Nam morbus & ſanitas corporis ſunt affectus. Ille ſe tollendum. Hæc ſe tuendam indicans. Ambiēs vero is eſt ſine quo nec tolli morbus, nec teneri ſanitas poteſt. Hic igiť cauſæ ſine qua non, obtinet rationem. At vero cum id quod ægrotat alteramus, niſi conſtat quouſq; ſit mutandum, vtiq; quando ſit ab alterādo deſiſtendum non intelligemus. Generatim igitur in omni curatione agendorum indicationes in his ad ſummū tribus conſiſtūt. Membratim vero (vt ſupra eſt comprehēſum) aliquæ ſimplicium particularum ſunt propriæ. aliquæ compoſitarum. Eorum ergo quæ in ſimplices incidunt partes, vnū eſt intemperies ea, quæ in calido conſiſtit. Hæc cum in totum diffuſa corpus eſt, febris nominatur. ideoq; omnis febris, qua febris eſt: humectatio refrigeratioq; remedia ſunt. Ac ſi ſola hæc ſit: ad refrigerandum humectandumq; omne medentis conſilium, veluti ad finem dirigitur. Ita vt nihil ſit, quod præterea deſyderetur, niſi vt materiæ inueniātur, quæ huic propoſito ſūt idoneæ. Materia vero inuenta, vt opportunum tempus ex febris temporibus, captes. Quantitatem vero, ex conferendo cum naturali habitu, morbum. Quippe quantum is a naturali habitu receſſit: tantum opus eſt ægrum refrigeres & humectes. Sane ambiens ſi contrariam morbo temperiem habet: e præſidiorꝫ numero vnus eſt. Sin ſimilē, ægritudinalium cauſarum eſt vnus. Quoniam autem reliquas materias tum deligere, tum fugere licet: quam autem ambiens præſtat: fugere nō licet, imo neceſſe eſt præſenti cæli ſtatu vti: idcirco huic quoq; attenti eſſe cogimur. qui vtiq; ſæpe cum ijs quæ morbus facienda ſuadet (vt diximus) eſt concors. Sæpe diſcors. & qui contra moliať. Habebit ergo (vt diximus) ambiens rationem modo materiæ ſanā-

Nō eē plura īdicationum gña q̄ tria, ab ipa rerꝫ ſubſtātia intelligi

Febris.

Ambiens aliquando ex morbi remedijs eſt, aliquando ex morbi cauſis.

Quod ambiens ferat vitari non poſſe.

tis, modo cauſæ morbum fouentis. Quippe cum humectari refrigerariq; morbus poſtulat, ſi hæc præſtat: ſanantis materiæ rationẽ obtinet. Sin calefaciat & ſiccet: morbificis cauſis eſt annumerandus. Vbi igitur cum medendi indicationibus conſonat: pro gratia eſt habẽdũ. Sicubi aduerſatur: inhibenda eius noxa eſt. ſcilicet reliquorũ auxiliorum humiditate ac frigore intentis, audactiſq;. Sedulo igitur agendũ eſt, vt ambientem quoad fieri poteſt, qualem eſſe expedit, præpares. ſcilicet humidiores frigidioreſq; domos tum deligens: tum vero præparans. Sicut e diuerſo ſi frigida ſit, humidaq; morbi ſpecies quæ calfieri ſiccariq; poſtulet: & eligendæ & præparandæ domus ſunt, quæ calfaciant & exſiccent. At deligendas quidem dico quæ ſe ipſis eiuſmodi ſunt. Præparãdas vero, cum arte noſtra molimur per æſtatem ſubterraneas eas, & ad ſeptẽtriones verſas, ac pauimenta earum aſſidue humore aſpergentes. Tũ vt ex euripo aliquo aura inſpiret machinantes. Flores præterea ac germina, quæ frigidæ humidæq; facultatis ſint, per aream proijcientes. per hiemem vero contraria horum molientes. Præſertim vbi morbus vt prædictum eſt ſuadet. Vbi non ſuadet, exceſſus tantũ vtriuſq; temporis remittẽtes. De quo mihi aliquid neceſſario poſtea eſt dicendum. Nunc auxiliorum materias iudicare non decreuimus. ſed methodos docere. Quare rurſus ad has diſputationem reuocem[9]. doceamuſq; quẽadmodum et paucæ & multæ pro diuerſa ſectione curatoriæ indicationes ſint. Quando et tris vniuerſas (vt proxime docuimus) facias licet. in pauca capita tota ſũma reducta. et qualibet earum rurſus diuiſa, ex ipſis multa efficere. Id quod etiam monſtratum eſt. Quin & ipſarum ſectionũ quãlibet rurſum diducas in membra licet, donec ad inſectile venias. Iam primas quoq; illas tres quas memorauimus, fieri poteſt, vt redigas ad duas. ſic vt bina eorum quæ curationem indicent ſumma capita ſint. Nempe præſens affectus quem morbum nominamus. & qui prius fuit. quẽ ſanitatem & naturalem habitum diximus. Neq; eñ aliud eſt ipſa ſanatio, q̃ præſentis in corpore vitioſi affectus in naturalem habitũ mutatio. Cum autem contrarij hi affectus ſint: neceſſe eſt per cõtraria fiat eorum alterius in alterum trãſlatio. Atq; ita rurſus vna ſola erit curationum maxime generalis indicatio. nẽpe cõtrarietas. Ergo hinc rurſus ſumpto initio, age particulares indicatiões diſquiram[9]. Quoniam id quod ægrotat, ei quod valet eſt contrarium: vtiq; per contraria eſt ab illo in hac via. At quomodo inquies in cõtrarijs inuenietur mod[9]. Nõ eñ ſatis eſt calido affectui admouiſſe frigida, niſi id debita fiat menſura. Cum alioqui metus ſit, ſi intra modũ id fiat: ne morbi reliquũ quippiã relinquat. Sin modum excedas contrariũ genus

Præparatio domus.

Primæ tres indicatiões reducũt ad duas.

Curatorias idicatiões ad vnã reduci.

Reſolutio vni[9] in particulares.

morbi inducas. Qui em̃ ſupra q̃ par eſt calidũ morbum refrigerat: is ſanitatis mediocritate tranſmiſſa: alium excitabit morbum, qui ſit frigidus. Quod quo minus accidat: naturam curandi corporis ſcias oportet. quo quantum morbus ab illius ſymmetria diſceſſerit intelligens, menſuram refrigeranti p̃ſidiæ imponas. At fieri non poteſt, vt quantũ a ſe inuicẽ diſtẽt inuenias, niſi compertũ habeas quã eſſet corpus aut humidum, aut frigidum, aut calidum, aut ſiccum cũ valeret. quantũq; ex his exceſſerit poſtq̃ ægrotauit. Quippe quod plurimũ a naturali habitu receſſit, id vehementibus eget contrarijs. quod nõ plurimũ, leuibus. Sane plurimũ receſſit frigidus morbus, a corpore natura calido. Ita vt e diuerſo calidus, a frigido. Minus receſſit tum calidum a calido: tum frigidum a frigido. Quare ex vtriſq; indicatio curatiõis præſtatur. Verum cum materiæ reliquorũ præſidiorum omnium electio in noſtra poteſtate ſit, eius vero quã ambiens præſtat in noſtra manu nõ ſit: ratio eſt ex hoc quoq; ꝓpriam quãdam indicationem ſumamus. Cæterum quoniam noſci ad vnguẽ oportet corporũ temperamenta, id vero eſt plane difficile: vtiq; tentandum eſt, tum ex ijs quæ in libro de temperamentis ſunt ſcripta, ea inuenire: tum vero vltra hæc, quo magis ſcientifica noticia ſit, ex ætate, & tota ante acta vita. quæ nimirũ in vitæ exercitio & victus ratione conſiſtit. Præterea in hac regione, & hoc anni tempore, & hoc ſtatu cæli, cõuerſatione. Si nãq; natura gracilis, & tangẽti calidus, & biliosſus, et propenſus ad iram, & hirtus ſit: calidus hic ſiccuſq; natura eſt. Non tamen neceſſe eſt nunc quoq; cum ægrotare incœpit, eũdem plane habere affectum. Fieri enim poteſt vt in deſidia vixerit. Idq; cum frigidis humidiſq; potiõe et cibis. Ad hæc etiam cum balneis poſt cibos, et multo ſomno. Præterea in habitatione humida. & frigida. & hieme in qua frigidus et humidus exuperabat cæli ſtatus. Rurſus fieri poteſt vt horum præceſſerint contraria. i. calfacientia & ſiccantia. idq; p ſingula dictorum iam generum. Ergo ſi quo ad præſens temperamẽtum noſcendũ deficimur: id ex præeũtibus ĩpis ſupplebimus. Ex illo vero inuento, adminiſtrandorum indicatio ſuppeditabitur. Ac dictum quidem prius eſt vbi de frigida exhibenda præcepimus, illud quoq; ex ijs vnũ eſſe quæ conſyderanda tum eſſent, nunquid particula quæpiam cui frigida natura eſſet, lædi magnopere ex eius potione poſſet. An igitur fas eſt in ægrotante homine cuiuſq; particulæ temperamentum inueniſſe, abſq; ijs notis quas in libris de ipſis retulimus? Atq; illi quidem nec inquirunt, nec norunt. Sed iuxta prouerbium vno calapodio omnes calceant. Nos certe quibus inquirendi cura fuit: illud inuenimus, quod per plures ac cognitu difficiles

Tẽpamẽtorũ cognitio vñ ſit inuenienda.

Vita hoc loco ex qbus cõſiſtat.

Præſens tẽperamẽtum ex ante acta vita aliqñ cognoſci.

Prouer.

Qualis ſit tẽpamẽti cognitio ex notis.

notas, cuiuſq; membri temperamentum coniectura potius q̃ ſcientia inueniat̃. Si igitur notis multis et paruis aliqua certior apparuerit: nonne abiectis illis, hanc pro omnibus arripiemus? Nemo id arbitror qui mentis eſt compos negabit. Atqui ſi omnes temperamentorum notas in vnum colligas: eæ longiſſime abſunt vt parem ei quam conſuetudo præſtat fidem faciant. Si em̃ antea per ſanitatem quiſpiã frigidã perpetuo biberit, neutiq̃ nec in iocinere, nec veſica, nec ventriculo, nec alio quopiam talium offenſus: planum eſt & valida illi eſſe hæc omnia, nec nunc a frigida lædendum. Non eſt igitur quod paruum quiddam, atq; ad ſpectandum leue, ad inuẽtionem remediorum conſuetudinem exiſtemus. Veluti nec ad ſanitatem tuendam. Nemo em̃ adeo eſt ſtupidus, vt magnopere ex frigidæ potione læſus: hãc in diutinum vſum duxiſſe velit, ꝓpterea quod læſus interim, atq; ægrotans, omnino ab ea deſiſtet. Ergo ſicut alia non pauca quidam medici præter cõmunes ſenſus: ita illud quoq; effuderunt, quod nulla nec ſalubris inueniendi victus, nec ægrorum curationis, ex conſuetudine ſumatur occaſio. Videtur enim non ſicut alia quædam exiguã leuemq;, ſed plane maximã, ac maxime principalem poteſtatẽ habere. Vt quæ ſingulorum corporum naturam oſtendat. Sane ipſi via rationeq; ab ea procidentes: fatemur nos partium affectum inuenire. Dein ex illo rurſus ad faciendorum indicationem venire. Empiricus vero prætereire ſe naturæ inquiſitionem profitetur. Quippe quod per eam cõſecuturus fuiſſet, id iam ſe habere. Intelligere ſcilicet ſe non lædi a frigidæ potione ægrotantis corpus. Id vero eſſe quod nobis ab initio proponatur: non vt naturam noſcamus. Poſt arbitror nos quidẽ veluti ambages fruſtra ſecutos merito taxet. Eos vero qui in totũ inutilem eſſe conſuetudinem dicunt: veluti a communi ſenſu alienos iuſte accuſet. Quid igitur (inquies) dicemus nos qui methodo artem condimus? Nempe quid aliud q̃ quod vera dicunt, de ijs conſuetudinibus quæ adeo euidentem vtilitatem offenſam ve oſtendunt? Quippe quas nemo vel ante methodum nõ nouit. At reliquarum quaſdam quæ ſcilicet paulatim magnũ contrahunt incõmodum: non æque licet per experientiam inuenire. Dictum autem fuſius de eiuſmodi conſuetudinibus eſt in libris de ſanitate tuenda. Vnde ſi in frigidæ quoq; exhibitione, cõſuetudo citra methodum ſatiſfacit, nec nos ꝑfecto experientiam fugimus. imo omnem quam illi vtilitatem ab ea capiẽtes, etiam extrinſecus præter hanc adijcimus (qui ſaltem id poſſumus), eam quæ a rerum natura ſuggeritur indicationẽ. In hoc vero libro methodi rationem ſequentes, fatemur longiore via idem inuenire, quod breuius inuenire citra ratiocinationem liceret. Si quidem cum

Præcipuã tẽpamẽti cognitionẽ ex cõſuetudie p̄ſtari.

Cõſuetudinem cuiuſq; corpis naturã oſtendere.

Aliq̃s conſuetudines nõ facile p expientiam dephendi.

ſæpe iam vidimus non paucos ex ijs qui febribus ardentibus premerentur, cum iam mediocriter concocti humores eſſent ſtatim ex frigidæ potione febre liberatos, quãuis eius potioni parum aſſueti fuiſſent: multo arbitror magis in ijs qui aſſueuerunt vtilitatem fore citra noxam vllam ſperabimus. Habes itaq; nunc etiam de conſuetudine rationem et ſi ex incidenti oblatam, tamẽ ſatis definitam. Eſt em̃ ea quoq; vnum quiddam eorum quæ curationis rationem per morbi naturã intercedentem indicent quemadmodum et ætas. Siquidem ipa quoq; temperamenti interuentu indicationem præſtat. Veluti puerorum quæ cũ humidam et calidam temperiem habeat: facile digeritur. Adſis enim animo velim ad ea quæ de corporũ diuerſitate hoc loco dicã. Lapidum ſubſtantia conſtans ſtabiliſq; propter ſiccitatem et frigus eſt. Ad eundem modum æris, & ferri, et auri, & vno verbo omnium quæ ex terra ſunt corporum. At quæ humida calidaq; ſunt, eorum ſubſtantia celerrime in ambientem diſſipatur. Alias in halitum ſenſibilem ſoluta. Alias in perſpirationes. quæ viſum fugiant. Sed ratione deprehendantur. Atq; hæ corporum naturæ veluti per diametientem vt græci loquuntur. i. longiſſimo interuallo a ſe diſtant. Reliquarum omnium illæ quæ frigidæ ac ſiccæ, proxime accedunt: ægre quidem per halitum digeri poſſunt. minus tamen ægre q̃ ferrum et lapis et adamas. At quæ calidæ et humidæ ſunt vicinæ: hæ promptius quidem digeruntur. atq; exhalant. Cæterũ minus hæ quoq; q̃ aqua calefacta. Nam citra calorem non poteſt in halitum digeri corpus vllum. Subſtantia eius coacta denſataq; manente. Sed nec per calorem omne. Imo quod habile eſt in halitum reſolui. Tale porro eſt quod humidum eſt. Ergo puerorum ſubſtantia omnium facillime digeritur ac diſſipatur. propterea quod eſt omnium humidiſſima, nulla vero frigidior. Quo minus vacuantis præſidij eget, cum habeat ex ſeipa vnde naturaliter vacuetur. Fit autem profecto et propter calidam ſiccamq; regionem, & tempus æſtiuum, et ſtatum cæli impenſe calidum, & ſiccum, notabilis per cutim vacuatio. Itaq; etiã huius cauſa, his qui ſanguinis detrahendi egent: aut prorſus venã nõ ſecabimus, aut parum detrahemus. Sane erunt in hac quoq; detractiõe multa a medico ſpectanda. Natura ab initio Cõſuetudo, Aetas, Locus habitatiõis, Anni tp̃s, Cæli ſtatus. Ad hęc ægritudinalis quẽ curam⁹ affect⁹. aliaq; ratiõe ante hũc laborãtis vires. Cũ vero affect⁹ nũeroſi ſint, cuiq; eorũ ſua eſt curatõis indicatio. Quippe a calido indicatio eſt refrigerandi. a frigido calefaciendi. ac a reliquorum quolibet contrariũ applicandi. Quare cũ octo intemperamenta ſint: octo etiã erunt morborũ quibus ſimplicia corpora ſunt

Cõſuetudinẽ interuenīente natura morbi indicare.

Aetatẽ interuentu tẽpamenti.

De corporũ diuerſitate diligẽter ſignãda

Frigida et ſicca cõſtanti ſubſtãtia eſſe.

Humida et calida facillime reſolui.

Citra calorẽ nõ poſſe ſolui ī halitũ corp⁹ vllum.

Humidum eẽ ad reſoluẽdũ habile.

Puerorum ſubſtãtiã facillie digeri.

Pueros nõ egere vacuatione.

Qđ tp̃s maxime corp⁹ digerat.

obnoxia, particulares indicationes. Vtraq; has vna eius affectus, q etiam inſtrumentalium eſt cõmunis. Cuius nullum apud priores nomen fuit. Sed nos qui eum interpretari ſumus coacti, continui ſolutionem appellauimus. oſtendimuſq; communem curationis indicationem hic quoq; eſſe vnitionem. At vero quæ ex hoc rurſum in partes diducto particulares conſiſtant: hæ quatuor voluminibus ſũt ꝓditæ. Nẽpe tertio. quarto. quinto & ſexto huius operis. Ac nunc quidẽ inſtitutum de intemperamentis ſermonem, etiam in ſequentibus libris perſequar. Hoc abſoluto ad inſtrumentalium partium morbos conuertar. oſtendamq; ſecundum eandem methodum in his quoq; tum primas omnium curationis indicationes: quas vtiq; generaliſſimas appelles licet: tum quæ ex harum ſectione naſcantur. Deinde rurſus quæ ex illis oriantur. donec ad eas quæ vltra ſectionem non admittant peruenero. Hanc etenim omnis conſtituendæ artis methodum Plato nos docuit. Verum de inſtrumentalibus poſtea (vt promiſi) dicetur: nunc ſi prius in qua parte propoſiti operis ſimus admouerim⁹: præſenti iam diſputationi finem idoneũ imponemus. Eſt igitur vnũ morbi genus quod ſimilares et ſimplices animalis vexat partes, quã intemperiem vocant. Huius aliquas differentias ex corporibus nuda qualitate alteratis prouenire docuim⁹. Aliquas cum materia quapiam. quæ corporibus inheſerit. Rurſuſq; ambas incidere. vel in vnicam animalis particulam, vel plures. vel etiam totum corpus. Ergo cum in operis huius ſeptimo intemperies eas quæ alteratis tantum qualitatibus in partibus proueniunt pertractarim: in duobus deinceps libris ad eas quæ in totum ſe animal extendunt venientes: primum agere de febribus placuit. At quoniam harum ipſarum aliquæ adhuc fiunt. manẽte ſcilicet in corpore cauſa quæ eas excitauit. Aliquæ factæ iã ſũt, ſed quæ eas accẽdit cauſa iã abijt: ſati⁹ viſum eſt de ijs primũ ſermonẽ facere. vtpote ſimplicẽ primã curatiõis indicationẽ habẽtib⁹. Deinde illas quoq; ſtilo aggredi quarum in corpore cauſa ſubſiſtit.

Solutionis cõtinui nomen a galeno inditũ.

Artis cõſtituendæ method⁹ a platone data, quæ.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER DECIMVS.

ERgo in diarijs febrib⁹ ſimplex qdē eſt in corpore ꝑter naturā affect⁹. vtpote cauſis q̄ primū eas excitarūt iam ademptis. In quib⁹ vero cauſa q̄ eas accēdit, adhuc manet: in ijs nec affectus ſimplex, nec ſanatio eſt. Siquidem quod febris iā receptū in corpore eſt: id ex ꝓpria ipſi⁹ curandi indicatiōe diſcutere oportet. Quod adhuc eſt futurū, id ꝓpulſare, ac ne fiat vitare. Vetabit aūt, ſi q̄ id excitat cauſa, prorſus ſit ſummota. Itaq; in diarijs faciēdoꝝ indicationē ex ipſa febre maxime capiemus. Sed cū illa, naturā, & ætatē, & cōſuetudinem, præterea anni tempus, cæli ſtatum, & regionem et vires ſimul expendentes, in reliquis quæ accenſiōis ſuæ cauſam intus habēt, prima indicatio ab ipſa ſumetur cauſa. Itaq; ſi febriū quæ multos dies cōtinuant, recte oſtēdimus putredinē eſſe cauſam: hæc nimirū ſananda eſt prima. Sed nec interim extinguēdæ febris, quæ per eam iam accenſa eſt: ratio nō habenda. Ac ſi quidem in idem conſentiant & quæ febrem extingunt, et quæ cauſam oppugnant, in quod vtraq; conſpirant, cum vnū ſit, ſine cunctatione peragendum eſt. Sin febris quæ iam accenſa ſit ſanatio, cauſam quæ hanc excitauit, eſt auctura: aut quæ cauſam ſummouēt, febrem exaſperabunt: diligens habenda conſyderatio eſt de remediorum ſpecie. Sane diligenter conſyderauerit, qui totam deliberationem in tria hæc æſtimanda diuiſerit, febris ne ſola curanda ſit, non ſollicitis de cauſa. An cauſa oppugnanda minime curantibus de febri, an plurimū quidem remediorum ad alteram earum ſit adhibendum, non tamen altera neglecta. At quod primo quidem loco eſt dictum, probare non debemus. Quando ſi quibus præſidijs id quod febris ſemper gignitur, oppugnamus, ea affectricem eius cauſam auxerint: plane nec generationem eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinem minuemus. Quippe & generatio ei⁹ effectricis cauſæ ſpeciem imitabitur. & magnitudo cum illa pariter inaugeſcet. Quod ſecundo loco diximus, ſi id diſtinguemus: poterit eſſe non incōmodum. Nam ſi intolerabilis ægro magnitudo febris ſit: cōmittendū nō eſt, vt per ea quibus cauſam adimim⁹, febrē

Vbi febris et cauſæ cōtrariæ ſunt idicatiōes, tria ſtatim ab initio æſtimanda.

augeamus. Simul eñ arbitror vtrūq;. et febrim ſuſtulerimus: et hominem. Sin ita mediocris ſit febris: vt quo tempore contra cauſam tantum pugnas, obruendæ interim vires ægrotantis non ſint, vtiq; contēnendus is modus non eſt. Non contēnendus autem nec tertius eſt. qui contra id, cuius maius momētū eſt, inſtare iubet. nec tamen alterius omnino negligentem eſſe. Sane plerūq; cauſæ maior eſt vis. Fieri tamen aliquando poteſt, vt ea ſit febris magnitudo, quæ præſentem perniciem niſi occurras afferat. Quo caſu oportebit hac prius ſūmota, deinde ad cām accedere. atq; hæc mi Eugeniane decidenda tibi inter initia ſtatim de cōtrarijs indicationib⁹ ſunt. Cū autem in ijs examinandis nō parum viſa eſt ad hominis ſalutem momenti habere, vis ipſa [naturalis] vtiq; de ea quoq; non leuis ad agendorum inuentionem conſyderatio eſt habenda. Ita ſit vt tria prima ſint quæ in ꝓpoſitis iam febribus agendorum indicationem nobis prebeant. Vna febris ipſa. Altera effectrix eius cauſa. Tertia vis ipſa [naturalis] Cæterum priora duo ſūmouenda ſunt. tertiū eſt tuendum. Erit igitur rurſus hic quoq; eadē tibi cōſyderatio quæ ſupra. vt cum virib⁹, tum febrem: tum cauſam inuicem cōferas. Mox ſi eadem ambo remedia requirent: ea prompte exequaris. Sin indicationes pugnabūt: vnā præferas vel quæ a viribus ſumitur. vel quæ a cauſa. vel quæ a febre. Ac q̄ cæteris ſit valentior, hāc magis ſequaris. nec tamen cæteras negligas. Ex hac nāq; diſcretione, doceberis. primū cauſam febrēq; ꝓfligare. Vbi videlicet cōijcis harꝫ remedia vires poſſe ferre. Rurſus primā roborādā virtutē eſſe, vbi hæc imbecillior eſt, q̄ vt cauſæ febriſq; ꝓſidia ſuſtineat. Quinetiā oīa pariter ſub cōiecturā agi licet. veluti paulo ſupra de febri, & de cauſa eſt monſtratum. Ergo cum tria hæc ſint ad quæ attentum te eſſe in propoſitis febribus oporteat, febris ipſa huius efficiens cauſa, & ægrotantis vires, inuenti præterea generales indicationū modi, quos etiā vniuerſales dicimus: tranſeundū arbitror nunc eſt, ad præſidiorum differentias. quæ ſpecialia particulariaq; ſunt. Sed mentione de diarijs repetita. Quandoquidem ab ipſis in eas quæ plures dies continuēt, aliqui tranſeunt. At vero cum in has tranſeant, vna quidem ratione maxime cōmuni, ipa medicoꝶ inſcitia, duabus magis priuatis, quod ipaꝶ febriū vel cauſa iā abijt, vel etiamnum manet: de vtriſq; ſeorſum eſt dicendū. Porro abijt effectrix cauſa quoties ab ira, dolore, vigilia, cura, æſtiuo ſole, fatigatione, & bubone iā inclinato, excitata citra ſtipationē febris eſt. Manet quoties vel ab externa cauſa, vel ab ipa febre ſtipatio aliqua facta eſt. Nā et frigiditas, & aſtringētiū vſus, ſtipandi occaſiōe ſemp febrē excitāt. Vſtio præterea nōnūq̄ corporis habitū cōſtipat. Iā ipm

Cauſæ plerūq; maiorē eē vim.

Tria prima eē q̄ in ꝓpoſitis febribus indicatiōes ꝓſtēt.

Ordo agēdoꝶ.

Repetita mentio de diarijs.

A diarijſ ad pluriū dierum febres trāſiri trifariā.

In qb⁹ diarijs effectrix cā deſijt.

In qb⁹ manet.

Quę faciāt ſtipulationem.

febris principiũ, vbi cũ horrore iuaſit, ſtipationẽ ſubide fecit. Quin etiã glutinoſi, & craſſi, aut etiã copioſi ſucci, vbi mediocriter obſtruxerãt, diariã aliqñ febrẽ accẽdunt. vtiq; cũ idoneũ ſortiti ſũt medicũ. vt ſupra eſt indicatum. Sane dicuntur idcirco id genus febres diariæ, quia ſolui (quod vtiq; ex ipſis eſt) vno die ſunt aptæ. computato cum hoc vna et nocte. Quẽadmodum dici ſolet, mẽſem eſſe triginta dierum: et annũ trecentorũ ſexagintaquinq;. & hoc geſtum eſſe ante tris dies, aut gerendũ eſſe poſt quatuor. Cæteꝝ non eſt idem ipaꝝ omniũ affectus. Sed ab aliquibus inſeparabilis ſtipatio eſt. Ab aliquib⁹ minime iſeparabilis. Sed vel vt plerũq; ſimul adeſt: vel ambigua ſorte, vel raro. Inſeparabilis ſtipatio eſt, ijs q ex aluminoſa aqua, vel atramentoſa vel tali quapiam alia, aut ex frigore, aut leui obſtructione febricitarunt. Plurimũ vero ijs adeſt, qui ex vſtione febricitant. Ambigua ſorte, ijs qui ex fatigatione. Quicunq; vero ex ira vel triſticia vel vigilijs vel pertinaci ſtudio vel cruditate vel bubone febricitant: ijs raro adiũcta ſtipatio eſt. Atq; harũ oĩm febrium nulla (quod vtiq; ex ipa ſit) ad ſecundã vſq; acceſſionem perdurat. Sed intra quatuor et viginti horas omnino deſinit. Aut ſi quãdo eaꝝ aliquæ (quod tamẽ rarius fit) longius trahũt: duæ ijs accedũt cauſæ quæ ipas ſolui vetant. Earũ vna frigus eſt. quod vel ex ambiente aere, vel ex vnctione quapiam extrinſec⁹ admota ꝓueniat. Altera egregia iſta diatritos eſt. Si q videlicet hãc trãſire medicoꝝ inſcitia cogunt. Quod ſi & ambiens aer calidus ſit: et nemo ex medicis q diatriton ſuſpiciũt, ad ægrotantem accedat: febris quidẽ poſt primã acceſſionẽ finiet. Idq; cum ſudore. vel madore. vel tranſpiratu, q halituoſus ſit. Aeger aũt vbi ſe liberatũ a febri ſenſerit: ad cõſueta munia redibit. Lauans vngẽſq; ſe. aut etiam ſi agreſtis quiſpiam monticola ſit: his omiſſis, cõedes. Ac vulgus qdẽ ſicuti multa alia (vtiq; ab ipſa reꝝ natura edoctũ) melius q̃ ſophiſtæ agit: ita in diarijs febribus, oĩa ſibi ipi ꝑſtare ſufficit. Præſertĩ vbi citra valẽtẽ ſtipationẽ cõſtitere. Vbi vero cũ hac vna inuaſerũt: qui infortunati ſunt, in medicum aliquẽ incidunt, eorum qui diatriton efferunt. Qui fortunati, in eum qui ipſos et lauabit: & nutriet. cæteraq; omnia præſtabit, quibus ſtipatio ſoluatur. Sæpe nãq; (ceu dictum eſt) ex leui obſtructione, cum cutis latente denſitudine, quæ vel ex vitioſa lauatione: vel alio quopiam eſt contracta: diarijs nonnulli febribus ſunt correpti. Quo tempore niſi quis celeriter obſtructionem ſũmouerit: in pluriũ dierũ febres tranſeũt. Eſt nanq; eiuſmodi febris (quantum ex ipa eſt) earum quæ plures dies infeſtant & quæ diariæ ſunt, communis. Cæterum propter cauſæ paruitatem, vnius diei efficitur. Sicuti etiã propter magnitudinem, multorum interim

Ip̃m febris pricipium aliqñ ſtipationem efficere.

Cur febres diariæ nominentur.

Diariarum nõ vnũ eſſe affectũ ſed varium.

A qb⁹ diarijs inſeparabilis ſit ſtipatio.

Cum plurimũ eſt cõiũcta: et cũ aliquando eſt, aliqñ nõ.

Quib⁹ raro adeſt.

Duas eſſe cãs cur diariæ aliquãdo diutius trahãt.

Quæ febriſ diariarũ & polyemerorũ ſit cõis.

dierum. Verum acceſſio eius ab initio ad exitum vſq;, vna eſt. Modo ne ipam excipiat, ea quæ ex putredine humorũ naſcitur. Ergo quoad nec in pulſu, nec in calore, nec lotio, putredinis adhuc aduertitur nota, atq; ex ſola obſtructione ortum habet: vtiq; ipſa obſtructionis ſolutio eius eſt ſanatio. quemadmodumq; hanc ſoluere cõueniat, ante eſt dictum. Multæ igitur apparent diariarũ eſſe febrium particulares differentiæ. Vna, quarũ iam prorſus abijt effectrix cauſa. veluti vſtio. Altera, quarũ hæc etiam adeſt. ſicut ſtipatio. Cui⁹ duæ mõſtratæ ſunt differentiæ. Nempe exiguorũ meatuũ denſitas, et de qua nunc agimus obſtructio. Sane denſitudo ipſa, alias ex ſiccitate prouenit. Veluti poſt feruores. aut fatigationes. aut iras. Alias ex frigore. eoq; vel ſimplici: vel cum aſtrictoria vi. Quæ quemadmodum inter ſe differant: in libro de medicamentis eſt præceptum. Iam vero obſtructionum ipſarum, alia eſt quæ ex abundantia, alia quæ ex qualitate ſuccorum, ſcilicet qui aut lenti aut craſſi ſint, incidit. Preferetur autem inter remedia, in ea quam copia facit, ſanguinis miſſio. In ea quæ ex humorum qualitate conſiſtit, attenuantium vſus. Quod vero ex viribus conſilij petatur, vt in diarijs ſane eſt exiguum: ita in ijs quæ pluribus diebus vrgent, ſatis magni eſt momenti. Eoq; maioris, quo hæ ſunt longiores. Enimvero vbi naturaliter ſe vires habent: ne minimum quidem in plurium dierum febribus, vacuationum vſum morantur. Vbi non naturaliter ſe habent: (voco autem non naturaliter cum infirmiores quodammodo ſunt) pro magnitudine imbecillitatis, impeditur vacuantium auxiliorum vſus. Sane rarius accidit vt protinus in primo ſecundo ve die, vires imbecillæ cernantur. Accidit tamen interdum. vel propter ægrotantis malum corporis habitum: vel propter ſenium. Nonnullis etiam fatigatio, vbi triſticia vigiliæq; præceſſerunt, & inedia per totum ſecuta eſt diem, dein febris priuſq̃ homo cibaretur, circa veſperam occupauit, et nox in ſomnis eſt acta, vires magnopere reſoluit. Nec alienum ſit, ſi tibi talem ægrotum deſcribam. In quo primum auſus ſum ratione ipa mihi viam mõſtrante: & diatriton contemnere, & virium rationem habere. Poſteaq; alios quos in ſimili caſu vidi, audacter eodem modo quo illum curare. Siquidem primum periculũ, poſtq̃ ijs quæ ab indicatione ſunt inuenta ſubſcripſit: ad ſecundum vſum reddit magis animoſos. Ergo iuuenis qui febri eſt correptus, annos natus erat quinq; & viginti. gracili corpore & muſculoſo. veluti canis, tum ſicco calidoq; omnino tẽperamento. Iam idem exercitatiõe delectabat. & alioqui cogitabundus, & induſtrius erat. Is peregre agens cum nuncium parum gratum accœpiſſet: & triſtat⁹ eſt & propere ſe accingens

*Diariarũ anacephaleoſis.*

*Duplex ſtipatio.*

*Gñalis curatio.*

*Virtutis æſtimatio reſpectu vacuationũ.*

*Raro imbecillas eẽ vires in prĩo vel ſecũdo die.*

*Aegri a primo die ibecilli, deſcriptio.*

ad vrbem feſtinauit. Ac priore quidē die & laborauit modice: & lot⁹ cenatuſq; in quodā diuerſorio quieuit. ſed maxia ex parte ſine ſōno. Poſtera die etiā magis feſtinauit ac lōga via, & ſabuloſa, & ſqualēte, tum ſub feruēte ſole cōfecta, hora ꝓpe ſeptima & ſemiſſe ꝑuenit in vrbem. Ibi cū ea quoq; cauſa maturaſſet meliora audiret: in gymnaſium lauaturus ꝓficiſcitur. dein vnctus, vna cū quodā eoꝝ qui aderāt iuuene ꝑfrictus eſt. A quo cum vt paululū dimoueret, ꝓuocaret: orta inter eos contētione, qualia ſæpe incidunt his qui exercitationib⁹ indulgent: plus iuſto eſt exercitatus. eratq; iam immodice ſiccus. Egreſſus vero gymnaſium: inuenit amicoꝝ quoſdam pugnantes, quos dū dirimit: imprudēs in aliam exercitationē nō leuē incidit. Dum alios eoꝝ diuellit. Alios impellit. Alios cōplectit medios. Alios vt iniurios increpat. ac ꝓ ijs qui iniurijs affecti eſſent iraſcit. Adeo vt domū ſe in ſumma ſiccitate reciperet. laſſitudinē inæqualitatemq; ſentiens Aquam igitur ex cōſuetudine bibēs, vbi nihilo ſe leuatū, ſed inæqualitatem ſibi intendi ſentit, hanc quidem vomuit, ratus autem vtilius adhuc cibo abſtinere, accubuit. ac quieti ſe dedit. hora ferme diei vndecima. Vigilans autem ac febricitans per totam eam noctem, poſtri die quoq; quieuit. vſq; ad meridiem. ſperās ſe ſomni aliquid conſecuturum. Quo tempore cum eum quidam diatriton colentes, inuiſerent: tum quidem homini ſatis magnam eſſe febrem aiebant, veſperi autem ſe illum reuiſuros. Itaq; & veſperi cum redirent, ac febrem inclinatam cernerent: ne tum quidem nutriendum cenſuerunt. q̄uis etiā id alius quidam medicus ſuaderet. imo ſtrenue reſtiterunt. Adijcientes ſi quidem ſine febri eſſet: fortaſſe cibum daturos. febricitante adhuc: minime id facturos. Quin etiam cū tertio die mane redirēt: etiā tertiæ diei acceſſionem tranſmittendā cenſuerunt. Erat autem (vt prius dictum eſt) ſuſpecta hora, illius diei vndecima. Ergo digreſſis illis: ipſe acceſſi, ac faciē iuuenis contemplatus: vidi talem eſſe, qualem in ꝓgnoſticis Hippocrates his verbis pingit. „Naſus acutus, concaui ocli. ac reliqua q̄ deinceps ab eo dicta ſcim⁹. „Itaq; cū oino mihi ꝑſuaderē, fore vt tū in hecticā febrē, tum quā maraſmoden vocāt hōi ni ſi cibaret iciderēt: ſorbitionem ex alica q̄ primū paro. atq; exhibeo. Et tamē q̄uis hac ſūpta, cū acceſſio ſuo tp̄e, circa vndecimā inuaderet ſic extremis partib⁹ ꝑfrixit: vt calfieri hæ vix poſſent, et pulſus illi paruus. raruſq; q̄ maxime fuit. Qua ex cauſa illi etiā quarto die. tum mane, tum veſperi cibū dedi. Quo ſcilicet et vires repararem et corpus humectarē. Erat nāq; cutis ei⁹ ceu coriū, arida. vbi autem febris tenuis, & ſimilis perſeuerauit: ſtatui deinde quinto non ſimplici ſorbitiōe hoiem cibare vt āte, ſed alica ex aqua calida, citraq; cōditurā, Galeni curatio.

Optim⁹ bilioſo ſtomacho cibus.

iniectis in hanc mali punici granis. Eſt nãq; is optimus cib⁹ bilioſo ſtomacho. Nã & roborat hũc malũ punicũ: & Alica cũ diutiſſime in vẽtre citra corruptionẽ maneat. Senſim cõcoquit. nec aceſcẽs nec inatãs. Quæ vitia accedere ſorbitiõib⁹ aliqñ ſolet. Incidit vero et in ipõ quinto principiũ acceſſiõis ſimile. Itẽq; cũ & ſexto & ſeptimo eum ſimili ratione cibarẽ: in nono rurſus ſimile principiũ pcedentibus fuit. Vbi nimirũ vel amentiã, vel ptinaciã, vel haud ſcio quid dicam, eoꝝ qui in principio hominẽ tranſmittere tertiæ diei acceſſionem ſine cibo iuſſerant, prorſus intelligere licebat. Nã cum cũctis euidenter appareret. nũq̃ peruenturũ eũ ad quartũ fuiſſe, ſi nutritus ante acceſſionẽ tertij non fuiſſet. illi & tum eum: & ſecutis etiam diebus, non recte nutritum aiebant. Cæterũ cõmittendum nõ erat vt eoꝝ redarguendi ſtudio ægrũ qs nõ exhibito in ipõ acceſſionis die cibo ꝑderet. Igit̃ nono die ſimiliter hominem nutriens, cernenſq; in acceſſiõe pulſum ei⁹ redditum, q̃ prius erat firmiorem, cæterum imbecillitatem illam adhuc præferentem. cũ extremaꝝ partium frigore: non potui ſuſtinere medicorum illorum meras nugas. Sed vndecimo die præfat⁹ prius ægrotantis amicis, fore vt ipſo die intelligerent hominem hactenus noſtra opera fuiſſe ſeruatum: permiſimus illi præterire acceſſionis horas. Ergo cum et ſine pulſu omnino in ipſis eſſet, & frigus eũ vehemens totius corporis premeret, ſic vt nec loqueretur amplius, & vix impellentem ſentiret, conuocati in vnum medici omnes qui ab initio videramus: ab ægrotantis propinquis propemodum ſumus diſcerpti. Ego quidem quaſi ob pertinaciam prodere ægri ſalutem voluiſſem. qui diatriton colebant, propter ignorantiam, et ſtupiditatem. Ac illi quidem pallidiores frigidioreſq; q̃ ipẽ æger, conſiliũ quoddã fugæ captabant. Quod ego proſpiciens aulæ oſtium obſerari iuſſeram. et ſimul amico cuidam clauẽ ſeruare. Poſt medi⁹ eoꝝ ſtans. iam inq̃ vobis cõſtare plane arbitror, quis hactenus hominẽ ſeruarit. Seruabitur autem et nunc noſtra opera. Neq; eñ ſi periturũ omnino in hac acceſſione putaſſem a cibatione deſtitiſſem. Sed qm̃ ex præcedenti iam victu tantum illi roboris ſupereſſe noueram vt tolerare acceſſionẽ poſſet: pmiſi acceſſionis horas ſine cibo trãſmittere. Ac ſatius qdẽ fuiſſet multo ante hominẽ nutrire. Veꝝ quo et iſtos redarguã & qbuſdã his auſcultãtiũ, q cõfici a nobis iuuenẽ, quod illã occaſionẽ omiſerim dicũt pſuadeã: nũc illis oſtẽdã, vel in acceſſiõe ipſa ægrotãtes quoſdã nutriri debere. nedũ ante hãc. His dictis, ac diductis hoĩs maxillis, infundo ex anguſti oris vaſculo, cremoris ptiſſanæ tris cyathos. Paulo autem poſt albi & tenuis vini modiceq; calida diluti, duos cyathos. Poſt quos & ſuſtulit oculos, & tum audire,

tum loqui, tum præſentes noſſe cœpit. Cum ante veluti lignum aridũ porrectus ſine voce ac ſenſu iaceret. Rurſus itaq; dato ex vino, (quo dixi modo diluto), pane ad comedendum exiguo prorſus hominẽ re uocaui. Quem vt rurſum ad inſtitutã ab initio victus rationẽ reduxi, et tertij decimi diei acceſſionem facile tolerare vidi: in quarto decimo rurſus mane cibaui. Ac poſt circiter horam octauam laui. Deinde rurſus liberalius cibaui. ac mox vinum bibendum exhibui. Idẽ vero et in duodecimo et tertiodecimo feceram. In quinto autẽ decimo rurſum cibaui mane. Cum vero facilius tum quoq; acceſſionem ferret: in ſexto decimo denuo laui. Cæteraq; circa hominẽ peregi, ſicut in præcedentibus diebus. At vbi in decimo ſeptimo minime grauis paruaq; acceſſio fuit: audacter hominem de cætero ſub cõualeſcentium victus ratione habui. Hic æger non paucos ſemimalorum, ac non penitus aſinorum, docuit etiam ante acceſſiones ipſas nõnunq̃ eſſe cibandum. vel ſi duarum horarum intercedat ſpatium, ac multo magis ãte acceſſionem tertij. Oſtendi autem tibi et in prima ipſa acceſſionis inuaſione eiuſmodi homines eſſe nutriendos. Dico autem eiuſmodi homines in quibus corporis intemperies ad ſiccum et calidum cõuerſa, febres accendit. Porro hoc quoq; pleriſq; medicorũ fortaſſe ſit incredibile. Sed ſiue rationi ipſi fides eſt adhibenda, ſiue operibus: nos fidem ambobus facimus. Operibus quidẽ, dum homines his monſtramus, qui ſi biduo patiantur inediam: neceſſe eſt febricitent. Ita ſcilicet vt nonnulli vbi concitati ad iram ſunt, vel merore vel vigilijs affecti. euidẽtiſſime enim tum in conualeſcentibus ex diutino morbo, talia fieri cernuntur: tum ijs qui calido et ſicco ſunt temperamento. Quam vero ratio ipſa fidem huic rei facit, alibi iam dicta eſt. Dicentur tamẽ & nunc eius rei ſummæ. Mordens halitus et ſiccus vbi per ſenſibilia corpora fertur: horrores et inequales toti⁹ corporis cõcuſſiones (Rigos græce dicunt) facit. in ijs quibus cute ſtipata, quæ prius trãſpirabant iam ſunt retenta. Quoties enĩ fuliginoſa ſunt, febres accẽdunt. Ergo eiuſmodi halitus et ſuccos, tum multa et vehemẽs dimotio, tum vigiliæ, et ira. et dolor. et cura, plures reddunt. tum proxime ab iſtis vnum illud per ſe interdum augere eos ſufficit. vtiq; ſi cibum quis nõ ſumpſerit. Efficitur enim corporis halitus in ijs naturis, quæ facile amaram bilem generant, ex longa inedia bilioſus. Si igitur tum id incidat, tũ æger motu quopiam valentiore, q̃ pro viribus vſus, rodentium excrementorum impetum confertim foras excitarit: neceſſe eſt veluti in ſymptomatum cauſis oſtendimus, vel concuſſionem quã modo dixi, vel horrorẽ ſubſequi. Ac concuſſio quidẽ iſta ſuccidet. ꝑpter eoꝝ quæ feruntur excrementorũ, tum multitudinẽ, tũ acrimoniã. tum impetus

Cõualeſcẽtes ex leui cauſa febricitare.

Ratio cur aliqui in ꝑncipio febris ſint cibandi.

Qui halit⁹ horrorẽ rigos et febrẽ excitare poſſint.

Quãdo excitetur concuſſio.

celeritatem, tum laborantis virium infirmitatem. Nam & multa paucis et quæ qualitate ſunt inſigni, ijs quæ ita non ſunt, rodunt magis. Pari modo et quæ cum celeritate feruntur, ijs quæ tarde. Iam vires vbi valentes ſunt: omnia contēnunt. ac tolerant. vbi infirmæ ſunt redditæ: abs quouis offenduntur. Horror fiet vbi et qualitas eorū, et impetus velocitas eſt remiſſa tū copia minor. Ac potiſſimū, cum vis naturalis triſtanti obſiſtit. Si vero iam dicta largius remittantur, ne horror quidem fiet. Sed vel vlceroſus ſenſus: vel tam inæqualitas. Ergo coeuntibus omnibus iam dictis: quod vehemētiſſimū eſt oritur. vtiq; ſupradicta totius corporis concuſſio. Rurſus remiſſis oībus: nullus ex tranſitu excrementorum fit ſenſus. Quod ſi quædam ſint, quædam non ſint, et quædam maiora ſint, quædam minora: in eiuſmodi mixtionibus, media latitudo omnis, quæ inter id quod maximum eſt, quod rigos græce vocari diximus, et minimū, qui eſt nullus omnino excrementorum ſenſus, efficitur. Itaq; nihil mirum eſt, ſi dictarū cauſarum quælibet vel per ſe vel cum alijs iuncta alij inæqualitatē, alij vlceris quempiam ſenſum, aut horrorē, aut dictam concuſſionem afferre videatur. Nam pone vires imbecillæ ſint, corpus ipſum admodum ſenſile, (Quippe id quoq; oſtenſum eſt non parum ad eiuſmodi ſymptomatum generationē conferre) habitus autē corporis gracilis, et tēperamentum bilioſum, ſtomachuſq; ſimiliter bili affectus. tum his omnibus accedant inedia cibi, et vigiliæ quæpiam, et triſticia, et ſollicitudo. Ad hæc perigrinatio quæ exurgente quapiam cauſa fit neceſſaria. Poſtea his propoſitis, id quod aliquādo fieri vidiſti, det ſedulo operam vt plus itineris re ita poſtulante peragat. quo cito ad vrbem redeat. Nunquid huic ex eo qui excitatus eſt rodentium excrementorū motu, primū quidem inæqualitas quædam. mox vero etiam horror prompte incidet? Quod ſi motum quoq; continuet, niſi prius cibum ſumat, protinus etiam febris. Equidē ita febricitantes aliquos oſtendi tibi. maxime ex ijs qui e longo morbo conualuerant. Quorū cum vni forte fortuna occurriſſem, qui mox ante horreſcere cœpiſſet, vt rem oſtenderat, dato ex vino diluto pane: continuo horrorem inhibui. Verum hunc (vti ſcis) per viam in officinā quādam perductum, febricitare prohibui. Alios vero qui prius ſe domum recœpiſſent, in ipſo principio horroris, vel paulo poſterius cibauim⁹. Atq; vt ſemel dicam quibus incipientis adhuc acceſſionis aderant ſymptomata: ijs omnibus panem ex vino diluto, ac calente mature exhibens: et horrorem ſtatim inhibui, & febrem prohibui. Quanto vero hos citius cibaueris: tanto ſcilicet magis febrem prohibueris. Quod ſi paululum aliquando morere: vtiq; febris ne tum quidem, calor tamen mul-

Quando horror.

Quādo vlceroſus ſenſus vel tātū īæqualitas.

Alius cibatus in horrore.

Cibationis ī varijs p̄ncipij tēporibus, varia euenta.

tus ijs aduenit. Simillime plane ijs qui per vehementes rigores facto itinere, reuerſi domum, calidis ſunt nutriti. Quippe ſi pluſculū moreare, maiorem calorem ſentient, talemq; ac tantū vt dubites an hunc febrem appelles. Sin duæ horæ ab initio inæqualitatis interpoſitæ ſint: nutries tunc quoq;, modo horror adhuc duret. Prædicens tamē quod hi febricitabunt. cæterum innoxia febre: et cui cutis mador ſuccedet. Quo facto tum lauare, tum rurſus nutrire debebis. Quod ſi horror præterierit ac iam plane febricitent: cibandi id tēporis non ſunt. Sed decreſcente iam acceſſione illico ſunt nutriendi. integritate non expectata. In nullo nanq; ſicco affectu, cōmode finitur acceſſio, priuſq̄ illi vel ex lauachro, vel humido victu, humectatio acceſſerit. Hæc ego omnia cum operibus indicarem: qui me vel laudabant, vel emulabantur, ſcilicet quod ſupra eorum opinionem erant quæ egeram: paradoxopæum, quod paradoxa facerem (vt ſcis) vocabant. Cum vero ratione de ijſdem diſſerens, docerem aliquos ante acceſſionem eſſe cibandos, aliquos in ipſa, idq; vel inclinare iam incipiente, vel etiā in ipſo ſummo vigore, tum paradoxologum me quod paradoxa dicere viderer, appellabant. Ergo quid facias his hominibus quibus nec opere, nec ratione perſuaderi poteſt? At inquiūt fieri nequit, vt eiuſmodi affectus quis agnoſcat. Quomodo igitur nos eas agnouimus? Videturne cuipiam fieri non poſſe vt calida et ſicca intēperies agnoſcatur, vel quæ ab ortu vſq; fuerit, vel quæ in præſenti tempore talis ſit reddita? Mihi ſane tam videtur facile, quā has ipſas agnouiſſe litteras. Quid illud vero ſi huic non ſit adhuc in ſuccis putredo vlla, illi vero ſit: non poſſe vobis videtur hoc diſcerni? Mihi poſſe videtur. Nam & ex pulſu, et vrina et ex ipſa nonnunquam quæ in calore eſt qualitate, euidenter id diſcernimus. Quod ſi propterea quod nec ipſi quicq̄ diſcere volunt, nec ſeſe exercitare, ſcientibus parū credunt: quid vetat quo minus tum geometris ipſis, tum arithmeticis, tum reliquis artificibus omnibus nihil credant? Miſſo igitur hoc genere hominum rurſus ſeriem ſermonis noſtri perſequamur. Calidis ac ſiccis naturis aduerſiſſima res inedia eſt. ac febrium paratiſſima cauſa. Voco naturas calidas et ſiccas, non ſolum quæ a primo ortu tales ex proprio temperamento ſint: ſed etiam quæ poſterius ex calido ſiccoq; victu et plurima dimotione, et vigilia, et cura, et triſticia & regione calida ſiccaq;, et tempore æſtiuo, et cæli ſtatu calido ſiccoq; ſint acquiſitæ. Sane licet et citra temporis anni mentionē, in eiuſmodi ſermone ſtatum cæli nominare. Verum ſi altius repetā: id quod dico magis credes. Calida & ſicca temperamenta, ſiue ea ex prima origine talia ſint, ſiue ex victu, et immodico labore, et animi perturbationibus, et regione, & cæli ſta-

Horrore ſinito et febri incepta, nō eſſe cibandū, ante inclinationē.

Paradoxopoeos.

Ex quibus diſcernatur putredo.

Tēpus āni i ſtatu cæli aliquando intellegi.

tu: inedia vehemẽter lædit. In hac dictione ipſis ſaltẽ verbis, omiſſum eſt anni tempus. poteſtate tamẽ omiſſum non eſt. vtpote quod in cæli ſtatu comprehenditur. Quando calidus in ſummo ſiccuſq; cæli ſtatus: iam dictam temperiẽ efficit. Hic autem ſtatus alio anni tempore quã æſtate, plane incidere non poteſt. Quãdo nec in autũno, nec in vere, multoq; minus in hieme fieri poteſt vt calidiſſimus ſimul ſicciſſimuſq; cæli ſtatus fiat. Sicut nec humidiſſimus pariter frigidiſſimuſq; in alio quã hieme. Ob hæc igitur ipſe quoq; prætermiſſo anni tempore, cæli ſtatu ſum contentus. Liceat tamen cuiq; nominibus quibus velit vti, modo a rerũ natura non diſcedat. Eſt porro rerum natura qualem & modo diximus, et nihilominus nunc dicemus. Nam quæ maxime ſũt ad curationem neceſſaria, eademq; maxime ignorata, nec Hippocrates ipſe identidem repetere grauatur. Igitur inedia ſiccis calidiſq; corporibus, valentibus quidem noxia eſt. ijs vero qui in calida & ſicca æſtate febre laborant, quæ ſcilicet ex vſtione aut labore imodico, aut vigilijs, aut compræhenſis iam animi motibus ſit contracta: nõ tantũ noxia eſt, ſed ſi quicq̃ aliud, plane pernicioſa. Quippe vel in febres ardẽtes ex ea incidunt, a quibus niſi prius mors occupet, in hecticas migrant, atq; ab his in maraſmũ: vel protinus ardentibus præteritis in hecticas. Maxime tamen (vt dictum ſæpius eſt) ſiccos calidoſq; affectus ſtatim a principio hectica corripit. Sicuti mulieri accidit quæ autũno ex triſticia & vigilijs febricitare cœpit. Perſeuerauit autẽ ad plurimũ hiemis. Hanc quarto die (vt ſcis) vidimus depræhẽdimuſq; ſtatim hecticam eſſe febrem, cum alia quam humores excitarant cõiunctam. Curatio autem vna tum fuerat, vt frigida tẽpeſtiue & moderate daretur. Conſuetæ ſcilicet hanc per ſanitatem bibere. Verum eo die alijs iam curationem cõmiſerat. Quare nobis ſilere eſt viſum. Alteri vero qui eodem tempore ægrotarat, et ſe nobis cõmiſerat, quoties nutritus eſt: fontanæ plane gelidæ dedimus interim binos cyathos, interim ternos. Quando frigidam ſimul multam ſibi dari, qui ita ſunt affecti, citra noxam non ferunt. Quocirca vtiliſſimũ eſt, vbi febris ideam perſpexeris, in prima ſtatim acceſſione, minore cum periculo, copioſiori frigida vti. corporibus ad validam ſiccitatem nondũ perductis. Qui enim in feruoribus ſub canicula ex ira febricitauit, (iuuenis autem hic erat ſiccus et calidus) vbi in prima acceſſione duas frigidæ heminas bibiſſet: ſtatim quidem vomuit flauiſſimam bilem, non multo autem poſt etiam deorſum excreuit. Deinde cũ rurſus poſt cibũ aquæ heminam ſimiliter ſumpſiſſet: iam febricitare deſijt. Nõ defuere tamẽ medici qui cũ nullã a principio febris ſpeciem agnoſcerẽt, ſed poſtea cum iã præteriſſet occaſio intellegentes vel in hecticã, vel etiã in ma-

Hippocratem quæ & maxime neceſſaria ſint et ignorata ſubinde repetere.

Mulier ex triſticia & vigilijs a principio hectica febricitans. Alter hectica laborãs. Curatio.

Iuuenis q ĩ feruoribus ex ira febricitauit.

raſmoden febrem ægrotantem incidiſſe, frigidam bibendam, nos imitantes præbuerunt. Sed nemo metam attigit. Nam magna ſolicitudo habenda eſt, in ijs qui ita ſe habent de frigidæ potionis menſura. De qua paulopoſt dicemus. vbi propoſitæ diſputationi finem impoſuerimus. Quippe æger is quē deſcripſimus, exemplo omnibus eſt quib⁹ propter ſiccitatem a principio ſtatim dari cibus debet. etiam ſi febricitare iam incipiant. Nam cum accenditur in his febris, ꝑpter mordentem acrimoniam excalfacti attenuatiq́ ex ſole, et inedia, et laboribus, ſucci: maximū eius remedium eſt humidum nutrimentum. Sicuti e diuerſo vbi ob copiā, vel obſtructionem, vel phlegmonē, vel (vt ſemel dicam) humoris alicuius putredinē febris eſt orta, maximo malo eſt cibus. Atq́ hos quidem nec in inclinatione febris, citra noxam nutrias, nedum ipſa acceſſione inuadente. Illos vero omni certe tempore, ſed potiſſimū per inclinationem. me quoq́ ſubinde vidiſti, eos qui ex abundantia, et qui ex phlegmone laborarēt, ſub lōga inedia tenuiſſe. ſic vt prorſus ante ſeptimum non cibarem. ſed ſola mulſa contentus eſſem. viribus ſcilicet valentibus. Quoſdam eorum quibus videlicet vires validæ non fuerant, aut ſtomachus bilioſus, aut imbecillus, aut plus iuſto ſenſilis: ſolo ptiſſanæ cremore vſq́ ad ſeptimū diem traxi. Quo morbus in ſummo eſſe incremento debuerat. aut etiam omnino per criſim diſcuti. Sunto igitur tibi a primo ſtatim die in omni ægro ſpectanda duo illa, quæ Hippocrates iuſſit, a quibus cibandi cōſilia petas, morbi ſummus vigor, et ægrotantis vires. Poſtea ſi tranſiri ſūmum incrementum ſine omni cibo poteſt: in cibi abſtinentia hominē ſeruabis. Sin exiguum adminiculum requirat: abunde erit ſola mulſa. Quod ſi maius deſyderat quā ſit ex mulſa, ptiſſanæ cremor ſatis erit. At ſi fas non eſt ſummū morbi incrementum, aut tenui victu, aut inedia tranſmitti: id agendum vt homo ſtatim in primæ acceſſionis inclinatione cibetur. Aliquos vero eorū (vt dictum eſt) et cum īuaſura adhuc eſt, et cum incipit cibabis. Sint porro hi ſicco temperamento ac calido, aut a primo ortu, aut certe illo tempore oportet. tum viribus neceſſario imbecillis. Neq́ em̄ fieri poteſt vt abunde ſiccum calidūq́ corpus cum febricitet, viribus ſit valentibus. Si tamen cū eiuſmodi febri ac corpore, momentanei membri phlegmone ſit coniuncta omnino æger morietur. Nam id quoq́ prædixiſſe me ſemper, nūq̄ vero falſum ipſe teſtis es. Magiſq́ id certum eſt, ſi pulmonis, vel mēbranæ quæ coſtis ſubtenditur, vel ventriculi, vel iocinoris phlegmone ſit. Etenim quæ has partes phlegmone occuparunt, nō modo ijs qui tam imbecillis ſunt viribus, ſed etiam ijs qui valentiores ipſis ſunt: mortiferæ eſſe ſolēt. Vnaq́ ſalus tū pleuriticis tum peripnemonicis, adde

Ratio. Vbi cibare ſit vtile & vbi non. Qui non cibandi.

Duo eſſe ꝑ cibatione ſpectanda. Hippo.

Si phlegmone cum tali corpore et febri ſit cōiūcta, quod diſcrimen.

etiam ſynanchitis.i.qui angina laborant eſt, ipſum viriũ robur. Non ſecus vero, et quibus vel iecur, vel ventriculum phlegmone obſidet. Nam quod ad phlegmonẽ quæ in his eſt partibus ſpectat: minime plane eſt cibandum. Quod ad virium infirmitatem, vtiq; ſæpe. Ita neceſſario, aut vires reſoluentur: aut phlegmone augebitur. Atq; hæc mihi latius fortaſſis quã pro re propoſita, ſunt dicta. Qui præſertim hoc libro ſtatuerim de febribus quæ abſq; phlegmone infeſtant differere. Cæterum tractationis conuenientia fecit, vt quatenus neceſſariũ eſſet digrederemur. Denuo igitur redeamus ad febres, quæ iam cõprehenſis ſunt affines, quas nominare Hecticas ſolem⁹. Nam qui ſupra deſcriptus a me iuuenis eſt, hectica febri laboraſſet: ſi mirificam diatritõ tranſigere fuiſſet coactus. Niſi tamen prius, ab ijs qui abſq; methodo victus rationem ordinare conſueuerunt, fuiſſet interemptus. Proponatur igitur alius quiſpiam cui cum ſupradicto cætera quidem omnia ſint eadem, vires tamen tanto ſint valentiores vt tridui inedia tolerata duret. Neceſſe eſt hunc ſi modo ita cibetur, quemadmodum cibant, qui diatriton extollunt: in hecticam incidere. Nam ij primũ in quarto ipſum cibarẽt. poſt in ſexto, mox ĩ octauo, deinde in decimo. Quippe talis eſt (vt ſæpe vidiſti) eorum cibandi formula. Prima quidem cibatio poſt primã diatriton. reliquæ alternis diebus. Protinus autẽ (arbitror) et ex artomelite.i.pane ac melle ſiccaſſent eius præcordia. Nam id quoq; ex legibus eiuſmodi medicorum eſt. Siue phlegmone viſcus aliquod laboret, ſiue ſecus. At quẽadmodum quidẽ eos cibare, qui ita laborent, inter initia conueniat: ſupra eſt dictum. Sed nihilo tamẽ ſecius nunc ſummati repetetur. Quoties vel ex laſſitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel vigilijs, vel triſticia, vel longa inedia, vel vniuerſis vna, ſicut in ſupra deſcripto iuuene coeuntibus, ſiccatum corpus eſt, ac febris inuaſit, quæ et aridam reddat cutem, et igneum habeat calorem, vtiq; hunc talem timor eſt febri hectica correptum iri. Potiſſimum in æſtate ac cæli ſtatu calido ſiccoq;. Oportet autẽ quã primum ptiſſanæ cremore, et ſorbitiõe ex alica nutritum, paneq; poſt oblato: aquæ frigidæ potione hominẽ cures. Quippe protinus extinguitur ac ceſſat omnino febris. Modo (vt dictum eſt) nec phlegmone ſit adiũcta, nec putridus humor. Nam ſi horum vteruis ſit: attendere diligenter oportet ac diſcernere quo primum tempore aquam frigidam dare homini ſit audendum. Ego em̃ talium quoq; nõ paucis dedi. tutius eſſe ratus phlegmonas in præſens augere: quã ſinere hominẽ hecticam febrem incurrere. Vbiq; igitur (vt ſemper dicere ſoleo) curatio prouiſionem agnitionemq; conſequitur. Siquidẽ et agnoſcat quod præſens eſt, et prouideat quod ex eo futurum eſt oportet: qui volet notabilis effi-

Diſcriminis cauſa.

Diatritariorũ cibandi formula.

Repetitio cibationis.

Galenum phlegmonẽ habẽtib⁹ aliqñ frigidam exhibuiſſe.

Curatio ꝓuiſionem agnitionẽq; ſequitur.

caciæ remedio vti. Si tamen magnum fore incommodum, vel humori putri, vel phlegmone conijcies: a frigida quidem danda abſtinebis.

Refrigerantibus autẽ quæ foris applicantur, vteris. Modo ea ſup os ventriculi, aut tota præcordia, modo ſuper pectus iponens. Vbi ſcilicet plurimũ ſubeſſe caloris maxime iudicabis. Sane diximus ijs qui ita laborant, balnea quoq; eſſe nõ incõmoda. Dico ijs qui ſiccato plurimũ corpore ſunt. et ex aliqua earum quæ dictæ ſunt cauſarum, citra humoris putredinem febricitant. Monſtratum vero nobis eſt, in ijs quæ de febribus ſcripſimus, phlegmonas quoq; propter putredinem humorum qui in ipſis habentur, febres ſubſequi. Quo circa ſi quãdo dicam febribus quæ ex putredine accenduntur, tale quippiam conducere, vel non conducere: etiam eas quæ a phlegmone excitantur, in cõmuni putredinis genere compræhenſas intelliges. Sicubi vero deinceps vtrũq; nominare videris: ſcias eas quæ ex phlegmõe, ab ijs quæ ex ſola putredine ortum habent, tum diſcerni. Cuiuſmodi autem ſit phlegmones affectus, tum in libro de inæquali intemperie, tum vero in eo qui de tumoribus præter naturam eſt inſcriptus, docuim⁹. Admonuiſſe tamen et nunc te non ſit inutile. Cum ſanguis calidus & copioſus in aliquam animalis partem procubuit: maiora eius vaſa protinus diſtenduntur, vtpote abundantiæ non ſufficientia. Ab his deinceps quæ minora ſunt. Mox vbi nec in his ſatis cõtinetur, exudat foras, in ea ſpatia quæ inter vaſa ſunt. Sic vt etiam omnia quæ in cõpoſita carne habentur, loca occupet. Atq; hæc quidem eſt phlegmones affectio. Poſſunt vero & ſine hac, in ipſis vaſis humores aliqui putreſcere. Idq; aut in vna animalis particula, in finibus ipſorum impacti, aut etiam in totis eorum capacitatibus, quæ inter bubones et alas ſũt comprehenſa. Cum igitur (ceu diximus) citra putredinem ſqualenti corpori febricitare cõtigerit, caput totius curationis in ijs quæ refrigerent & humectent ſtatuere oportet. Porro duplex genere eſt harum rerum prima materia. Vna eorum quæ foris admouentur. Altera quæ intro ſumuntur. Extrinſecus corpori accedunt, tum aer ipſe, qui nos ambit: tum pharmaca quæcũq; humectãdi refrigerãdiq; vim optinẽt, et tertium præter hæc dulcis aquæ ſolium. Intro ſumuntur quæ eduntur ac bibuntur. et inſpiratus aer. Ab his generibus, tentandum eſt ꝓpoſitis hoc loco febribus, tum humiditatem: tum refrigerationẽ comparare. Verum refrigeratio quoniam per efficaciſſimã qualitatem inducitur: & parui temporis opus eſt, et periculoſum. contra ſiccitatis per ea quæ humectent curatio vt longi tẽporis eſt opus: ita minus eſt quã refrigeratio periculo expoſita. Igitur dictas ſex materiæ differẽtias, deinceps iam examinemus ab ambiẽte exorſi. Hic igitur ſi tem-

Quo loco iponẽda refrigerẽtia.

Cur febris phlegmonas ſequat.

Obſeruandũ i dictis galeni.

Cuiuſmodi ſit phlegmones natura.

Humores in vaſis citra phlegmonen dupliciter putreſcere.

Duplex refrigerantiũ humectãtiũ q; materia.

Refrigerationis & humectationis collatio.

Sex refrigerãtis humectãtiſq; materiæ differẽtiæ deinceps tractatæ.

peratus eſt: qualem ſe exhibet, vtiq; tali nobis eſt vtendus. nihil amplius de eo ſollicitis. Sin admodum calidus eſt, vel admodum frigidus: pro calido inducendus contrarius eſt. ſubteraneis inuentis domibus, quæ et frigidiſſimæ ſint: et maxime perflatæ, et ad arctum verſæ. tum auris quibuſdam, quæ ipſis ſint propriæ, opera noſtra paratis. Alias ex euripis in quos ſe deijciant multi aquarum fontes. Alias aqua frigida de vaſis in vaſa tranſfuſa. Iam hoc ſtatim etiam ſomniferū eſt. Præterea domo aſſidue aqua quæ prorſus gelida ſit, aſperſa. Ac roſis plurimis humi fuſis. aut vitium capreolis, aut ruborum, aut lentiſci ramorum, aut deniq; reliquarum quæ refrigerent ſtirpium aliquibus. De quibus etiam prius eſt dictum. Turba quoq; hominū ingredi prohibita. Nam id quoq; domū calefacit. Atq; ita quidem calidiſſimū aerē refrigerare, qui ſcilicet in æſtate calida et ſicca accidit, eſt tentandum. Quandoquidem in hieme, calidiſſimus eſſe non poteſt. Sicuti nec frigidiſſimus in æſtate. At ſi quis modice frigidus eſt: hoc eſſe contētos oportet. nihil aut machinantes, aut de temperie eius alterantes. Qui vero frigidiſſimus eſt, vtiq; quatenus reſpirando attrahitur, admittēdus eſt. vt qui calorem qui eſt in corde admodum refrigeret. Non tamen quatenus extrinſecus ægrum cōtingit. Quippe id denſat cogitq; cutim. ac putreſcentium humorū effluxum tranſpirare prohibet. Si quidē per pulmonē quod rarum viſcus eſt: difficile non eſt, vt tū qualitas ipſius: tum ſubſtātia ad cor perueniat. At per cutim fieri nequit, vt eius vel qualitas, vel ſubſtantia ad cor pueniat, vtpote prius denſatam. Nam quod in libris de ſimpliciū medicamētorum facultate, de ijs quæ vehementer aſtringunt, eſt dictum: id hic quoq; reuocari ad memoriam debebit. Ac ſciri, qui nimium frigidus aer eſt, hunc cutim denſando, ſemper ſibi ipſi viam præcludere. Scire tamen licet maius fore ex frigida inſpiratione cōmodum, quā ex cute denſanda incōmodum. Præſertim cum operimentis hanc calfacere licet. Porro vtendū maxime eiuſmodi aere eſt, in ijs hecticis, quibus primum quod affi citur, ipſum eſt cor. Aeque vt ſi ventriculus primū eſſet afflictus: ipſi per comeſta & bibita erat ſuccurrendum. Huic ēm illa cum integris adhuc viribus occurrunt. ſicut cordi inſpiratus aer. at iocinori ex inſpirato aere, nulla certe vtilitas accedit. A comeſtis vero et bibitis, minor plane quam ventriculo. cæterum aliqua non obſcure aduenit. Cōmunis autem omniū ſanatio eſt: per ea quæ extrinſecus applicata refrigerant et humectant. Atq; in his quidē viſceribus magna ex parte hecticas maraſmodeſq; febres contemplati ſumus. Superueniunt tamen aliquando et pulmonū ſicco calidoq; intemperamento. Attamē oportunū eiuſmodi febribus, id viſcus nō eſt, vtpote humidū laxūq;.

Frigidiſſimo aere, quomō ſit vtendū.

Maius eſſe cōmodū ex frigida iſpirata, q̄ malum ex cute dēſata.

Quæ p aerē frigidū refrigerent et q̄ p cōmeſta & bibita.

Cōis oīum ptiū refrigeratio.

Incidunt præterea et pectori, et pingui mēbranæ quod meſarion dicitur, et ieiuno, et colo. Interim vero et vtero, et renibus. In ſepto vero tranſuerſo maraſmū non vidi. Hecticam ſane febrem vidi, et hanc ſemel quidem plane abſolutam, ſæpe vero citius interimentē, quā plane eſſet cōpleta. Eiuſmodi nanq; affectum, et ſpirandi difficultas, & delirium, excipere ſolet. Ex quibus magna ex parte prius moriūtur, quā hectica prorſus ſit perfecta. Eſt autem eorum agnitio facillima, tum ex pulſus duricia: tum ex eo quod præcordia plurimū trahūtur ſurſum, tum ex difficultate ſpirādi. quæ illis eſt et inæqualis et varia. Quippe alias q̄ maxime paruū et frequens ſpirant. Rurſus aliquando manifeſte ſpiritum tardant. Dein ſubito quēadmodum gemētes reſpirarent, vel duplicem ſpiritus intro miſſionē, quaſi ſuperinſpirantes, vel duplicem foras miſſionē faciunt, veluti reſpiratio reſpirationem cōprehendat. Reſpirant vero hi ſæpe et reliquo pectore toto, non ſenſibiliter modo: verum etiā notabiliter. Tum opertas ſcoptulas, quas omoplatas vocant, attollentes. Aliquando admodum raram, et magnam reſpirationem edunt. Vtiq; cum delirij malum præcipue dominatur. Verum præſentis inſtituti non eſt, vel laborātium partium notas, vel earum cauſas referre. Quare denuo ad curationes reuertamur. Aeſtimemuſq;, quas vires propoſitæ iam materiæ aduerſus hecticas febres habeant. Sane diximus iam nō nulla de aere tum calido, tum frigido. Qui præcipue quidē eſt vtilis, cū quod primū afficitur ipſum eſt cor. Quāuis confert et in reliquis febribus nō parū. Quandoquidē in his quoq; neceſſe eſt cor ſimilē intemperiē recipiat. citra quā, nec maraſmos, nec hectica, nec reliquarū vlla febriū, conſiſtere poteſt. Quo facile apparet etiam pulmones, vbi ſcilicet hi ſunt, qui primum patiuntur, plus cæteris omnibus refrigerātem aerem requirere. Sequitur iā, vt de ijs medicamentis agam, quæ extrinſecus admota humectent & refrigerent. Porro horū quoq; ea deligenda eſſe, quæ citra vehementem aſtrictionem refrigerent neminē latet. Talia em̄ præterq̄ quod nō humectant, etiam demittere frigiditatē ſuam alte non valent. Propterea quod cutim cogunt, ac coartant. Optima vero ſunt quæ nō modo citra aſtrictionem refrigerant: ſed etiam corporis ſubſtantia ſunt tenui. Ac quæ quidem abſolutiſſime tenuium partium ſit, ſubſtantiā exacte frigidam inueniſſe, fortaſſe nō eſt. Dixi exacte propter Acetum. quod cum omnium (quæ nouimus) poteſtate refrigerantium, plane tenuiſſimarum ſit partium: admixtam ſibi aliquam caliditatem habet. Præterea corpora quæ contingit ſiccat. quāuis ad imaginationem ſit humidum. Quo fit vt ad eos affectus quos humectari et refrigerari expedit, ſolo eo nō vtamur. Sed tanto aquæ frigidæ admix-

Agnitio hecticæ in ſepto.

Omoplatę

Niſi corde ſit affecto nullū gen⁹ febriū cōſiſtere.

De ijs quæ extrinſecus applicata refrigerent et humectēt.

Acetum admixtā caliditatem habere.

to, vt poſſit bibi. Cæterū q̄q corpus quod abſolute tenuiū partiū ſit, et ſimul frigidū, inuenire nō eſt: attamē deligi materias oportet, quæ ad eiuſmodi medicamēti cōpoſitionē maxime ſint idoneæ. Ac dictū quidē latius de his eſt, in opere de medicamētis. Dicetur autē in exēplis nō nihil et nūc. quo in hoc quoq; genere, mēbratim ſis exercitatus. Inci-piā autē ab eo medicamine, qđ omniū quæ humectent ac refrigerent, eſt ſimpliciſſimū. Quo etiā aduerſus eryſipelata vtor. et phlegmonas in pudendis. vtiq; inter initia. priuſq̄ depaſcens aliqua ſubindicetur putredo. Debebit autē ad id præparari cera q̄ optima. et elota. Sane optima fuerit, vel alba pontica: vel quæ ex atticis ſit fauis. Eſto autē et roſaceū, quod ex oleo ſit, a nonnullis vocato omphacio. ab alijs cru-do. quodq; citra ſalē ſit confectum. Maxime vero ad rem ptinebit, ſi et ipſum tenuiū prorſus ſit partiū. Cuiuſmodi ſabinū eſt. Cū vti voles: ambo mixta liquātor. in vaſe duplici. Factoq; humido cerato (cuiuſmo di ſcilicet erit quod triplū aut quadruplum ad cerā, roſaceū habebit) poſtq̄ ipm eſt refrigeratū, miſcetor ei paulati in mortario, tātū aquæ: quantū in ſe dū cū ea mollitur accipere poſſit. Expedit autē et ceratū ipſum prius admodū eſſe refrigeratum, atq; etiā quæ huic admiſcebit aquā, eſſe frigidiſſimā. Abunde autē ceratū refrigerabis, ſi cū modice coiuit: totū vas, in quo continetur, in aquam frigidiſſimam dimittas. Quod ſi aceti quoq; admodum tenuis ac clari paululū adijcere velis: vtiq; magis adhuc tum refrigerans, tū humectans medicamentū effi-cies. Nō debebit autē medicamentū hoc eo vſq; ſuper ægrum corpus manere, dū manifeſte incaleat. ſed aſſidue ſubinde mutari. Aliud me-dicamentum. Oxalidos aut Oxylapathi ſuccus cum exigua polenta mixta, excipiatur duplicato peniculo detrito. affatiq; frigidū impona tur. Quod ſi eiuſmodi peniculi occaſio nō ſit: tum linteū duplicatū, et madefactum refrigerādæ particulæ impones. Quinetiam portulacæ, et ſemperuiui, et vuæ imaturæ ſuccus, ſimiliter polentæ miſcētur. Ad hæc lens a lacunis ſiue paluſtris et viridis tribuli, et polygoni, et la-ctucæ et intybi ſuccus. Aliaq; quæcūq; refrigerare eſt dictum, cū tenui polenta. Præterea ſine polēta, licet integris herbis tunſis vti. Iā vero quod ex pinguibus ſit palmulis, quas πατηλους græce vocant, ſaluta re medicamen eſt. Porro coquere oportet harū carnem, omni mēbra-noſo exempto, alias ex ſolo claro aceto: alias aqua ipſi admixta. Atq; hac vbi tenera ſatis reddita eſt, tunſa vti. Quod ſi parū molli craſſitu-dine videbitur: præſtiterit iam dicti aliquid admiſcuiſſe cerati. Quod ſi roſacei quippiam dictorum ſingulis miſcere volueris: nihil inutili-us pharmacum habebis. Eſto autem quod admiſcetur, tum minimum tum et ſimplex: et perfrigidū, et quod factum ex oleo ſit ſalis experti.

Humectās ac refrige-rans ſimpliciſſimū.

Optima cera quæ.

Humidi cerati formula.

Refrigerās medicamētū quoties renouabit.

Aliud medicamentū.

Aliud.

Aliud.

Aliud, ex palmulis.

Sane quoties ſimplex roſaceū, aut aliud quiduis id genus dico: quod ſine aromatis eſt confectum, intelligi volo. Eſt vero ſalutare ad talia medicamē, et roſarū ſuccus frigidus, vna cum polenta. Salutares vero ſunt et ipſæ roſæ tunſæ. Præterea ſtirpium quæ moderate aſtringunt germina trita. Ad quē modū vti aliquādo licet, et herbis quæ medio criter aſtringant. Veluti ſolano. Verū eiuſmodi medicaminū materiā in alio opere reddidimus vniuerſam. Nūc abūde ꝑ exēplis ſunt, quæ iam dicta ſunt. Porro vtendū his eſt, nō ſicut vulgus facit toti īpoſitis pectori, aut toti vētri. Imo illi maxime qđ primo eſt affectū. Neq; enī neceſſum eſt, vt aut cū eo qđ refrigerari valenter deſyderat, etiā id refrigeres qđ prorſus nō deſyderat, aut ante iuſtū tēpus refrigerare deſiſtas timens vicinā aliquā particulā lædi. Ego nanq; hominē ſcio, qui impoſito præcordijs refrigerāte medicamēto, difficultate ſtatim ſpirādi laborarit. Alterū vero, qui ꝓtinus tuſſierit. Atq; paulo poſt vtriq; finitū ſymptωma, vbi qđ refrigerauerat eſt ablatū. Quod ſi adeo ſtrenue refrigerare nō ſtudebis: habes quæ id modice efficiāt, adherētiū medicaminū, ac cerati ſpeciē referentiū magnā copiā. Quorū nō materiæ modo vim; ſed etiā cōpoſitionis methodū didiciſti. Verū ego cū iam ſentiā menſurā præſentis inſtituti me exceſſiſſe, ad ea quæ tractationis ſeries proxima exhibet, conuertar. Proxime vero ſe a iā dictis exhibet cōſyderatio de balneis. tū ſuo ipſorū nomine: tū vel magis ꝓpter Philippū. qui hecticis quas maraſmodes vocant eas noxias putat. Ipſe igit quid tū de oī balneatū vi, tum etiā quæ ad eos qui hectica et maraſmo laborant. vel (vt ſemel dicā) oib⁹ eſt accōmoda, in hoc maxime libro quid ſentiā explicabo. Memini nāq; me et ſupra in diarijs febrib⁹ illas laudare: et in ſeptimo hui⁹ opis libro, in ijs q cruditate ꝓpter ſiccam vētriculi intēperiē laborabāt, ſæpe vtendas iubere. Cæterū de vniuerſa earū vi, nullo alio libro diſſerui. ſed in hūc ſeruaui. Vbi et de ijs agit quib⁹ efficaciſſim⁹ earū eſt vſus, et quib⁹ philippus ea interdicit. Atq; prius quidē vbi de vlcerū curatione egim⁹, īdicata cauſa eſt, cur ꝓpriæ cuiuſq; morbi indicatiōes ſint ignoratæ. Dicetur autē nihilo ſecius & nūc. Vtpote tū ad ea quæ nūc param⁹: tū ad ea quæ dicēda ſūt vtilis. Cū enī vnus in corpore affectus eſt, ei⁹ curationē inuenire ſi nō ratione certe vſu haud difficile eſt. Vbi vero connexi duo tres ve ſunt: præſertim q cōtraria inter ſe auxilia requirāt, fieri neqt, vt experiētia qđ agendū ſit, inueniat. Imo nec facile ratiōe. Siquidē et ſubſtantiā cuiuſq; affectus ad vnguē nouiſſe oportet: & ꝓpriā curatōis īdicationē a quoq; affectu cœpiſſe. Præterea quē primū oim, aut magis, quē rurſū min⁹, aut ſecūdo tertio ve loco curare cōueniat. Hæc igit cauſa eſt, cur vulgo medicoꝝ ignotū ſit, & quod febriū

Simplex roſaceū, cuiuſ modi ſit galeno.

Cui potiſſimū loco iā dicta medicamēta ſint applicāda.

Experiētia galeni de applicatis pharmacis

De balneis Philippus medicus.

Philippus

Cur ꝓpriæ cuiuſq; morbi īdicationes ignorētur.

Febriū omniū qua febres ſint, ꝓpriū remediū refrigeratione eſſe

omniū, qua febres ſunt, propriū remediū refrigeratio ſit, ſiue ea talis actu ſit, ſiue poteſtate: et quod alia multa ex accidēti refrigerando, febriū ſint remedia. De quib⁹ et dictum nō nihil in præcedentib⁹ eſt: & in ſequētib⁹ dicetur. Quædā nāq; remedia cōplicatā quodāmodo duplicēq; facultatē habent. ita vt & prima ratione proficiant, et ex accidente. Quod genus balneū eſt. Nā frigidæ potio per ſe ꝓficit. vtpote actu refrigerās. Succus autē vuæ imaturæ poteſtate refrigerās medicamētū eſt. Atq; hæc quidē ambo refrigerant primū. Id eſt ꝑ ſe ipſa. nec intercedēte alio. At ſanguinis miſſio, (veluti prius indicauim⁹) in febribus cōtinētibus, quas Synochos vocāt, nō primū ſed ex accidenti calidā aliquādo intēperiē ſanat. Ad eundē modū & clyſter, et purgatio, et fomētū ex calido liquore, & cataplaſma qđ digerat, aut concoquat.

Que ꝑ ſe refrigerēt et q̄ ex accidēti

Balneum vtroq; modo refrigerare.

Vtrāq; vero facultatē in ſe cōprehēſam habet ꝓpoſitū nūc in ſermone balneū. vtpote ex partib⁹ varia facultate præditis cōpoſitum. Quippe ingrediētes in aere verſant calido. Poſtea in aquā calidā deſcēdunt. Mox ab hac egreſſi, in frigidā. Poſtremo ſudorē detergent.

Balnei partes.

Poteſt autē prima ei⁹ pars, materias per totū corpus, tū calfacere, tū vero liquare. Præterea quæ inęqualia ſunt, æquare. et cutim laxare. et multa quæ detēta ſub hac fuerūt, vacuare. Secūda ei⁹ pars vbi quis in ſicco corporis affectu ea vtit: poteſt madorē vtilē ſolidis partib⁹ imittere. Tertia balnei pars, poteſt vbi quis frigida vtit, et totū corpus refrigerare, & cutē denſare. et vires firmare. Quarta vero, corpus ꝑ ſudores citra refrigerationis noxam vacuare. Ergo cū hæc oīa circa hominis corpus efficere valeat dulcis aquæ tēperatū balneū, & præter hæc etiā ſi quis intēpeſtiue lauetur, tū horrores, tū cutis denſitatē: tentandū nobis eſt oīa deinceps diſtinguere. Ac primū de illis ſermonē facere: qui cū in balneo ſe lauant: horrore tentant. His eñi vna (vt ſic dicam) cōtinēs excitati ſymptomatis cauſa eſt. Aliæ quæ hāc ꝓcedūt, multæ.

Primæ partis vis. Secundæ partis vis. Tertiæ partis vis. Quartæ partis vis.

Horroris cōtinēs cā.

Sane Horroris cauſā eſſe dico, rodētiū excremētoꝝ confertim actoꝝ citatiorē motū. Proinde quib⁹ horū eſt abūdātia, caro vero ac cutis denſæ, ſiue balneū ſint ingreſſi, ſiue ſteterint i ſole, ſiue quoquomodo vel geſtati, vel perfricti, vel exercitati, vehemēti⁹ ſint dimoti: vtiq; ijs horror incidit. Cōtra quib⁹ hæc pauca ſunt, et corporis habitus vt remittatur laxeturq; a balnei calore promptus, ij nō modo non horrent: ſed etiā meliores reddunt. vtpote excremētis ꝑ id vacuatis.

Cur nec in febrilis ſignificationis ꝑncipio nec icremēto q̄ſq̄ lauit

Quo rationabilius nec in febrilis ſignificationis principio, nec in incremēto quiſq̄ ægrotātē lauit. Quippe dēſata eſt hoc tēpore coartaq; et cutis ipſa: et quæ ſubhac habetur carnea ſubſtātia. At in febris inclinatiōe vel incipiēte, vel procedēte, vel amplius ꝓgreſſa: et nos ſæpe: et alij medici nō nulli multos ſępe nūero ægrotos lauātes, nō paꝝ his

contulimus. Porro quando inclinatione incipiente, aut iam ꝓgreſſa, aut etiā in ſūmo incremento. (Interdū em̄ id quoq; accidit tametſi raro) æger in balneū ſit ducendus: in ſequētibus definiemus. Nunc cū de generali facultate ſingularū balnei partiū differere inſtitui, vnū omnium primū exponā. Dicoq; multos eoꝝ qui cruditate laborant, plures vero eoꝝ, in quibus rodentiū excremētorum abundantia ſubeſt, omnes vero qui vel in febrili ſignificatione, vel in aſcenſu, etiam omnes qui ſummo ſunt incremento, præter admodum paucos: ſiue hi ſint in balneū ingreſſi: ſiue ſteterint in calido ſole, ſiue exercitationes, frictiones, geſtationes ve tentauerint merito horreſcere. Singula nanq; horum, confertim et impetu agi excremēta ſubigunt. Cum igitur tam adhuc denſa lauantis cutis ſit, vt ad primum ambientis aeris occurſum, nequeat naturalem ſuum habitum recipere, ſed maiore ad id ſpatio indigeat, excrementa vero foras verſus ruant vniuerſa, et retineri illic ea eſt neceſſe: et qua ſub cute ſunt aceruata, et qua per carnes feruntur, mordere. Porro in libris de cauſis ſymptωmatum indicauimus rodentia excrementa, vbi per ſenſibilia corpora feruntur: tum concuſſiones corporis noſtri, quas ρίγη vocant, tum horrores in nobis excitare. Ergo quamobrem horreant in balneis, omnes qui ante ſunt compræhenſi: iam cauſas inuenimus. Pari modo et cur non horreant, quibus aut nullum eſt in corpore excrementum mordens: aut tantillum, vt facile vacuetur. Ergo de his deinceps loquamur propter quos etiam de ijs qui horrent meminimus. Si quis balneum ingreſſus non inhorruit, ſed remiſſa eſt illi laxataq; cutis: huic plane neceſſario prædicta ſuccedent, excrementorum vacuatio. equalis per omne corpus calor. exiguorum meatuum rarefactio. denſatorum fuſio. Ac vacuatio quidem excrementorum, omni febri eſt vtiliſſima. Pari modo & rarefactio & relaxio. Fuſio tamen & calor non item. Sed calor omni febri eſt inimicus. Quando refrigerari, non calfieri febrium affectus poſtulat. At fundi æqualiter, id ſolidis quidem animalis partibus non eſt alienum. Succis certe non perpetuo eſt vtile. Sed quoties in animali vel phlegmone, vel affectus phlegmone ſimilis conſtitit, vel vtrauis abundantia, ſiue ea quæ ad vires confertur, ſiue ea quæ ad vaſorum capacitatem: omniū profecto inimiciſſimum. Ac phlegmone quidem cum calefacti et liquati ſucci ad ipſas confluunt augentur. Tunicæ vero vaſorum impares abundantiæ, quæ iam ex liquatione, ſpiritu eſt impleta, diſtenduntur. Ac vires hoc ipſo male afficiuntur. Ergo calidis his ſicciſq; affectibus, de quibus agebamus, et emiſſio mordentium eſt ſalubris: & liquatio eorum citra periculum. Calefactio tamen noxa non caret. Atq; hæc quidem

Qui facile horreſcāt et quando.

Ratio cur horreant.

De his qui balneū ingreſſi non horrent.

Nō horrētib⁹, quę ex balneo ꝓueniant.

Collatio ꝓueniētiū ex balneo.

Fuſio ſuccorū ex balneo, vbi noxia.

Noxę fuſionis ſuccoꝝ.

Quæ calidis et ſiccis affectib⁹ ex ꝑma balnei pte ꝓueniāt.

ex prima balnei parte, ijs qui ita laborant ꝓuenire, modo tẽpeſtiue balneo vtantur: memoria teneamus. Tranſeamus modo ad ſecundam eius partẽ, quæ erat id quod proprie lauachrum vocant. Ergo in hac ſicut ex humectatione iuuãtur: ſic ex calore nihil illis cõmodi accedit. Accedamus et ad tertiã, in qua et refrigerantur innoxie, quæ fuerant excalfacta: et vires firmantur. Si qua vero et laxata, et iuſto plus ſunt remiſſa: ea in naturalẽ redeunt mediocritatẽ. Id quod quarta lauachri pars indicat. Quippe quibus omnia rite ſunt adhibita: ij poſt frigidæ vſum adhuc ſudant. et omnia ipſis excrementa vacuantur. Itaq; ex omnibus quæ de balneis retulimus vna ſumma colligitur. Quod vacuatur quidem quicquid in corpore, vel fuliginoſum, vel fumidum fuit. Conſiſtunt autem in naturali ſymmetria tum caro ipſa, tum cutis. Solidarum partium ariditas corrigitur. et calor, non modo is qui ex lauacro acceſſit: verũ etiam qui prius fuit, ex frigidæ vſu ſummouetur. maximo huius rei documento eſt, ſtatus qui ex eiuſmodi balneo redditur, poſtq̃ aliquis in ſolo feruente iter fecit. Quippe accedimus ad id ne loqui quidem, præ linguæ et faucium ariditate, valentes. Totũq; corpus ſtipulæ ritu aridũ habentes. At egreſſi e frigida: illico omnia pro naturæ habitu recipimus. Nec febrili calore vexati, nec ſiccitate afflicti. prompteq; loquentes. ac plurima ſitis parte leuati. An igitur euidentius adhuc balnei vires in ſicco & calido corporis affectu videre deſyderas? Ego ſane nõ arbitror. Licet autem cui placet, experiatur quæ incõmoda ſequantur, vbi tali peracto itinere: non lauerit. Aut eñ ſtatim febricitabit: aut multo plenus tedio grauato ſcilicet capite pſeuerabit. Potiſſimũ ſi frigida calorẽ nõ dum extinxerit. Multi tamẽ iuuenes, eiuſmodi cõfectis itineribus, vbi illico ſe in aquã frigidam ꝓiecerint: iuuãtur. Ac potiſſimũ q valẽtib⁹ ſunt virib⁹. et frigido ſolio aſſueti. Ita vero & ruri faciũt. vbi qđ balneæ nõ ſunt: in ſtagna vel flumina ſe ipſos conijciunt. nullo medici ſuaſu. ſed ipſa gubernãte corpus natura, ad id qđ conducat impulſi. Quæ eadẽ, etiã ratione carentib⁹ animalib⁹ inſtinctum inſerit, ad eoꝝ quæ offendunt cõtraria. Siquidẽ ea quoq; vbi æſtu vexantur: frigida ſe lauãt. Sicuti etiam vbi frigore vrgentur: calida cubilia ſibi inueniũt. Eodẽ cõtrarietatis ſtudio, etiã cũ eſuriunt: comedunt. et cum ſitiunt: bibunt. reliquaq; oia naturæ impulſu obeũt. Ac ſi certã febricitãtiũ naturæ noticiã haberem⁹: nõ (arbitror) dubitaremus eoꝝ aliquos, aſſidue in aquis frigidis citra balneũ lauare. Nam quod ſint quidam qui eam deſyderent, vel ex ijs quos iuuit conſtare poteſt. vt quibus frigida lauatio haud quaq̃ cõtuliſſet: niſi eo tẽpore, oportunũ ad eam affectum habuiſſent. Verũ quoniã exacta nobis affectuum noticia non eſt, ac maxima ex errore

Quæ ex ſecunda.

Quæ ex tertia.

Quæ ex quarta.

Summatim quid ex balneis proueniat.

impendet noxa: vtiq; eiuſmodi præſidia recuſam⁹. Potiſſimũ in febribus hecticis. Quãdo per has et pauci ſanguinis, et nudũ carne, et expers adipis, redditũ corpus eſt. Nullũ eñ hi ſolidarũ partiũ munimẽ habent, qd frigidæ vim ſine noxa excipiat. Sed protinus ſimilaribus ipſis partib⁹ occurrit, quib⁹ oẽs animantiũ actiones obeuntur. Iuuenis vero cui abunde ſit carnis, æſtatis tẽpore, atq; in febris ſummo vigore, modo nulla viſcerũ phlegmone ſubſit, ſi in frigidã ſe cõiecerit: ſudabit. Quod ſi frigidæ lauationi ſit aſſuetus: ſecurus remedio vtet. Verũ de eiuſmodi corporibus poſt agetur. Qui autẽ ex calida et ſicca intẽperie, hectica febricitant, ac potiſſimũ qui iam maraſmodes fiũt: ijs vbi tale præſidium petunt: tutũ nõ eſt in totã cõijci. Aeque vt nec gracilib⁹ et imbecillis, qui æſtate calida et ſicca, longa via peracta, refrigeratione indigent. Nã neq; his tutus eſt frigidi ſolij vſus, niſi pri⁹ fuerint in balneo æqualiter excalfacti. Quippe ſimile quiddam nobis accidere videtur, cũ in frigidũ ſoliũ poſt balneũ ingredimur: ei quod ferro accidit, cũ tingitur. Etenim tũ refrigeramur: tũ roboramur. quẽadmodũ et illud, vbi candens iã redditũ frigida mergitur. Atq; huius rei cauſa ad imbecilla corpora inuentæ ſunt balneæ. quæ ea præcalfaciant. atq; ad frigidũ ſoliũ præparẽt. Non diſſimile quiddã faciunt, & qui ſine balneo frigida vtunt, cũ ſcilicet ſe ab exercitatione in eã ſaltu dimittunt. Siquidẽ cuiuſmodi nobis eſt balneũ: eiuſmodi illis eſt exercitatio. vt quæ nõ tantũ calfaciat: ſed etiã inſiti caloris motũ extrorſũ concitet. Sic vt et frigidæ impeti occurrat: et quo minus violenter in profundum ruens, viſcerũ aliquod feriat, aduerſetur. atq; prohibeat. Nam neq; ipſam frigidæ ſubſtantiã, neq; eius qualitatẽ omnino integram, vſq; ad viſcera ptingere, eſt ſalubre. Imo et ſatius et tutius eſt, ſolã ei⁹ qualitatẽ per ea quæ intercedunt (vt ſic dicã) propagatã, citra ſubſtantiam ad ꝓfundum permeare. Iam qui hectica febricitantes, ad balneum accedunt, niſi in frigidam ſint dimiſſi: nihil iuuantur. Qui enim aliter febricitant, eorum ſolidæ partes nõ dum difficile ſeparabilem calorẽ optinent. Itaq; etiam ex ſudoribus, vna cum inſenſibili tranſpiratu, abunde his remedij eſt. Et ſane diariarũ febriũ ipſam ꝓpemodum ſubſtantiam vacuari, per hæc contingit. In ijs vero qui ex ſiccitate et caliditate febribus hecticis vrgentur, ſolidarum partium affectus candenti ferro eſt ſimilis. Quo vtiq; minus eos in balneis calfeciſſe dumtaxat humectaſſeq; contenti eſſe debemus. Quippe cum ſic alimentum incrementũq; febri præbuerimus. Imo melius erit, vt merſis in frigidã extinguamus calorem. At in hoc metus eſt ne corpus in diuerſa trãſferas. ac frigidum reddas. Quis hoc negat? Nõ tamẽ propterea vitio dãdũ eſt, quod ꝓſpere ex præſidio ſuccedit. Nec ꝑpterea

Cur hectica laborãtibus piculoſa ſit frigida.

Hectica febricitantes et maraſmodes nõ eſſe in frigidam totos conijciendos.

Nec ſubſtãtiã frigidæ nec integrã ei⁹ qualitatẽ ad viſcera puenire eſſe vtile.

Hectica febricitantes ex balneo niſi etiã in frigidã ſint miſſi, non iuuari.

Obiectio.

quod menſura eius deprehendi eſt difficilis: prorſus eſt deſerendum. Siquidem ſi aliter liceret tum cæteras hecticas febres, tum maraſmodes ſanare: conſultius eſſet, tutiore via inſiſtere. Nũc quoniam totum curationis momentum in refrigerando humectandoq; conſiſtit, omnibus vero refrigerantibus auxilijs propter corporis horũ gracilitatẽ noxa iminet: neceſſarium arbitror Thucydidis eſſe conſiliũ, agentes aliquid, vel periclitari. Quibus enim alia ſalutis ratio nõ eſt, et quæ vnica videtur, ea dubia eſt: neceſſum arbitror his eſt aduerſos periculis ire. Sed nec error ipſe aut mortiferus eſt aut irremediabilis. Siquidem quos in extinguenda febre, aqua frigida in contrarium affectum tranſtulit: hos licet in toto quod ſequitur tẽpore, calfaciendo ſanare. Iã nec periculũ par eſt, nec frigidi affectus: nec etiã ipſi⁹ remediorũ. Indicauim⁹ nãq;, tũ prius in huius operis ſeptimo, tũ in libro de maraſmo, tũ ante hos in libris de tuenda ſanitate, fieri non poſſe, vt ſolidarum partium ſiccitas conſummate ſanetur. At ſi fieri id poſſet: vtiq; fieri poſſe, vt non ſeneſceret qui ea victus ratione vteretur. Si igitur inſanabilis ſolidarum partiũ ſiccitas eſt, tum expeditiſſima ĩ eam per hecticas febres via patet: melius eſt hominẽ in frigidam intemperiem transferre, ac cui curationẽ adhibeam⁹ habere. Quippe qui id fecerit: is poſtea noxam oppugnauerit. Qui vero peſtiferã inſiſtere viã ſinet: is diſperatã ægrotanti ſalutẽ fecerit. Quãto itaq; ſatius eſt aliquid nõ nulla fiducia vel cũ periculo facere, q̃ ſpe adempta certo perire: tanto profecto ſatius eſt potentibus p̃ſidijs pugnare: q̃ nihil agere. Ergo illico eos qui hectica febricitant, oĩ ratione refrigeremus, anteq̃ ꝓgreſſi in maraſmũ peruenerint. Quẽ autẽ maraſmus plane iã occupauit: hũc ſanare ne tentaueris. Nam & ſi calorẽ eius extinxeris: attamẽ ſiccitas quæ relinquitur ſenectutis ritu hominẽ cõficiet. Tantiſper nimirũ victurũ, quoad ſolidæ ei⁹ partes reniti aduerſus ſummã ſiccitatem valebunt. Atqui maluerit fortaſſe propinquorum ægrotantis aliquis, magiſq; ægrotãs ipſe, aliquo ſpatio in ſenis habitu viuere: q̃ illico mori. Itaq; curare hos quoq; cum præfatione expedit, ac in alterũ transferre maraſmum, quem iam nominare ſeniũ ex morbo inſueuimus. Licebit em̃ his nõ tantum plures dies: verum etiam menſes viuere. Ego nãq; cum iuuenẽ quẽdam, qui ita laborabat, ſanaſſem, reficiẽs deinde, ac ſenilem eius imbecillitatẽ pro ſenũ ratione tractans: nõ ſolũ ĩ mẽſes: ſed etiã ãnos viuũ ſeruaui. Nec eſt qđ hic eiuſmodi maraſmi curationẽ audire deſyderes. Vtpote tũ in huius opis ſeptimo, dum ſiccas et frigidas intẽperies ſanauimus traditã poteſtate: tũ opis de ſanitate tuenda ea in parte, quæ ſenib⁹ alendis eſt delegata. Preſens autem liber nõ maraſmorũ, ſed hecticarũ febriũ curationẽ docendã promiſit.

Thucydides.

Qui plane maraſmo laborat, non ſanabit.

Duplex maraſmus.

Maraſm⁹.

Ex quo genere ſunt et quæ Maraſmodes græce dicũtur.de qb⁹ tũ alia non pauca diximus,q̃ nõ modo rationis:ſed etiã vſus iudicio probauimus: tũ illud,ſcilicet nõ oportere balneũ (vt Philippus facit)formidare. Qui cautius fortaſſis eo vtitur,ad eum modũ quo in cæteris ſolemus febribus,quas vel phlegmone, vel putreſcentes ſucci accenderunt. In his em̃ nihil offendes,etiam ſi in frigidam ægrum nõ merſeris. Sed eum (vt mos eſt) perfundas,primum tepida.poſt, ea q̃ veluti ex ſole tantum æſtiuo tepet. mox hac etiam paulo frigidiore. In hecticis vero febribus,id quod remedium affert, calidæ ſolium non eſt,ſed frigidæ. ad quam balneæ ægrotantis preparant corpus. Aeq̃ vt reliquoꝝ omnium,qui per ſanitatem lauantur. Porro nõ propter id modo videtur mihi Philippus ignorare, q̃ ſalubris res balneum ſit in his qui maraſmode hectica laborant,quod tã extenuatos in frigidæ ſolio tingere nemo audet:aut ſaltem vltimam aquam ipis frigidam infundere:ſed etiam quod ſæpe altera coniuncta febris eſt, quæ vel ex humoris putreſcentia, vel phlegmone ſit excitata. Tum vero quod tali hectica laborantium mortiferum eſt vicium. Ac propterea quidam non recte omnia quæ his exhibentur,culpant. Cum non ſit illis imputanda culpa, ſed affectui. Ergo recenſitis denuo quæ dixim⁹ huic diſputationi finem imponemus. Quicũq; hectica febre laborãt, atq; ex his ꝑcipue qui iam maraſmode hectica febricitant modo his alia nulla febris, nec ex putreſcente humore,nec phlegmone ſit adiuncta, eos omnes audacter lauabis. Sed prorſus citra omnem laborem.ne vires reſoluas. Quod ipm cũ noceat vehementer; occaſio ſit balnei culpãdi. Quod citra laborem dixi:id ita intelligo. Volo æger in balneum ſuper lectulo deportetur. in cuius prima e tribus domo, nudetur.ac tranſferatur in ſyndonẽ calentem.prompte in idipm paratam. Sint autem quatuor qui hanc teneant.a quoq; fini vnus. Ac ſi quidem prima domus ſatis calida ſit:æger in ea nudatus, in ſecundã portetur. Sin tibi frigidior videt̃:nõ nudus,ſed coopertus, vel alia ſyndone, minime frigida:vel tali aliquo inuolucro. Conſtat autem et ſyndonem eam qua portabitur, eſſe valentiorem oportere. Aut ſi imbecilla per ſe ſit,duplicari eam erit ſatius. Eſto autem media domus,non tantum ſitu media:ſed etiam temperie. Tanto ſcilicet prima calidior: quanto eſt tertia frigidior. In hac domo oleũ tepidum eſto.quo æger ſuper ſyndone illatus:protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum.ducantq; hominem vbi ſolium eſt. Sicvt per tris balnei domos dũtaxat tranſierint. Per quas nec celeri gradu tranſibunt,ij qui ægrum portant. Sed tantiſper in prioribus domibus morabũtur:dum in altera tranſferatur tantum a lectulo. In

Hectice maraſmodes. Philipp⁹.

Qui frigida nõ mergẽdi ſed ꝑfundendi.

Anacephaleoſis.

Queẽadmodum æger balneo ſine labore vtatur. cũ tota rõne vtẽdi

Mediæ dom⁹ tẽpies.

Vbi oleo ꝑfundend⁹.

Mora i domib⁹ prioribus.

Aer cuiuſq; domus, q̄lis.

media vero dum perfundatur oleo. Eſto autem et aer cuiuſq; domus, nec ſummo calore, nec etiam frigens. ſed admodum tēperatus. & modice humidus. Id fiet ſi aqua temperata, ex labro ſit liberaliter proiecta. Sic vt perfluat per omnes domos. In ipſa vero ſolij aqua mediocriter moretur. Idq; in ſyndone ſuſtentus. Nulla infuſione aquæ, cuiuſmodi in alijs vti ſolemus, adhibita. Imo nec capiti eius infundi quicq̄ velim. Cum ſit ſatis id quoq; bis ter ve vna cum toto corpore in aqua mergi. demiſſa mediocriter deorſum ſyndone ac rurſum per quatuor iuuenes, qui eum portant leuata. Mox hinc eductus: in frigidam ſemel totus tingatur. Ne vel breuiſſimo quidē ſpatio illic moratus. Porro qui eum portant, tum reliqua omnia curioſe eſſe edoctos conueniet: tum celeritatem tingendi, non documenti modo: verūetiā præcepti loco præter cætera habere. Protinus vero alter paratā habens ſyndonem: ipſi inijciat. ac deinde aliam. Tum in lectulo collocatus: primū ſpongijs, detergeatur: deinde mollibus linteis. Nec committent qui eum detergebunt, vt violentius eum contrectēt. ſed quoad fieri poteſt, blandiſſime. Poſt hæc vnctum, ac veſtibꝰ amictū, rurſus ſup lectulo in domū vbi cibatur reducent ac nutrient. Sane dictū ſupra eſt in horum commentariorum ſeptimo, vbi ſiccam ventriculi intemperiem ſanauimus, domū balneo debere coniungi. Ac de balneis quidem ſatis (quod ad rem propoſitam ſpectat) hactenus. Sequi prædicta videtur, vt de nutrimenti facultate ꝑcipiam.

De nutrimēti facultate

Alicæ conditura, ſiľr ptiſſanæ.

Sub q̄ frigiditate hæc exhibēda.

Qn̄ aſininū lac dandū.

Sane humidū eſſe ac frigidū quod hecticis febribus ſit conducturum, nemo neſcit. Eiuſmodi vero ſunt, tum ptiſſanæ cremor, cum frigidus ſumitur: tum alica, ſimiliter ptiſſanæ cremori condita. Id vero eſt ex aqua, et exiguo porri, & anetho, tum ſale. oleo & aceto. Cōmodus præterea ijs qui ſic laborant eſt, et exiguus in aqua frigida panis. Cæterum nulliꝰ horum pura frigiditas eſſe debebit. ſicuti potionis. Quippe hæc mature tum incaleſcit, tum per corpus digeritur. Illa cum pluſculū temporis in ventriculo morentur, ipſum fortaſſis refrigerent. ſi fuerint immodice frigida. Vbi vero febris iam traxerit: dandum quoq; aſininū lac eſt. Sed diligenter obſeruato, ne in ventriculo cogatur.

Ne lac i vētre cogať.

A melle & mulſa in hecticis febribus abſtinēdum.

Id vero interim ipē nos æger docebit. vtpote ſuæ ipiꝰ naturæ peritus. Interim id a nobis inueniendum eſt. Paulatim ad eius vſum accedentibus. Ac expedita quidem ratio eſt ad ſymptωma declinādum, ſi mel illi admiſceas. aut ſalis quo veſcimur exiguū. Cæterum abſtinendum quoad fieri poteſt, in hecticis febribus a melle eſt. atq; idcirco etiam a mulſa. Quippe protinus vertitur in bilem. & ſicciores acrioriſq; caloris febres reddit. Dandus itaq; principio eſt aſinini lactis nō plus cyathus: veluti a me datum vidiſti. Sed inducto in ipſum cubiculum

aſino. Quo nullum tempus interponatur. ſed æger id protinus bibat. Contemplantibus diligenter nobis, ac conferentibus arteriæ motũ, qui a ſumpto lacte agitur, cum eo qui ante id ſumptum fuit. Si ẽm corruptum ſit, eiuſmodi inuenies pulſus, cuiuſmodi in oris ventris afflictione accidere noſti. Sin autem corruptũ non ſit: & maiores & valentiores redditos inuenies. Itaq; etiam licebit (cum poſtea exhibebis) modum lactis dimidio cyatho adaugeas, ac deinde rurſus alium dimidium adijcias, ſicq; ſenſim vſq; ad mediocrem modũ addas. Modi vero non lactis tantum, ſed etiam reliquorum ciboꝝ omnium metæ quibus attentus eris: in ſeptimo huius operis, vbi ventriculi ſanauimus intemperies, ſunt traditæ. Nam cum primũ in eo libro frigidam eius intemperiem hactenus inueteratam propoſuerimus, vt totum iam corpus gracile reddiderit: indicauim⁹ quo pacto quis ſimul ambo probe ſit ſanaturus: tum ventris intemperiem: tum corporis gracilitatem. Ideoq; fortaſſe ſit ſatius, quo minus multa ſcribam⁹: ad illum te librum pro reliquis omnibus cibis remittam. Cum ẽm ſimiles affectus ſint: ſimilia nimirũ remedia poſtulant. Verum quanto hecticarum febrium affectus eſt calidior: tanto vtiq; frigidiora requirit auxilia. Et ſimul maiorem ſollicitudinem ne valentibus auxilijs vtẽtes: quicq̃ lædamus. at qui iam maraſmo vrgentur, eos ſicut dictũ eſt lauabis. Quos vero hectica premit, nõ dum tamẽ maraſmo tentant: eos licet etiam ſine ſyndone ſubiecta laues. vtpote viribus adhuc valentes. Inferri tamen & hos in domum, vel ſuper lectulo, vel ſaltem alio quopiam idoneo conueniet. Mox ipſos ſeipſis ingredientes, ad calidam duci. quo in ea morentur. At qui ex his minus ſunt valentes: eos non tutum eſt permittere in frigidam natationem deſcendere. ſed foris potius ipſos perfundes. Primum tepida. Secũdo frida. Eſto autem præparata in labro aqua frigida (quanta ſcilicet ex eo ſemel hauſta perfundere ſimul totum iam lauatum poſſit.) ea frigiditate vt nullam euidentem qualitatem, nec prorſus frigidarũ, nec tepidarũ præferat. ſed qualem ea quæ fontana vocatur. quæ & frigoris, quod tanq̃ ferit: & teporis, qui reſoluit, eſt in medio. Ac ſiquidem omnia curioſe adminiſtrabuntur, tum quod ad balneum, tum quod ad nutrimenta ſpectat: vtiq; ſanandi iam eius quem maraſmus conſumit, ſpes eſt. Sin error vel in vno committatur: is reliqua ſubuertit omnia. Quippe cum exitialis horum affectus ſit: ne leuiſſimum quidem errorem tolerat. ac ſi quis talium eſt ſeruatus: huic carnoſam portionem maraſmus occupauerat. Ipſis vero ſolidis ſiccatis: fieri nequit, vt homo prorſus perſanetur. ſed omnino vel ſtatim eum febris ipſa iugulauerit: vel poſtq̃ in eum affectum eſt tranſlata, quem ſenium ex morbo

Corrupti lactis in vẽtre, nota

Hectica laborãtes frigidiora q̃ tantũ graciles poſtulare.

Hectica.

Maraſm⁹.

Hectica tm̃ laborantes quõ in balneo lauãdi.

Frigidæ tẽperatura.

Maraſmus in carnoſa parte.

Maraſmus qd primum qd ſcd'o, & quid tertio cõſumat.

vocamus. Nam primum eiuſmodi febris propriam partium humiditatem, ex qua nutriuntur depaſcit. Hinc vero ad carnoſum genus tranſit. quod circa tum fibroſas, tum membranoſas partes ſolidorum corporum heret. Ita deinde ipſas ſolidas populatur.

Simplices ac priæ partes, ex qb⁹ cõſiſtãt.

Siquidem in ſingulis ſimplicium ac primarum quas vocant partium, (vt in diſſectionibus es contemplatus) alia portio ſubſtantiæ eorum eſt veluti fibroſa. alia membranoſa. alia carnoſa. Sicut exempli cauſa cũ vena vnam tunicam habeat, & eam tenuem: licet fibras in ea inuenire multas, quæ ſint araneoſis quibuſdam interſitis cõtextæ. quib⁹ vtriſq; , ipſa propria venæ ſubſtãtia adnaſcitur.

Carnoſam ptẽ in diuerſis ptib⁹ diuerſa.

Hæc alia, in alijs partib⁹ habetur. nec vllum cõmune nomen eſt nacta. Cæterum docendi cauſa nihil vetat, eam carnoſam ſubſtantiam voces. Vel certe huius particulæ carnem, quæ in ventriculo quidem ſit alia, in iocinore alia, ſimiliter in arteria et muſculo.

Quæ ꝓpe caro dicat.

Parenchymata.

Vocatur autem caro, tantum ea quæ in muſculo eſt, reliquarum nullam homines carnem vocant præterq̃ admodum pauci. ſed quæ in viſceribus, ceu iocinore, renibus, liene & pulmone, viſuntur: eas parenchymata quaſi affuſiones dixeris græce vocant. Quæ in inteſtinis ventriculo ſtomacho & vtero ſunt, ſine nomine relinquũt. Tu tamen de nominibus non laborabis.

Cuiuſq; ptis moles vñ maxime ſit cõflata.

Quę ſubſtãtia pire & regigni poſſit: et q̃ nõ.

Illud potius intelliges, ſingularum particularum ſubſtãtiæ molem, ex tali maxime completam eſſe natura. quæ vtiq; (vt in ſinuoſis vlceribus videre licet) & perire & regigni poteſt. At vero nec fibroſa, nec neruoſa membranoſa ve natura eandem generationem habere cernitur. Nec fas eſt eiuſmodi ſingularum partium fibras, a malignis febribus liquari. ſicuti carnes. Quando animal ipſum priuſq̃ hæ prorſus ſint ſiccatæ, interemerint.

Colliquantiũ febriũ et maraſmodõn collatio.

Sane ſunt & quas maraſmodes febres vocãt, vniuerſæ ex eorum genere quæ colliquant. Sed in eo differũt, quod quæ portio carnis in his colliquatur: ea ſemper vaporis vice digeritur. In illis defluit in ventrem. Cernitur hoc etiam in carnibus, dum in craticulis torrentur euidenter fieri. Siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit. ferturq; in prunas largiter. Aliquando nihil omnino, quod vtiq; ſentias, defluere videtur etiam ſi par ſit prunarũ ſubdita copia. Quippe feris ſubus, aut nihil omnino, aut plane minimũ eſt quod defluat. cicurib⁹ plurimũ. Quãtoq; magis vel adipe, vel carne animal abundat: tanto profecto quod ab ipius carnibus dũ in craticulis torrentur defluit, cernitur copioſius.

Quorũ febres ardentes, in maraſmodes tranſeũt.

Ad eundem itaq; modũ in calidiſſimis febribus, ſi carnes humidæ ac molles, cum adipis copia fuerint: eas ſenſu liquari deprehẽdas. Sin ſine adipe & ſiccæ ſint in maraſmodes febres tranſeunt. Clariſſimo huius rei argumẽto ſunt infirmi, qui per aluum, quod liquatur excernunt. qui niſi prius vel

morbi violentia vel medicorum inſcitia moriantur, in maraſmodes febres incidunt. Siquidem quoad materiam vberem habent: hanc colliquant. vbi illis tum adeps, tũ caro mollis defecit: duras & ægre liquabiles carnes ſiccant. a quibus propter ſiccitatem nihil defluit. veluti nec ab his quæ ſale ſunt ſiccatæ. Si quis has quoq; torrere parans, pari cum alijs igni admoueat. Nam & ſicciores earum carnes reddentur: & corij ritu durabuntur. nec defluet ex his vlla ſenſibilis liquatio. Hæc igitur cum ſcias etiam colliquantium febrium, iiſdem methodis curam ages. tum ad frigidam exhibendam q̃ primum properans: tum ijs quæ humectant & refrigerent, nutriens. Mulſam vero inimiciſſimam cenſebis. qua tamen vti pleroſq; medicorum in eiuſmodi febribus vides. Verum de colliquantibus febribus diſſerere in poſterum licebit. Aeque vt de ijs hecticis febribus quæ in peſtilentijs contingunt. cuiuſmodi ea eſt quæ nunc publice graſſatur. Dicetur nanq; & de hac inter peſtilentes febres. Reliquarum verum tum hecticarum, tum quas maraſmodes vocamus, abũde mihi ſanatiõis methodũ tradidiſſe videor.

Maraſmi inceptio.

Generalis colliquantiũ febrium curatio.

Mulſam in colliquãtibus vitandam.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER VNDECIMVS.

FEbriū quas putreſcēs accēdit humor, primæ remedioꝝ indicationes dictæ prius ſunt. quo loco eas quēadmodū et duas & tris efficias docui. etiā ſi velis vnam. Nūc vero quod in alijs febribus fecimus, vt ex primis generibus diductis, ad vltimas vſq; ſpecies diuidendo perueniremus: idem et in propoſita differentia facere tēptemus. Illud prius admonentes, quod etiam in libris de pulſu oſtendimꝰ, ſiue primas differētias, ſiue prima genera, ſiue maxime generales ideas, ſiue quo modocūq; aliter appellare libeat, modo exactam rei notionē ſerues: nihil interfuturum. Ac febrium quidem ipſaꝝ, quēadmodū eas quas diarias vocamus cures: in horum cōmentariorum octauo expoſui. Pari modo et quēadmodum continentes, in libro qui illum ſequitur. atq; etiam quemadmodum hecticas, in eo qui illi ſuccedit. qui totius operis eſt decimus. In quibus non propria modo cuiuſq; : ſed etiam cōmuniū pleraq; explicaui.

Eoꝝ ꝗ cōia febriū ſunt magnā ptē in ꝑcedētibus traditam.

Nunc quēadmodū quæ ex putreſcentibꝰ humoribus excitētur, methodo ſint ſanandæ: aggredi ſtatui. Quæ curationem indicant, prout in duo diuiduntur: affectus quē curamus, & partium ægrotantis temperies ſunt. Licet autem ea (vt dictum eſt) et vna ſumma interpretemur. dicentes vnam eſſe omniū morborum cōmunem curationis indicationem. Nempe contrarietatē ipam. qua rurſus diuiſa, duas exiſtere. morbo ſcilicet ex ijs quæ ſibi contraria ſint, adhibenda remedia indicante. Laborantis vero temperie, vna cum ipſo morbo, contrarietatis menſuram definiente. Porro dictum in illis eſt, ambientē quoq; nos aerem, vnā efficere idicationē poſſe. et cum primā ſectionē in duo facimus: ambientē vel ægritudinis cauſis, vel ſanitatis annumerandū eſſe.

Quod remedium auxiliūve dicitur, et vltimam primam ſanitatis cām eē. Ars & artifex, quō ſanitatis cauſæ.

At vero cum ſanitatis cauſæ ſint, omnia quæ ſanitatem efficiūt: vna certe earum eſt, quod auxilium remediū ve vocatur. quod pro varijs rationibus, & vltima: et prima ſanitatis cauſa recte dicitur. Quippe tempore, vltima erit. Propterea quod tempore, & natura & ars et fortuna: priores eo ſanitatis cauſæ ſunt. Prima vero eſt, quatenus id laborantis corpus tangit. alteratq; eius affectum. ac propter alterationem quam id facit, cum ægra

corpora ad ſanitatem perducuntur: ars et artifex ſanitatis cauſæ fiũt. Non quod hæc morbos primũ ſummoueãt. ſed quod alia materia ad id cõmoda intercedente, quod auxilium appellatur. Siquidem ſanguinis miſſio, quam phlebotomian vocant, ipſa quidem per ſe, hoc quod iam dictum eſt nomen poſſidet. At cum homini malum affert: ex cauſis fit morbificis. Contra cum prodeſt, ex ſanis. Ac propterea cum proficit: vocatur auxilium. Sicut profecto omnis materia quæ quomodolibet corpus alterat, quo tempore iuuat: auxiliũ dicitur. Ad eundem modum et ambiẽtis, proprium pro natura ſua nomẽ eſt aer. Relatus tamen ad nos, alias auxilium et ſanitatis cauſarum vnus efficitur. Alias cõtrariarum ijs. Nempe morbificarum. At quoniam aeri tum ex præſente cæli ſtatu: tum anni tempore, tum regionis natura, ſuæ in humido, ſicco, calido et frigido mutationes accedũt: ex illorũ rurſus vnoquoq; aliæ pticulares indicationes oriuntur. Ac fortuna quidem et ars, et artifex, materiaꝝ interuentu agunt. Natura vero per ſe ipſam. Ea ex tribus his partibus conſtat. ex ſpiritus ſubſtantia, & ex earum quæ vere dicuntur ſolidæ, ſubſtantia. quas alibi ex ſemine genitali conditas eſſe mõſtrauimus. & tertia ab ijs carnoſa. q̃ cuiq; particulæ eſt ſua. Singulæ autem iam dictarum trium, propriam pro natura ſua tum qualitatem habent, tum quãtitatem. Ac qualitas quidem earum ex congrua temperie humidi, ſicci, calidi, et frigidi conſiſtit. Quantitas vero ſolidarũ partium par ſemper manet. ſed ijs qui adhuc inaugentur, numero dũtaxat. Qui vero abſoluti iam ſunt, etiam magnitudine. Carnoſæ vero ſubſtantiæ, magnitudo variatur. etiam ſi præterea non augeatur animans. Pari modo et ſpiritus ſubſtantia, tam non quolibet momẽto, tum minor: tum maior conſpicitur. Ergo etiam ſupra ea, quæ indicationes præſtare prius diximus: virtus vel ſola in ijs tribus, quæ modo comprehendimus, ſimul enumeratis additur: vel ſi temperamentum ſeorſum ſit diſcretum: in ipſo. Atq; hoc ipſum rurſus bifariã quoq;, vt oſtenſum eſt, ſcinditur. & in originalẽ naturam, & in acquiſiticium affectum. ſic nimirum, vt ex iſtis, & alijs quæ prius dicta ſunt, propria quædam cuiuſq; curationis ratio indicetur. Sæpe autem adſcita temperies ad efficientes cauſas reducta, illis indicationem ſuam concedit. Ad hunc itaq; modum ex ætate, arte & conſuetudine, indicationẽ remedioꝝ ſuggeri dixim⁹. conſentireq; inter ſe omnes iã dictas indicationes. Siquidem in ijs quæ magis ſũt ſpeciales, cõtineri ſemp quæ magis ſint generales. Agi vero in vſum quæ magis ſint particulares. ſcilicet ex magis generalium ſectiõe inuentas. Prima nãq; omnium curationis indicationũ. quæ ex ipſo qui curatur morbo accipitur: cõtrarietatem præſcripſit. At quoniã mor-

Phlebotomia alia ex cãis morbi alias auxilium.

Vñ ſuæ q̃litates vnde.

Fortunã artẽ et artificẽ materiæ interuẽtu agere.

Naturã ex trib⁹ cõſtare.

Qualitas triũ vñ cõſtet.

Solidarum quãtitatem parẽ manere et quõ.

Carnoſæ ſubſtantiæ quãtitatem variare.

Spũs ſubſtantiã fere quolibet momẽto variari.

Virt⁹ vel i trib⁹ iã dictis vel temperamẽto

Tẽpamẽtũ duplex.

borum plura ſunt genera: cuiq; eorum ſua erit contrarietas. Verũ cætera in præſens omittantur. Proponatur autem nobis ad præſentem diſputationem dũtaxat, morbi quem curamus genus, in intẽperie eſſe poſitum. Id igitur per contrariam ipſi intemperiẽ, ſanabitur. At quoniam vniuerſi febriũ generis, intemperies eſt calor: nimirum per frigiditatem curabitur. ſic omnes indicationes inter ſe concordant. Nã ſiue dixeris abſoluto ſermone, febrem per contraria ſanandam eſſe: ſiue adijciens, per ea quæ contrario ſunt temperamento: nulla pugnantia in ſermone erit. Similiter nec ſi per frigida ſanandam febrem eſſe dixerimus. Sed nec ſi diuidẽtes id dicamus, aliquando ſanare nos febrem per ea quæ effectu frigida ſunt, aliquãdo per ea q̃ poteſtate, aliquando & per ea quæ ex accidenti refrigerant, aut etiam iſta coniungentes, nulla pugnantia cum ijs quæ dicta ſunt, in ſermone erit. Pari modo nec ſi quis dicat, quæ actu, poteſtate, vel ex accidenti calfaciant: ea febres deteriores reddere q̃ prius fuerant. Contra quæ effectu, facultate, vel ex accidente refrigerent: ea febres ſanare. Quippe indicatio quæ ab affectu ſumitur, in tot numero particulares indicationes eſt diducta. Hæ vero ipſæ particulares indicationes materias inueniunt, iuxta eas methodos, quæ in opere de medicamentis ſunt traditæ. Quando illarum principium id eſt, in quo finita eſt curandi affectus diuiſio.

Curationẽ dupliciter dici.

Quoꝝ proprie dicat̃ curatio.

Quoꝝ abuſiue.

Prophylactices officium.

Duplex ꝓphylactice.

Si qua res indicãs prętermittat̃: curatiõem claudicare.

Ac maxime quidẽ in ſoluendo morbo intelligit̃ cura ratio. ſed per abuſionem, etiam mixtum genus, quod tum ex vera cũtione, tum prouiſione quam prophylacticen pars artis p̃ſtat componitur. Ac diariarũ quidẽ febriũ, et hecticarũ, vera et propria curatio eſt. Earũ vero quæ ex putreſcentibus excitantur humoribus, vocata curatio: ꝓphylacticen quoq; ſibi adiũxit. cui⁹ officiũ eſt, cauſam quæ morbũ creat adimere. Sane noiat̃ hæc ipſa quoq; pars artis curatrix. quæ vtiq; ab ea, quæ pure ſyncereq; prophylactice dicitur, in eo diſtincta eſt, quod ſub hac iam ſenſibiliter ex ipa cauſa morbus gignit̃. In prophylactice eſt futurus. Atq; nominibus quidem, quiſq; prout volet vtatur. Id enim ſemper monere oportet. Sed remediorum indicationem quæ a rebus ſingulis præſtetur ſeruet. Quando ſi vel vnã aliquã earũ prætereat: ad portionem tum magnitudinis illius, tum facultatis, curatio claudicabit. Porro quẽadmodum ab affectu ad materias præſidiorum peruenimus: eodem modo ab ſingulis reliquoꝝ generum primorum, deſcendendum ad eas eſt. veluti a virtute. Nam ea morbo ceu aduerſatrix eſt oppoſita. ꝓpoſitumq; medico eſt huic omni ratione opitulari. ac ſubuenire. Ergo quis primus eſt a virtute ſcopus. aut quænam indicatio prima? Nam hic quoq; loqui pro arbitrio poſſis. ſcilicet virtutem ipam vnum ſcopum ac primum, ſed qđ

indicet, ſtatuens. Quod vero ab ea indicatur alterũ et ſecundum. Itaq; cum monſtratum ſit, virtutẽ ſui cuſtodiam præſcribere, ſicuti morbum ſe tollẽdum: erit rurſus in virtute ſecũdus ſcopus, ſiue quod indicat, ipi⁹ cuſtodia. ſicut in morbis ipoꝝ ſublatio. At vero cuſtodia, ſimiliũ exhibitionem indicabit. ſublatio contrariorum. Quoniam vero virium ſubſtantia, tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie, tum ſo lidis ipis completur: ex ijs que ſimilia ſunt, moliri cuiq; ſuã cuſtodiã conueniet. Spiritui ex reſpiratione ac tranſpiratione, et qui ex ſanguine attollitur vapore. Liceat vero hic quoq; volenti, vel græce ἀέρωσιν quaſi aerationem dicas, vel ſanguinis attenuationem, vel in halitum ſolutionem, vel vtcũq; libuerit appellare. Solidarũ vero generi, ex ſolido nutrimento. Carnoſo generi per eam naturæ, quã in medio humidorum ac ſolidorum corporum eſt. Porro cuiuſq; horũ modum, ex conſeruandæ ſubſtantiæ modo inuenies. Qualitatem vero, ex ipſarum temperie. Cum vero horum cuiuſq;, vel optima temperies ſit, vel aliquatenus vitioſa, quæ quidem optima eſt, ſemper ſeruari debebit. Quæ vero omnino vitio non caret, hæc in ſanis quidem, vel ſeruanda eſt, vel alteranda. In ægris vero ſeruanda eſt. Ea ipſa ſcilicet ratione qua prius oſtendimus, maximam eſſe a conſuetudine indicationem. Quippe vel temperamentum originale ipam ſeruare, vel ad adſciticium inducere. Præſtari vero (vt prædictum eſt) modi auxiliorum indicationem, ex eo temperamento quod iam præſens ſit. Ita nimirũ ſicut ex ætate, non quam æger prius habuerit, ſed quam nunc habeat. Cum vero diuerſitas non parua ſit in partiũ animalis temperamento: propriam cuiq; menſuram fore, eorum quæ ipſi ſint ſimilia. Nempe ei quæ terrea eſt, eorum quæ magis ſint terrea. & ei quæ humida eſt, eorum quæ ſint humidiora. Ad eundẽ modum, et ei quæ magis aerea eſt, eorum quæ plus huius ſubſtantiæ in ſe habeant. ſicut calidiori, eorum quæ magis ſubſtantiæ ignee ſint participes. Hinc vero iam materias particulares in cibis, potione, aere, & omnibus peragi ſolitis, inueniendas eſſe. Vbi vero ſecum pugnauerint indicationes aliquæ: ſuperius comprehẽſa methodo ad ea quæ agenda ſint inuenienda, vtendum eſſe. perpenſis ſcilicet eorum quæ indicent, tum magnitudine, tum dignitate. Oſtendim⁹ enim eligendas eas indicationes eſſe, quas digniora maioraq; indicãtia pſcribant. ac dignitatem eorum, vel vitæ, vel ſanitatis reſpectu, iudicãdã. Magnitudinẽ vero duplicem eſſe, vel propriæ ſubſtãtiæ ratione, vel declinationis a naturali habitu. Ergo ab his iam methodis agedũ exercitemur in gñe febriũ, quod ex putredine naſcit. Qm̃ putredo vel æqliter in oib⁹ ſubſiſtit vaſis, vł in maximis, maximeq; pricipalib⁹,

Viriũ indicatio gñal.

Viriũ indicatões ſpeciales.

Spũs cuſtodia, vnde.

Cuſtodia ſolidaꝝ vñ

Carnoſę pᵗis cuſtodia vnde.

Optimam hoꝝ tẽpiẽ, ſp eẽ ſeruãdam.

Quæ optiã non ſit, qñ ſeruãda eſt, & qñ alterari poſſit.

Mẽſuræ auxilioꝝ indicationẽ ex pñti tẽpamẽto dari.

Dignitas indicãtiũ vnde ſit iudicanda.

Magnitudo indicantis duplex.

Exercitatio lectoris in febribus a putredine.

Maxia maximeq́ principalia vaſa, quæ.

(ea porro ſūt inter alas et inguina)vel vna quapiam particula, quæ vel phlegmonen in ſe habet, vel etiā citra phlegmonen, veluti in foco quodā principiū febris in ſe cōtinet: in ſingulis his differentijs ſeorſum exercitari cōueniet. Ac primū eā tractandā ꝓponem⁹, q̄ vel in maximis vaſis, vel ſimul omnibus cōſiſtit. Quæ igitur ex tali affectu oritur febris, plane neceſſum eſt, Synochon. i. continuā eſſe. Nec fieri poteſt, vt ea ſanetur, niſi inhibita prius putredo ſit. Porro ea inhiberi, cauſa etiam durāte, nō poteſt. Quare ſūmouēda ipſius cauſa eſt. Si modo putredo ipſa primū, mox febris ſanari debebit. Ergo q̄ cauſa putredinis eſt, quæ ſe p oia vaſa æquabiliter diffūditur. Sane memorare prius conueniet, quænam alias putredinis indicata ſit, cauſa. Sic deinde cur pari modo in omnibus animalis partibus fiat. inquirere. Ergo oſtenſum eſt vbi morborum cauſas reddidimus, illa tantū putreſcere corpora, quæ cum calida humidaq́ natura ſint, neq́ perflata, neq́ ventilata, in calido humidoq́ loco maneant. Quod ſi in motu ſint, ventilenturq́, ac perflentur: poſſe ea non putria integraq́ ſeruari. potiſſimum quæcūq́ ſua ipoꝝ natura reguntur. ſicut animalium et ſtirpium. Ea nāq́, (ſicut in opere de naturalibus facultatibus eſt proditum) ab initio cōgenitos ſecū motus habēt: qbus ſupflua excernāt. Oſtenſum non minus et in alijs duobus libellis eſt, quāta ſit tum reſpiratiōis, tum pulſuū vtilitas, ad perflatū ventilationēq́ corporis, atq́ eius natiuū calorē tuendum. Itaq́ ſi quid in eo manifeſte putreſcere debebit: dictas tranſpirationes impeditas eſſe oportet. At vero q̄ fieri poteſt, vt illæ per totum animal ſiſtantur, niſi vel finibus vaſorum ſtipatis, vel tota cute. Porro accidere in finibus vaſorum ſtipatio poteſt, vel ex vehementi extrinſecus refrigeratione: vel ex ſuccorum qui extrorſum in ipſis confertim ruerint, craſſitudine. multitudine. vel lēticia. Accidit hoc illis, & ex ijs quæ in paleſtra exercētur vel alias obeuntur, et itinere laborioſo, vel ambientis ſtatu, cū ex rigore in æſtū ſubito eſt mutatus. Nōnullis vero feruētes ex ira ſucci, ac foras ſimul impetu ruentes, dictas ſtipationes effecerunt.

Loca putredinis vnde febris oriat quæ.

De putredine q̄ vel in maximis vaſis, vl' in oib⁹ ſit.

Synochos.

Quæ corpa putreſcāt.

Fines vaſorū, vnde ſtipenť.

Quę ſuccoſ extrorſū p̄cipitēt.

Methodus ſanationis haꝝ febriū

Quiſquis igitur propoſitam ſanaturus eſt febrem: hic ſimul cauſam eius adimat oportet, ſimul calorem, qui in animali excitatus ab ea eſt, refrigeret. Ac quemadmodum quidem ille ſit refrigerandus, prius eſt dictum. Cauſam vero adimi oportebit, propria cuiuſq́ naturæ inuenta contrarietate. Vtiq́ ſi ex frigida cauſa ſtipatum denſumq́ redditum corpus eſt: relaxato eo omniq́ ratione remiſſo. Sin ex obſtructione ita eſt affectum: hac recluſa. Quod vero recludet, hic quoq́ inuenies, ad contrarietatis indicationē attent⁹. Vbi nanq́ abundantia humorū eſt: hos vacuabis. Vbi craſſi ſunt & glu-

tinoſi: tenues eos ac fluxiles efficies. Si plures cauſæ aliquando coi-bunt: omnibus per contraria occurres. Si quidẽ fieri poteſt, vt et co artatũ corpus ſit: et exigui meatus denſati: et multi ſimul ac lenti hu-mores ſubſint. In eiuſmodi autem cauſarum complexu, ſi recte quæ prius comprehenſa ſunt meminimus: cœpiſſe a ſanguinis miſſiõe cõ ueniet. Ac abundantia vacuata, tum ad extenuandos humores veni-re. Ab hoc ad remittenda quæ ſunt conſtricta. et rarefacienda que ſunt dẽſata. Atq; hæc qdẽ a morbi affectu, indicatiue ſunt ſumẽda. A viri-bus aũt iſta. Quoniã has cibi, potiões, & ſpũs, certa mẽſura, & apta q̃litate exhibiti, ſeruabũt: inuent⁹ aũt eſt quãtitatis eoꝝ modus, ex vi riũ ſubſtãtia, qualitatis vero a tẽperamẽto: nimirũ æſtimari debebit, queadmodũ vires q̃ corpus regũt, in his ſe habeãt. Quippe ſi valen-tes ſint: audacter vacuãtibus præſidijs vteris. Hæc aũt ab effectu mor bi fuere accepta. Sin infirmiores ſint redditæ: vacuãtia remedia cau-tius adminiſtrabis. Sed et nutrimẽti modus, hinc tibi eſt deſumẽdus. Quippe cũ vires legitimũ robur ſuũ habẽt, et morbi ſũm⁹ vigor ma ture expectatur: tenuiſſimo victu licet vti. Cũ ſint ĩfirmiores: nõ licet ſine graui noxa. Sed adijcere ad nutrimẽta tantũ oportet: quãtũ eſt de robore viriũ ĩminutũ. atq; ex his cõſyderãtib⁹ accipiẽdus eſt nutri-mẽti modus. Qualitas vero, ex morbi affectu. vna cũ ſolidoꝝ corpo-rũ, quod tũ eſt, tẽpamento. Ab affectu, ſi is obſtructio eſt, q̃ extenuet. A naturali ĩpoꝝ tẽperie, vna cũ cõſuetudine, ꝓut etiam prius eſt defi nitum. Tempus vero nutriendi quod quidem ad reliquas ſpectat fe-bres, quæ ex putredine oriũtur: in progreſſu ſermonis dicetur. Quæ vero vnicam a principio ſuo ad finem acceſſionem habent: (de his nanq; præſens eſt ſermo) in his facilis toleratio, et cõſuetudo ſpecta-ri debebũt. Quando cibus illis eo tpe eſt offerendus: quo facili⁹ q̃ in cæteris morbum tolerant. Eoq; potiſſimũ diei tempore, quo prius ci bari ſunt ſueti. Etenim facillime cibum ferent, ſi ex his conſyderatio nibus aſſument. Quod autem frigida quoq; his qui ita laborant, ſit exhibenda, cum ſcilicet iam ſucci concoquũtur, & craſſitudo eorum extenuata eſt: id ex ijs quæ prius ſunt comprehenſa, manifeſtum ar-bitror. Siquidem cum eiuſmodi febris communia quedam cum am-babus habeat: tum ijs quæ ex humorum ortæ putredine, circuitibus quibuſdam redeunt, tum ijs quas diarias vocamus: merito in vtro-q; genere, de ipſa mentionem facimus. Cum vnicam acceſſionem ha beat vt diariæ, cæterum ex putredine orta: multos duret dies. Itaq; etiam vnum cum diarijs cõmune habebit. Duo cum ijs quæ ex putre dine ortæ: multos durãt dies. Reliquũ cõtinuarũ febriũ quas Sino-chos vocãt gen⁹, duo habet cũ diarijs cõia. Nẽpe & qđ ſine putredie

Quæ a viribus in ꝓpoſita febri indicẽtur.

Nutrimẽti quantitas, vnde.

Nutrimẽti q̃litas, vñ.

Nutriẽdi tẽpus ĩ ſynochis.

Frigidã ꝓpoſitis exhibendam.

Cõtinuarũ cũ diarijs & inter ſe collatio.

ſit:et quod abſq; circuitu. Tertiũ vero cõmune nõ eſt. Cum ſubinde in quintũ porrigat̃ diẽ. Atq; harũ qdẽ cõtinẽtiũ febriũ ꝓdita prius curatio eſt. Cõtinuarũ vero quas putredo excitauit curatio, cũ vtriq; generi cõis eſſet: etiã nos in ambob⁹ de ipã diſſerere coegit. Cæterꝝ ſubſtantia earũ totaq; natura, ex eo eſt genere, quod nũc nobis ꝓponit̃. In vno aũt eoꝝ q̃ ipis accidũt, cũ diarijs cõueniebant. Id fuit, quod vna in totũ totius morbi acceſſio erat. Ergo & curatio earũ, vnũ hoc dũtaxat cõmune cũ diarijs habeat oportet. In reliquis oĩb⁹ bifariam diducatur. Atq; aliæ qdẽ curatiõis indicatiões, ex cõmuni gñe eaꝝ q̃ ex putredine ſint ortæ, accipiãt̃. Aliæ ex ꝓpria eaꝝ ſubſtãtia. Ad eũdem vero modũ & cæteras natarũ ex putredine febriũ differentias, ſanari cõueniet. Nẽpe (ſicut ſæpe prius dictũ eſt,) indicatiõe tũ a cõmuni ipaꝝ gñe: tum vero a cuiuſq; ꝓpria differẽtia, deſumpta. Ergo denuo repetẽtes, dicam⁹ primũ quot ſint febriũ quas putredo accendit in vniuerſum differẽtiæ. deinde quænã ſit ipius generis eaꝝ, cõmunis vtiliũ auxilioꝝ indicatio. Mox q̃ ſit ſingulatim cuiuſq; ꝓpria. Par eſt eñ ꝑfecto & quod oĩm eaꝝ cõmune eſt, cõmunẽ habeat indicationẽ: & quod in ſingulis eſt ꝓpriũ, quãtũ a reliquis eiuſdẽ generis eſt diuerſum: in tantũ & diuerſam ab illis ſortiatur indicationẽ. Sunt igit̃ natarũ ex humoris putredine, eiuſmodi differẽtiæ. Vna ex eo qđ cauſæ ipius putredinis iam adſunt, vel nõ adſunt. Secũda, ex eo quod per totũ aĩal diffuſa putredo ſit, aut eius aliquã partẽ occupet. Tertia quatenus cũ phlegmone eſt, aut citra hanc. Igit̃ conſyderãdũ nobis eſt, quidnã cõmune habeat indicatio, q̃ a cauſa ſumit̃ adhuc manente. Quidnã ea quã putredo ipã præſtat. Ab his deinde, quid indicatio putredinis q̃ per totũ diffundit̃ aĩal, aut certe maxime principalia in eo ſanguis vaſa. Quid ei⁹ q̃ in vna cõſiſtit parte. Mox deinde earũ q̃ in vna parte ſunt, æſtimabim⁹ differẽtias. Quippe aliã eſſe indicationẽ ei⁹, q̃ cũ phlegmone cõiungit̃ ratio eſt. Aliã eius q̃ ſine hac conſiſtit. Rurſus in iſtis etiam ipis, aliã eẽ præſente adhuc effectrice cauſa, aliã vero hac ſũmota. Poſtremo cuiuſq; cauſæ adhuc manẽtis differentias. p oĩa q̃ in ſpecierũ diuiſione ſunt inuenta. Siquidem hic iam definant neceſſum eſt indicationes, quæ ex curandis ſumuntur affectibus. poſt has vero eas nimirum quæ ab ipſis curandis ſuggerũtur particulis, pro iam dicta methodo ſumem⁹. Quib⁹ ſi eas q̃ a viribus præbentur, adiecerimus: abſoluta nobis methodus de febribus ſanãdis erit. Ergo ordiamur ab eo quod primũ in diuiſione indicans fuit. Ea erit humorum putredo, ac conſyderemus quibus maxime indicantibus, quibuſq; indicationibus vſi: curationem eius inuenire poſſim⁹. Principium vero inuẽtiõis, ipã erit rei natura, qua de agit̃.

Summa dicendoꝝ de febribus a putredine

Febriũ quæ ex putredine oriantur differẽtiæ. Quæ de ſingulis differentijs ſint dicenda.

De putredine.

Etem̄ id quoq; in demōſtrādi methodis didicimus. Quænā igitur eſt putredinis natura? Nempe mutatio totius putreſcētis corporis ſubſtantiæ ad corruptelā.a calido externo. Nō em̄ ꝑfecto a proprio calore corrūpit quicq̄. imo contra prorſus. Quicqd in rebus ſubſiſtit: id gliſcit, roborat, ſanū eſt, ac viuit, dū ꝑprio calore regitur. veluti nimirū ipa animantiū corpora tametſi plurimā naturæ ſuæ portionem humidam et calidam ſunt ſortita: magnū tamē annoꝝ numerū ſine putredine, ac ſana viuaq; exigūt. ſi ſeruet (vt mōſtratū eſt) eoꝝ proprius calor. In cordis quidē corpore per reſpirationē. In reliquis omnib⁹ partibus, tum per cōmunitatem, quam habent cū corde, tum per alteram reſpirationis ſpeciem, quæ per totam agitur cutem. & tranſpiratio perſpiratio ve dicitur. His vero læſis: vna etiā naturalis calor læditur. Alter vero quidam alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus: primum quidem ipos ſuccos propter humiditatem & putrefacit & corrumpit, ſpatio vero tum adipes inuadit: tum etiā carnē. Tanq̄ igit in ijs quæ non viuūt corporib⁹, primū quātum eoꝝ iā cōputruit, ſeparāt, dein ei quod reliquū eſt in frigidū aerem ſublato, ꝑſpirationem refrigerantem moliūtur: ita vtiq; & putredinem q̄ in viuis eſt orta, ſanabimus. Id ſcilicet quod iā corruptū eſt, omni ratiōe vacuantes. Quod reliquū eſt moderatis motibus, & refrigerante per ſpiratu, ad exactam ſymmetrian reducētes. ac vacuationē eoꝝ p vrinam, deiectiones, vomitum, ac ſudores moliemur. Poſt hanc dimotiones mediocres, vna cum ambiētis temperie adhibebim⁹. Quēadmodū autem horum quodq; recte adminiſtrādum ſit, paulo poſt æſtimabimus. Nunc ad ſecundū in diuiſione tranſeamus. Nēpe quēadmodum quis cauſæ, quæ putredinem excitauit, adhuc manentis remediū inueniat. Eſt autem neq; in hoc difficultas vlla. Quippe cū per cōtraria tollatur. Itaq; quoniam tranſpiratiōis prohibitio, putredinis occaſio fuit: hanc arbitror ſummouere oportet. At ea cum varijs generibus eſt orta, et denſatis exiguis meatibus, & conſtrictis corporibus, & humoribus tum abundantia, tum craſſitudine, tū lenticia ſua obſtruētibus: ſingulæ harum affectionū curādæ p cōtraria ſunt. Dēſitas per ea quæ rarefaciunt. Conſtrictio per ea quæ fundunt. Abūdātia p ea quæ vacuant. Craſſitudo per ea quæ diſſecant. et lentor ijs q̄ detergent. Ac ſi quidem totū corpus dictoꝝ iam ſingula occuparint: etiam toti per contraria eſt ſuccurrendum. Sin vnam partem quampiam putredo inuaſerit: illi adhibenda iam dicta ſunt remedia. Sane non eaſdem omnes partes, vacuationes medicamenta ve requirent. Cum et temperamentis, & poſituris, & forma, & omni deniq; cōſtitutiōe, naturaq; inter ſe diſſideant. Ergo quēadmodū ſingulis ſit

Principiū inueniendę curatiōis, ipam rei naturam.

Putredo quid.

Naturalis caloris cōſeruatio, vnde.

Vacuatiōnes putredinis, quæ.

De ſecūdo in diuiſiōe.

Putredinis q̄ in toto ſit corpe, vacuatio.

opitulandum: id poſtea ꝑ cõueniente ſermonis ordine diſquiremus. Cuiꝰ initiũ a putredine, q̄ totũ corpus occupet, q̄ ip̄a cõtinuas quoqꝫ febres quas ſynochos vocãt excitet, faciemus. Ergo a corporibꝰ quæ ſic afficiuntur: expellẽda quæ putruerũt, ꝑ vrinas & aluũ, et ſudorem ſunt.

Vomitio ñ ꝓuocanda, niſi humor os ventris petat.

Quod ſi ad os ventriculi aliqñ ſua ſponte impetũ capiant: etiam ꝑ vomitiones. Aliter aũt, non eſt quod ea præter naturam irrites. Ac eoꝝ quidem quæ iam dictas vacuationes promoueant: non parua materiæ copia eſt. ſed maior eoꝝ portio, cum calida ſiccaqꝫ facultate ſit: febrem auget.

Quæ apta vacuatiõis materia.

Itaqꝫ deligenda medico ſunt ea, quæ citra calfactionem ſiccationemqꝫ valentem, ſupradictas vacuationes præſtent. Cuiuſmodi ſunt cremor ptiſanæ. & aq̄ mulſa. & oxymeli. et apomeli. & apij radix. in aqua quæ potui datur, incocta. Hæc autẽ ip̄a ventri quoqꝫ ſunt idonea. Qui ſi nihil reddat: inijcienda per clyſterem aqua mulſa cum oleo eſt.

Totum corpꝰ, qñ rarefaciendũ. & quo medicamẽto.

Sane totum corpus priuſq̄ id vacuaris: rarefacere nõ expedit. vbi vacuatum eſt: vtiqꝫ licebit id medicamento aliquo cui tepida vis ſit, rarefacias. cuiuſmodi eſt, quod ex chamemelo cõficiť.

Vinũ qñ exhibeať. & qđ faciat.

In hoc tp̄e ſi vinũ quoqꝫ aquoſum bibatur: id omnes vacuationes promouerit. idem faciat & tẽperatum dulcis aquæ lauachrũ.

Dulcis aq̄ balneũ, qđ faciat. et quo tp̄e exhibendũ.

Quod ſi appoſitum aliqñ in dictione vocabulũ dulcis nõ ſit: vtiqꝫ id ſubaudire debebis. certo ſciens de eo nos in febricitantibꝰ, lauachro ſemꝑ loqui. nõ bituminoſo. aut ſulfureo. aut aluminoſo. aut atramẽtoſo. aut ſalſo. aut marino ip̄o.

In cõtinuiſ febribꝰ nec vino nec balneo, nec corpꝰ rarefacientibus vtendũ.

Cæterũ vbi magnitudo febris reſiſtit, ſicut in continuis: nec vino eſt vtẽdũ, nec lauachro. nec ijs q̄ habitum rarefaciãt vnctionibus. Sed aqua frigida, ſicut prius diximus pota, in his febribus eſt aptiſſima. niſi tamen aliquid eoꝝ quæ p̄dicta ſunt, hanc quoqꝫ prohibeat. Quippe ipſius febris, frigida pota perpetuo eſt remedium. Nõ tamen putreſcentiũ humoꝝ. per aluũ, vrinas, vel ſudorẽ vacuãdoꝝ. Quo magis exercitatũ eſſe, in ijs quas nunc tradimꝰ methodis oportet. ac in ægrotantibus conſyderare, et quæ ſint ip̄ius febris remedia, et quæ ipſius, vbi ꝑ ſe ſola ſubſiſtit: putredinis. Quæ rurſus efficiẽtis hãc cauſæ. Atqꝫ huiꝰ quoqꝫ, cũ ꝑ ſeip̄am ſubſiſtit. Quippe nõ ſemꝑ inter ſe conſentiunt hæc omnia. ſed plerũqꝫ aduerſantur. Quo caſu memores eorum, quæ didicimus, id quod maximũ omnium eſt aggredi oportebit.

Febris, putredis & effectriciſ cãe cũ hæc adeſt: difficilẽ eẽ collationem.

atqꝫ ei vel ſoli vel magis q̄ cæteris ſubuenire. Sane ſcire licet difficile eſſe, acreqꝫ iudiciũ indigẽs, febrẽ putredinẽ & effectricem cauſam, vbi ſcilicet ip̄a quoqꝫ adeſt: inter ſe cõferre. Difficilius tñ eſt, ſi vires quoqꝫ cũ illis vna cõferre velis. quod vtiqꝫ ſicut ãte compreheñſum eſt, propter vitæ ipſius reſpectum, ſemper eſt neceſſariũ. Aliquando vero & ex accidẽti. ſicut ad morborum ſanationem. hoc vero me oſtẽſurũ ꝓmiſi. Siqdẽ qđ putreſcit, ſi veſtis eẽt: aliud ve inanime

corpus, vtiq; ex ijs dũtaxat quæ prædicta ſunt, indicationem cape-remus. Nunc cum in viuente corpore putredo concipitur: quod tum alterare poteſt, tum concoquere, tum vtile reddere quicquid putreſcẽtium, veluti ſemiputreſcens ſemimalumq; eſt, vtiq; facultatem, eius q̃ naturaliter concoquit excitans firmanſq;: quæ putreſcentia ſunt, ſanabis. Itaq; etiam tum maxime eos cum fiducia, vel in balneo lauamus, vel ijs quæ habitum rarefaciant, medicamentis vtimur, vel aquã frigidam, vel vinum bibendum damus: cum notas humorum concoctionis cernimus. Neq; enim pulſus dũtaxat vires ad eiuſmodi agenda, firmas requirimus, veluti nec eius facultatis quæ voluntarium motũ præſtat. Sed ſicut eſt dictum, ipſius potius concoctricis. Ergo ſi & vires cunctæ valentes ſunt, & febris ardentiſſima, & concoctionis notæ plane euidentes: frigidam homini dare audacter debebis. Conſtat nanq; talem hominẽ ſenem nõ eſſe. ex quo omnes illi virtutes valentes eſſe propoſuimus. Quod ſi etiã bona corporis habitudine ſit, quod ἀσαρκον græci vocant, tum ſtatus cæli calidus, ac ſiccus: etiam ſi in frigidam natationẽ hũc dimittas, haud quaq̃ lædet. Eiuſmodi nãq; tẽpis oportunitate vſi, qui ſeſe in frigidam cõiecerunt: & protin⁹ oẽs ſudarunt, & nõnullis eoꝝ aluus bilioſa reddidit. At ſi mediocris eſt febris, & vires non validæ: ſed cũ notis cõcoctionis: ijs qui ita ſe habent balneũ ꝓdeſt. & vini potio. tum vero ex vnctionibus, eæ quæ rarefaciunt. Idq; multo maxime cum ambiens eſt frigidus. Neq; enim aut frigidam in balneo lotionem, aut frigidam potionem, in eiuſmodi cæli ſtatu fere expetunt. vtpote reſpiratu ipſo aſſidue refrigerati. Cum ſi quando in frigido ambiente, vehementer vri hominẽ contingat: exigua ſalutis eius habenda ſpes eſt. Si vero nec concoctionis habeat ſigna, nec vires validas: ſeruari is plane nõ poteſt. Quo minus aut idem lauandus in balneo eſt, aut medicamentis ijs quæ rarefaciant, vngendus, aut vinum illi dandum, frigida ve offerẽda. In quo eñ deſperata omnino ſalus eſt: imprudẽtis cõſilij fuerit, apud vulgũ infamare præſidia, quæ multis fuere ſaluti. Ipſe ſiquidem aliquos noui, ex amethodis iſtis medicis, qui cum ea quæ nos geſſimus, eſſent imitati: ijſdemq; præſidijs in ijs qui prorſus morituri erant vſi: adeo nihil profecerunt: vt etiam tempeſtiuũ eoꝝ vſum ſuſpectũ formidoloſumq; reddiderint. Verũ nos tp̃a præſidiaq; ijs, quos ſeruari ſpes eſt: prodimus. Quando ægris qui inſanabiles ſunt: his nec tẽpus vllum oportunũ, nec præſidiũ eſt. Atq; hoc mihi ꝑ omnẽ ſermonẽ teneri memoria velim. Quo minus p̃cipua illa primaq; omniũ curatiõis indicatio, cõuelli aliquãdo poſſe videatur. Quippe cum dicat Hippocrates contraria eſſe contrariorum remedia: quid vetat omnibus

Virtutẽ ad morbos cũrãdos aliqñ neceſſariã. In qb⁹ vim cõcoctricẽ reqram⁹.

Vbi frigida exhibẽda.

Qñ frigidæ natatione vtendum.

Qñ lauatio vini potio et vnctio rarefaciẽs, apta.

Qui frigido ambiẽte vehementer vrũtur, eos in p̃cepiti eſſe.

In his q deplorati ſũt, nõ eẽ infamãda remedia.

Hippocratis pceptũ, cõtraria cõtrariorum eẽ remedia, nũq̃ ſubuerti.

febricitantibus frigidam vno ordine exhibere? Verũ nec exhibenda eſt, nec ſubuertitur eo tempore generalis omnis curationis indicatio. Vnum enim ex ijs quæ actu refrigerant, aqua frigida eſt. Sed & alia plura ſunt, quæ partim poteſtate (vt dictum eſt) refrigerent: partim ex accidenti. Quorum alijs ꝓpter cõcurſum pugnantiũ inter ſe indicationũ, alias vtimur. Porro tradita iam methodus eſt, ei⁹ quod cõducit, ante alia ſemp diligendi. Oſtẽſum ꝑterea eſt ipi⁹ febris, ꝓut febris eſt: aquã frigidã ſemꝑ eſſe remedium. quod ad alia ſpectat: non ſemp. veluti cum ex obſtructione glutinoſi et craſſi humoris, putredo oritur. Ponatur vero & cũ hoc redũdantiam in toto eſſe corpore. tũ virtutem nõ imbecillam. In eiuſmodi nãq; cõplexionibus, cum multa præter naturã in corpore ſint, quædã eoꝝ præcedẽtes cauſæ erunt, veluti redũdantia cũ glutinoſis et craſſis humoribus. Horum eñ vitio, obſtructio eſt orta. quæ morbus inſtrumentalis eſt eorum, q̃ obſtructa ſunt corporum. Hanc ſymptωma ſecutum eſt, ipa tranſpiratio nis retentio. quã rurſus putredo humorum excepit. ipſa ſcilicet febri antecedens quædam cauſa. Ergo qui febrem curare volet: neceſſe eſt putredinẽ inhibeat. ita duæ indicationes ſe exhibẽt. Altera a febri, altera a putredine. Atq; a febri rurſus duæ. ſcilicet vt portio febris q̃ iã accenſa eſt pcuret. Quæ vero in generatiõe eſt, inhibeat. Aliæq; duæ a putredine. vt & quod putredinis iam factũ eſt, ſanes: & quod in generatiõe adhuc eſt, ſiſtas. Porro quod in gñatiõe eſt, id pſpiratio impedita facit. ita ab hac quoq; aliæ duæ indicatiões naſcent. tum vt qđ retentum eſt vacuet. tum quod retinendũ eſt prohibeatur. Sane ꝓhibebitur ijs præſidijs, quæ obſtructioni medentur. Cui⁹ rurſum ipi⁹, quod iam occupauit, ſanandum eſt. quod futurum eſt propulſandũ. At curabitur quidem quod obſtructionis iam factum eſt, per ea quæ obſtructa liberãt. propulſabitur quod futurum eſt, ſi affluxum obſtruentium ſuccorum compeſcas. Ergo quod vltimum in ipſa reſolutiua methodo eſt inuentum: id primum omnium in curatiõe eſt peragendum. Oſtenſum enim in prioribus libris eſt, ſi ijs quæ obſtructiones eximant vti, non vacuata prius abundantia velimus: fore vt non modo nihil proficiamus: ſed etiam affectum maiorem reddamus. Pugnantibus ſcilicet inter ſe indicationibus. At ſi vacuata prius multitudine, ad curandam obſtructionem accedimus: medicamẽtis ijs quæ obſtructiones expediant, erit opus. Verũ quoniam hoꝝ pleraq; calida ſunt: metus eſt, ne tum putredinẽ, tum febrẽ augeant. Itaq; ijs q̃ citra calorẽ liberare obſtructiões valeãt, vtemur. vbi autem quæ obſtruunt, deterſa diſſectaq; ſunt: per aluũ, vrinas, & ſudorem, ea vacuare tentandum. Cũ vero materiæ quæ hæc efficiant,

Si putredo ex obſtructione cum redũdãtia i toto.

Obſtructõ morbus inſtrumentalis.

Reſolutiue methodi clariſſimũ

Quod vltimũ reſoluẽdo eſt inuẽtũ: id ꝑmũ pagendũ.

Curatio ab vltimo iuẽto incipiẽs

etiam calidæ ſint: neceſſe eſt interea tum putredinẽ augeri, tum febrẽ. Quare quoad licet, id agendũ vt quæ minus calfaciat, materia deligatur. Aut ſi qua inueniri poteſt, quæ nõ calfaciat queadmodum in hoc caſu balneum, vtiq; ea eſt petenda. Hoc vero tempore etiam vires roborare, quo et putredinẽ ſuperent, et ſuccos concoquant ſtudebimus. Quod vero febris ipſius iam accenſum eſt: id refrigerabim⁹. In auxiliorum enim inueniendorum ordine, vltima eſt quæ ab hac ſumitur indicatio. Quãuis alia ratiõe ſit prima. Quippe cũ a febri cœperit inueniendorum præſidiorum nunc methodus. Ac ſi nullum quidẽ interim vehemens incidat ſympt∞ma, prohibeatq; quo minus auxilia ab initio morbi ad finem ita procedant, celerrime finietur febris. Sin tale quippiã incidat, quod totam ad ſe curationẽ reuocet: neceſſe eſt ſeri⁹ aduenjat curationis finis. Siquidẽ quod ita interuenit, omnino vel cõtrarium eſt remedijs, quæ ante dictum cauſarum, affectuũ, et ſympt∞matum ordinem ſanent: vel omnino nihil ſaltem cõfert. Enim vero ſi eius quod interuenit ſanatio, ante dicto præſidiorũ ordini ſit contraria: neceſſe eſt interim cuncta deteriora reddi. Sin nihil originali affectui, interuenientis obiter mali correctio, nec officit, nec prodeſt: curationis celeritati in mora erit. Si autẽ nocet: neceſſe eſt aut vniuerſam medicationẽ in longius ſpatiũ trahi, aut aliquod ſubſequi periculum, aut etiam fore vtrũq;. Finge nãq; exempli gratia afflicto interim ſtomacho, ſyncopẽ incidiſſe. cui ſuccurrere coacti, cibum intẽpeſtiue dederimus. ac vinũ cum frigida. Ex horum eñ vſu: tum obſtructionẽ, tum corporis coartationem, tum putredinẽ auctas eſſe neceſſum eſt. Atq; ex harum auctu, ipſam etiã febrẽ. Verum vbi tum virtus ſatis valens eſt, nec quicq̃ interuenit, cuiuſmodi quã modo diximus, ex vitio ſtomachi ortam ſyncopen, ſed nec quæ aliquando accidere poſſunt, aut ſanguinis profluuiũ, aut vigilia, aut dolor, aut error aliquis, vel ipſius ægrotantis, vel eius familiariũ, vbi inquam nihil tale accidit: totus qui proxime dictus eſt remediorum ordo, hominẽ profecto ſanabit. Sed nec ipſe tamen quocũq; remedio, omnia quæ præter naturam ſunt ſanat. Nã aqua mulſa, quod ad craſſos ſuccos extenuandos, et glutinoſos detergendos, et excretionẽ promouendam attinet: optimum plane medicamen fuerit, in his ſynochis quos habitus coartatior, et putredo excitarunt. Quatenus vero calorẽ febris adauget, eſt noxia. Adeo ſi hic imodicus ſit: parcendum aquæ mulſæ eſt. vtendũq; ptiſſanę cremoræ. Quod ſi difficiles ac cõtumaces eſſe obſtructiones iudicaueris: etiam oxymelite. At hoc ipſum rurſus ſi imodice vtare: et inteſtina radit, et tuſſim excitat, et neruoſa lędit. Adeo ſcilicet difficile eſt, eiuſmodi aliquod auxilium inueniſſe, quod citra vllam noxam

Vltimum i curatiõe febris ipſa.

Si quid curationẽ interpellet.

Si ſyncope ex ſtomacho iterueniт ac cib⁹ et vinũ cũ frigida intẽpeſtiue eſt dandum.

Mulſæ noxa.

Oxymelitos noxæ.

*Qđ vehementer ꝑſit citra vllam noxã, difficile inueniri. et cur.*

magnifice proſit. Id accidit (vt dictum eſt) ex cõplexione ortorum in corpore præter naturam affectuum, vna cum præcedentibus eos cauſis, et ſequentibus ſymptωmatis. Nunq̃ tamen propterea præceptum illud, quod contrariorum contraria ſint remedia: aliquãdo verũ erit, aliquando falſum. imo id perpetuo verum eſt. Quando fieri non poteſt, vt eorum, quæ præter naturam ſint quicq̃, per aliam vllam remediorum ſpeciem curetur. Non tamen ex vſu eſt ſemper, omnibus quæ præter naturam ſint mederi. ſed cum ſola per ſe ſubſiſtunt. Nam ſi cũ alijs vna incidant: alijs non nũq̃ eſt ante illa medendũ. Sicut in cauis vlceribus. vbi ea ſimul cum phlegmone ſunt coniuncta. Quippe verũ in his quoq; manet quod per ea quæ carne implent curantur. Cæterũ his vti, priuſq̃ phlegmonen curaueris: non licet. At interim dum hæc ſanatur: vlcus ipſum adeo nõ minus q̃ fuit redditur: vt etiã fiat magis cauum. Quod ſi ijs quæ impleãt medicaminibus vti velis: neq; ipſum impleueris, et phlegmonẽ auxeris. Quæ nãq; carne implent: ea demũ implere poſſunt, quæ phlegmone vacant. non quæ phlegmone adhuc ſunt oppreſſa. Hoc itaq; quod in dictione tam eſt breue. Nempe contraria contrariorũ eſſe remedia: poteſtate deprehenditur maximum. Quippe omnẽ medendi methodum confundet, quiſquis hanc indicationem neglexerit. Cum omnia quæ præter naturam ſunt: ab ijs quæ ipſis ſint cõtraria, curentur. Cum autem eorum quæ præter naturam ſunt, duplex prima differentia ſit, alijs per ſe ſubſiſtentibus, alijs in ipſo (vt ſic dicam) fieri, eſſentiam ſuam habẽtibus, ac vmbræ ritu affectus comitantibus: ſanatio quidem affectuum ipſorum eſt ſublatio. hanc vero ſymptωmatum amotio ſequitur. Quibus quãq̃ ipſis nihil prima ratione adhibetur: attamẽ in ijs quoq; perpetuum illud præceptum manet, quod contraria cõtrariorum ſunt medelæ. Quippe cum affectus quos ſymptomata ſequũtur ſanamus: ſymptωmata nimirum ipſa in contrarium ſtatum perducimus. Quare quæcũq; ſymptωmata exiguorum meatuum denſitas inuexit: ea rarefactione tollẽtur. Quod ſi ipſi quoq; ſymptωmati, quod ex denſitate ſpiramẽtorum eſt natum. Nempe id eſt minori q̃ iuſtum ſit excrementi effluxui, adiapneuſcian græce vocant ſymptωmatum genus cõtrarium opponere velis: ne ſic quidem deſit quod dixeris. Sunt nãq; plura iuſto defluuia, iuſto paucioribus, contraria. Adeo ſi cui in ſymptωmatis ipſis, libet contraria contrariorum remedia dicere: in his quoq; ſtat immotus primus ille omniũ quæ præter naturam ſunt curationis index. Verũ ſatius eſt (vt prædiximus) eorum quæ vere et primũ curantur. id eſt affectuum in corpore qui vere ſunt ſubſiſtentes, contraria eſſe remedia exiſtimes. Quippe actiones eorũ, atq; etiam offenſas, vt eas in ipſo (vt ſic dicã)

*Cõtrariorũ, cõtraria remedia eẽ, ꝑpetuo verum eſſe.*

*Sanationẽ ipſorũ eſſe affectuum. hanc vero ſymptωmatũ ſequi.*

*In ſymptωmatis quoq; verꝫ eſſe, cõtrariorũ cõtraria remedia eſſe.*

*Actiões & earꝫ offẽſas nõ ſubſiſtere ſed fieri ſiue geri.*

geri eſſe dixeris, ita ſubſiſtere minime dixeris. Nam manũ extendere aut flectere, ex ijs quæ abſolute ſunt, dici non poſſunt. Sed ex ijs quæ fiunt. Multoq; minus ipſius immobilitas. Quæ ipſa quoq; ſymptωma eſt, eius qui in muſculis neruis ve ſubeſt affectus. Sed affectum qui ex ſubſiſtentiũ numero eſt vnus, contraria poſtulare remedia. Hunc vero ſolutum contrarium ſequi ſtatum, quæ ſanitas eſt. Atq; hanc rurſus quãdam naturæ actionẽ. quæ ſymptωmati iam finito fit contraria. Sed nec nominibus falli, quæ ſæpe alia forma proferuntur, q̃ vt cõtrarijs conueniat. Sæpe plane non ſunt. Sed ex ipſa rerum natura cõtrarium inuenire. Habens ſcilicet quo pro illo diſcernẽdo ſpectes, confeſſum illud, cõtraria eſſe quæ ſub vno genere plurimũ inter ſe diſtent. Ergo ſi in illo genere qđ mediocre eſt intellexeris. Id vero eſt (vt ſæpe monſtrauimus) quod inter extrema eſt medium: infinitam quãdam contrariarum rerum multitudinẽ, quæ maioris minoriſq; ratiõe inter ſe diſſideant, ex eo inuenies. Verbi gratia. In affectibus tenuium ſpiramentorum ſymmetrian intelligens: ex vtraq; parte duo ĩmodica quæ inter ſe ſint contraria inuenies. In actionibus vero ſymmetrian vacuatorũ conſyderans: ipſi quoq; ex vtraq; parte immodica reſpõdent. Verum in paruis ſpiramentis nomina exceſſibus nõ deſunt. Nempe denſitas et raritas. In vacuatis poſita nõ ſunt. Eoq; fit vt cogamur plures pauciores ſq; effluxus dicere. Ita nimirum vt ſi denſitatis raritatiſq; nomina non eſſent, ſpiramẽtorum ipſorum alibi plura iuſto eſſe alibi pauciora dicere cogeremur. Ergo ſicut dixim⁹ hoc maxime ſeruare debemus, ſimul etiam in eo nos exercitare, quo celerius cuiuſq; ſic dicti, cõtrarium inueniamus. Non enim in corporum modo qualitate: verum etiam in quantitate eiuſmodi contrarietatẽ inuenias. quam vtiq; Ariſtoteles oppoſitionem vocat. non contrarietatem. Neq; eñ magnum paruo vult eſſe contrarium. Sed in eo quod ad aliquid dicitur oppoſitum. Neq; multum pauco. Sed nec rarum denſo. Neq; relaxatum contracto. Neq; ipſi quod ſecũdum naturam eſt, id quod præter naturam eſt. Verum Hippocrati omnia id genus, contrariorum habent appellationem. Sicuti etiam Platoni. qui generationes ex cõtrarijs eſſe dicit. Oſtenſum quoq; a me in alijs eſt, nec Ariſtotelem ipſum, ſuam ipſius legem in nominibus ſeruaſſe. Quo loco principia eorũ, quæ natura reguntur, materiam ſpeciem et priuationem ſtatuit. Verum quod diuinum Platonem ſecuti ſemper teſtamur, cõtemnere nomina oportet. Minime autem ſcientiam rerum. Ea nanq; ad ſalutem hominũ magis pertinet. erroriſq; in ea finis eſt pernicies. Nominibus ſiue ꝓprie ſiue improprie vtare: ad ægrotos id parum attinet. Intelligas id clarius, ſi non cõtrariorum contraria, ſed quẽadmodum illis placet, op-

Cauẽdũ ve fallamur nominib⁹.

Pro diſcernẽdis cõtrarijs ꝑceptũ.

Exercet in contrarijs inueniẽdis.

Cõtrarietatẽ i corporũ qualitate tum q̃titate inueniri.

Quæ Ariſtoteli cõtraria et q̃ oppoſita.

Quæ hippocrati & platoni.

poſita ſibi inuicem eſſe remedia dicas. Siquidem multitudinem ſanat vacuatio. defectũ nutrimenta. in ſumma quod exuperat, ablatio. quod deficiens eſt, adiectio. Itaq; etiam in alio opere, recte arbitror a Sene dictum. Medicina appoſitio eſt et detractio. deficientium quidem appoſitio. redundantium detractio. Porro deficiunt redundantq; quædã in quantitate, quædam in qualitate. In quantitate cum ſanguis immodice eſt auctus. aut rurſus minor redditus. In qualitate cũ vel calidus, vel frigidus vel craſſus vel tenuis plus iuſto minus ve eſt effectus. Siue igitur contrarietatem ſiue oppoſitionẽ nominare libet: eius indicationis quæ ab omnibus quæ præter naturam ſunt, præbetur, ſemp meminiſſe debebis. eiq; eſſe intentus. Potiſſimum quidem vt dictum prius eſt, in affectibus. Sed tamen et in ſymptωmatis. Quãuis horum nec primum curatio fit, nec proprie contrarietas. Sed curatio quidem ſimul cum affectibus, ex accidenti. Contrarietas vero lucidioris ſcilicet breuioriſq; doctrinæ cauſa loquentibus, abuſiue. Verum ad medẽdi indicationes propoſiti nobis febrium generis reuertamur. Repetamuſq; ſingula genera quæ in nobis præter naturam ſunt, non cauſarum modo. verum etiam morborum & ſymptωmatũ. Et cauſarũ quidem genera ſunt multitudo et craſſitudo et lentor humoris. Cauſa ſimul & ſymptωma, eſt tranſpirabilis excremẽti retentio. Simili modo cauſa pariter et affectus eſt ipſa putredo. Morbus vero tum obſtructio tũ febris ipſa. Symptωma vero eſt ipſa tranſpirabilis excremẽti retentio. Ergo indicabit (vt dictum eſt) præcedẽtium cauſarum quælibet, proprium aliquid multitudo ipſa, quæ ex eorꝫ eſt numero, quæ ſunt ad aliquid in prædicamento quantitatis, vacuationem. Lenticia vero et craſſitudo, quæ ſunt in qualitatis affectu: ſanationem quæ per contraria perficiatur. Cum vero in pleriſq; oppoſitionibus publica nomina non ſint: accidit, vt qui in rerũ ſcientia minus ſunt periti, fallantur. Cum eñ vno nomine nequeunt, quod animo concipiunt, nominare: id ceu prorſus non ſit dimittunt. Quemadmodum profecto in glutinoſis & craſſis ſuccis faciunt. Quippe craſſus ſuccus ex aduerſo oppoſitũ habet tenuem. Glutinoſis vero (ſicuti ipſe primus græce nominaui) τὸν ϛυπτικὸν quaſi deterſiuum dicas. Sicuti vero aliquis dixerit qui a ſolidis corporib⁹ nominãdi occaſionẽ acciperet: friabile. Siquidem hoc pacto ſemper videtur Ariſtoteles oppoſitionẽ facere. Verum non in ſuccis (vt dixi) ſed in ſolidis ipſis. Quod ſi glutinoſi humoris naturam ſub ea ratione intellegas, quod quicquid tetigerit huic ægre diſſolubilis adheret: non immerito arbitror, eum qui nec adheret: & ea quæ adherent deterget, contrarium ipſi ſtatues. Et antecedentium quidem cauſarũ cõtrarietates abunde ſunt dictæ In inſtru-

Hippocrates.

Repetitio generꝫ ĩ his febribus, cauſarum morborꝫ & ſymptωmatum.

Quid ſingulæ cauſæ indicent.

Galenũ primũ glutinoſo deterſiuum oppoſuiſſe.

Ariſtoteles

Ratio cur deterſiuum glutinoſo opponat.

mentali vero morbo, qui eſt obſtructio: contrarium eſt græce ecphra xis quã reclufionẽ (puto) dixeris. Symptomati vero quod eſt trãſpirabilium retentio: excretio ipſorum contrarium eſt. At vero in humorum putredine: et excretio et refrigeratio et ventilatio et ſemiputridorum cõcoctio: ex aduerſo reſpondent. Ipſius vero febris refrigeratio, oppoſitio eſt. Porro quibus methodis materiã quæ ſingula modo memoratorum perficiat inuenias, iam diximus. Pugnãtibus igitur his (ſicut diximus) alias aliæ tum indicationes vincent: tum materiæ. indeq́ factum eſt, vt quidam cum ignoraſſent, vnam ſemper dari ex re quaq́ indicationẽ, ac ſi præter naturam ſit quod indicet, cõtrarium id ſemper indicare. ſin ſecundum naturã ſe habeat, non contrariũ ſed ſimile: nec medendi hi nec ſanitatis tuendæ methodum conſtituere potuerint. Si quidem cum in primis ipſis indicationib⁹ ſunt lapſi: multo profecto magis in ijs quæ ſecuturæ erant, decipi debebant. Debẽt eñ (arbitror) edificijs fundamẽta iaci firma. et ſcaphis poni idonea carina, ſi quid edificandorum pangendorũq́ in ijs futurum eſt firmum. Vbi enim prima ipſa baſis ſtatim ab initio debilis fuit: qui fieri poteſt, vt quod ſuper ſtruxeris futurum infirmũ non ſit? Itaq́ quoniã in continentibus ex propoſita ſtipatione febribus. (Neq́ enim grauari debemus iterũ atq́ iterum ſermonem repetere, quo nunc ſaltem medicorum vulgus veram methodum cõdiſcat) Quoniam inq̃ ſeptẽ præter naturam poſita ſunt, a quibus indicationes ſumũtur: humorũ multitudo. craſſitudo. lentor. obſtructio. tranſpirationis retentio, putredo, & febris carens intermiſſione, atq́ hæc cõtraria omnino eſſe adhibenda docebant: præter hæc vero ab ijs quæ ſecundum naturam ſe habebant, poſitæ indicationes ſunt, ex temperamẽto tum ipſius laborantis partis, tum reliquarum omniũ quæ principes ſunt, ex ſubſtantiæ ipſarum quantitate & ex ſpiritus ipſius ſubſtantiæ, tum quãtitate tum qualitate, horum vero indicationes nõ contrariorum erant, ſed ſimilium, ad iſta vero (ſicut diximus) dignoſcenda, tum ætas, tum cõſuetudo, tum omnes quæ externæ morbo cauſæ fuere contulerũt, vtiq́ ortis hinc quoq́ indicationibus non paucis: omnes ꝑfecto inſpicere ſimul medicum decet. quo ſcilicet intellegat quonã primum ac maxime, quonã minus et ſecundo, quonã adhuc minus & tertio, atq́ deinceps quo poſt quod medicamento ſit vtendum. Quippe ſi vires eius, qui ex putredine humorum (vt poſitum eſt) febricitat, valentes ſint: mittendus ſtatim ſanguis eſt. Si cruditas ventris nõ ſit, ſtatim morbo incipiente. Sin vires infirmæ ſint, aut ætas diſſuadeat: incidẽda vena non eſt. Porro dictum ſupra eſt, eiuſmodi febrem in virtutem imbecillam non incidere. Quippe ſynochos bene habiti corporis ac calẽ-

Inſtrumentalis morbi indicatiões et oppoſitiones.

Synochon bene habiti corpis et calẽtis ætatis ꝓpã eſſe

Si ſynochos i pue ro āte quartūdecimū.

tis ætatis propria eſt. At ſi in puerum incidat, qui quartūdecimum annum hactenus non attigit: mitti illi ſanguis non debebit. Propterea quod tantillis cum præſertim calidi ac humidi ſint: plurimum corporis ſubſtantiæ quotidie defluat, ac digeratur. Ita quod ex incidenda vena moliendum nobis fuerat: id vltro nobis ex curati corporis natura præſtatur.

Si puer q̄rtū decimū exceſſerit.

Quod ſi quartūdecimum annum exceſſerit: æſtimādum eſt, qualis nam ei⁹ corporis natura ſit. Num gracilis et ſpiſſa et dura et copioſi ſanguinis, an cōtra. Atq; ita in priori miſſionem ſanguinis adhibebis. In ſecunda nequaq̄.

De mēſura mittendi in his febrib⁹ ſanguinis.

Quinetiam modus vacuandi ſanguinis ex iiſdem indicantibus ſumetur.

Si triginta ānoꝝ ſit cui ſāguis mittendus.

Si enim cui ſanguis mittitur triginta annos natus ſit, ſed laxus et mollis et pinguis et albus, ac gracilibus venis: huic aut plane ſanguinē non mittes, aut parum detrahes. Et omnino quidem nō mittes, in tempore æſtatis, et regione æſtuoſa, et cæli ſtatu calido ac ſicco. Parum detrahes in reliquis tum anni temporibus: tum regiōe, tū cæli ſtatu. Etenim ſi neq; obſtructio ſubeſſet, nec putredo, ſed ſola ſuccorum redundantia: protinus a miſſione ſanguinis, pro naturæ ſuæ ratione ſe haberet. Itaq; tantum ſuccorum in omni tum corporis temperamento: tum regione, tum anni tempore, tum ſtatu cæli, detrahi par erat, quantum ſupra naturalem ſtatum fuerat inauctum.

Cur aliq̄d ſāguinis reſeruari i his febrib⁹ debeat.

Verum quoniam nec obſtructio, nec putredo, curari p ſanguinis miſſionē poteſt, vt quæ alia remedia ceu prius eſt monſtratum, deſyderent: reponi ſanguinis aliquid ad curationis ſpatium debebit. Quo minus intēpeſtiue nutrire neceſſitate vlla cogamur. Quātum nanq; ad eiuſmodi pertinet febrem, prorſus nutriēdum non eſt. Si quidem oſtenſum prius eſt, ſolum virtutis reſpectum eſſe qui de nutrimento indicationem prebeat. At vero quantum ad id quod inanitū corpus eſt, nutrire oportet. Ita neceſſum eſt duorū alterum, aut febrē ſi nutris augere, aut vires ſi nō nutris, deiicere.

Quale & quantū eſſe debeat i his febrib⁹ nutrimētū.

Satius itaq; fuerit (vt dictum eſt) aliquid ſanguinis quod proprium partibus animalis nutrimentum ſit, relinquas. Ac ipſe paucas ſorbitiones potioneſq; exhibere ſis contentus. Quibus vtiq; ceu medicamentis potius q̄ nutrimētis egemus. Nam id quoq; ſupra quo minus multa de iiſdem adhuc loquamur eſt oſtenſum.

De cataplaſmatis et perfuſionibus.

Imo de cataplaſmatis ac præcordiis perfundendis eſt loquendum.

Methodicoꝝ victus ratio.

Quippe pleraq; medicorum turba, vnum quiddā hoc quoq; ex methodicorum iſtorum curandi ſanctionibus ſtatuit. Omneſq; ſicuti poſt tertium diem nutriunt: ita etiam oleo prius p̄fundunt. Inde vno die interpoſito rurſum nutriunt, cataplaſma prius imponentes. Quod ſi cui aluus eſt aſtricta: etiam hanc clyſtere ducētes. Itaq; his ſaltem auctoribus ordinādi victus artem, vna hora quis didicerit. Verum non ita ſe vera res habet. Sed cum ars ipſa tota ſit ma-

gna:non leuiſſima eius pars eſt ſcientia ordinandi victus. Quæ vtiq; ex his maxime rebus conſtituitur.cibo.potione.perfuſione.cataplaſmatis.et alui ex clyſtere ductione. Quippe ijdem medici cum ſanguinis miſſionē in principio etiam ſolam adhibuerint:reliquam omnem ægri curationem victui mādant.Itaq;(vt dixi) vnius horæ eſt, victus eorum diſciplina.Quod ſi qui diſcit ingenio valeat: ne huius quidem integræ.ſed minimæ eius partis. in qua ſcilicet quæ nunc dicam audiſſe licuerit.Qui febricitant, ſi valentes viribus ſint:omnib⁹ ſanguinem ab initio mittes.Perfuſoſq; oleo poſt tertiæ acceſſionē:vel mulſa cum aliqua nutries, vel ſorbitione. Deinceps vero alternis cibabis diebus. Sed cataplaſma ex artomelite prius imponens. Sicubi vero aluus aſtringitur:clyſtere hanc duces. Atq; illorum quidē vniuerſam ordinandi victus artem, in his verbis iam audiſti. Non vtiq; in ſex menſibus. Sed ſex verſiculis. Veram autem dieteticen.i.victus ordinandi artem, nunc audies. Calfacere præcordia cataplaſmatis, aut pfuſionibus, non eſt perpetuo tutum. Sed in ijs tantum ægris, quibus in toto corpore nullum errat ſuperfluum. Cæteris omnibus extrema eſt pernicies.Nam ſiue redūdātia vtrauis ſit, vel quæ ad vires vel quæ ad vaſorum continentiam comparatur, ſiue etiam in vna parte pluribus ve vitioſa excrementa ſint:omnia ad partem excalfactam trahuntur. Quoties enim vidiſti præcordia cum plane phlegmone carerēt: intra quatuor dies q̄ ea gregales iſti medici pfundere cœpiſſēt, phlegmonen contrahere. Cum ego etiam id ipſum tibi prædixiſſem. iuſſiſſemq; diligenter ad phlegmonen futuram attētus eſſes. In quibus id maxime intellexiſti, quantum malum ſit, vſui qui alienus a ratione ſit inſueſcere.Quippe hi cum ex ijs quæ ipſimet faciūt, phlegmonas ſēp excitent:id non animaduertunt. Sed ijſdem ſemper erroribus implicantur. Veluti Hippocrates ijs accidere dixit, qui hinc & inde oſſiū fracturas cū vlcere deligabāt. Etenim illi cum phlegmonas in vlcere crearent:non tamen deſtiterunt. Rati id adeo non ex deligatura, ſed alio quopiam errore incidiſſe. Et quomodo quæſo ad aliā curationis rationem ſe tranſtuliſſent, qui vſum ſine ratione profitebantur. Scilicet quod ita tum ipſi ſemper facere eſſent aſſueti:tū præceptores ſuos ante ſe facere cōtemplati. Siquidem huius generis homines ne tentādum quidē cenſent, vt ex indicatione quicq̄ ſumant. ſed ſola experientia ſunt cōtenti. At Hippocrates ab ipſa rei natura, idoneum curationis modum inuenit. Quo poſtea in vſum veniente:cognitū eſt, quantus eſſet in priori error. Quin ſi quis in eiuſmodi affectibus, cataplaſmatis & perfuſione ex oleo relictis, velit ad curationem quā ratio docet accedere:ipſæ quantopere aberrent, qui plethorica et quæ parum

Victus ex quib⁹ maxime cōſtet.

Vera dietetice, quæ.

Cataplaſmata et pfuſiones præcordiarū, qb⁹ noxia.

Hippo.

Hippo.

pura ſunt corpora ſic curant, haud magno negocio experientia ipſa iudicabit. Sane accidit vt in eiuſmodi morbis, diuites potius q̃ pauperes perperam curentur. In his enĩ propter ipſorũ delicias, duplex peccatum non raro cõmittitur. et quod ſanguis non mittitur: et a medicis impenſior ſcilicet adhibetur diligẽtia, vt quotidie aliquid circa ægrotãtis corpus fiat. Ac inter initia quidẽ ſanguinis miſſionẽ maior eoꝝ pars, ꝓpter molliciẽ nõ admittit. Tã etſi magis q̃ pauperes redũdãtiæ ſanguinis affectibꝰ ſunt obiecti. vt qui magis tũ cibis ſe ipleãt: tum in ocio viuant. Medici vero qui eos curant, vbi ſummũ remediũ eſt omiſſum: aliorum vſu ſarturos ſe quod deficit putant. Huc accedit quod ipſi quoq; ægri, ſi quis victu contra morbum minore cũ negotio inſtet: negligentiã rati, ſi qs rurſum quiduis agat diligẽtiã: cogũt eos p̃cordijs aliquid quotidie admouere. ſed nec inuitis ꝓfecto ipſis medicis. vt qui facere ſemp aliquid videri velint. quod ſic ſe maiorẽ mercedem accepturos ſperant. Itaq; accidit, vt illo ipſo tẽpore phlegmonæ diuitibꝰ incipiant: quo iã pauperibꝰ morbꝰ ꝓpemodũ ꝑductus eſt ad finẽ. Quippe miſſo in ꝓpoſitis febribꝰ inter initia ſãguine: nõ pauperibꝰ modo: verũ etiã diuitũ ſeruis, plurimis quidẽ quinto, aliquibꝰ ſeptimo criſis cõtigit. nemini ſerius. At diuites q et ſãguinis copiã et excrementoꝝ plus q̃ pauperes et ſerui habẽt, cũ ſanguinis mittẽdi p̃termiſere remediũ: ac quotidie tũ calido oleo ꝑfundant: tũ laxantibꝰ cataplaſmatis vtãtur: phlegmonẽ nimirũ aliquã vel in iocinore, vel vẽtriculo, vel reliquoꝝ iſthic viſcerũ aliquo cõtrahũt. Alij in quarto. Alij in quinto. oẽs plane in ſexto. Nec oblitꝰ arbitror es eius, qui dũ perfunderet, cõmodũ difficultate ſpirandi laborauit. omni ſupuacuo ad p̃cordia caloris vi reuocato. Ergo nõ hic modo perijt. ſed alij quoq; infiniti quotidie pereunt. cataplaſmate ipſo cucurbitulæ ritu, totiꝰ corporis ſupuacua in viſcera trahẽte. Nõ defuerũt ꝓfecto, et q cucurbitula quoq; ipſa, ſunt vſi. Eo tantũ cõſilio, vt circa ægrotantẽ aliquid ſemp moliri viderẽtur. Saluberrimũ aũt (vt p̃diximus eſt) in febribꝰ venã incidere. nõ cõtinuis modo, verũ etiã oĩbus quas putreſcẽs humor cõcitat. vbi p̃ſertim nec ætas nec vires ꝓhibẽt. Leuata nãq; quæ corpus noſtrũ regit natura, exonerataq; eo quo velut ſarcina p̃mitur: haud ægre qđ reliquũ eſt vincet. Itaq; ꝓprij muneris haud oblita, et coquet qđ cõcoqui eſt habile: et excernet qđ poteſt excerni. Eorũ enĩ quæ in medio ſunt corpore (vt iſti vocãt) ꝓuidẽtia, vbi detractus ſanguis nõ eſt: maximũ plane eſt malũ. Vbi detractus eſt, nõ maximum. Quãq̃ ſic quoq; noxia eſſe in ſynochis febribꝰ poteſt. Quippe deuſta imodico calore viſcera, etiã amplius deurit ac torret. Ergo eiuſmodi ꝓuidẽtiã illi dũtaxat requirẽt, quibꝰ i vna particula putredo cõſtitit.

Diuites q̃ pauperes a quibuſdam medicis magis lædi. et cur.

In oĩbus a putredie febribꝰ vtiliter venam incidi.

Medij corporis ꝓuidentia vbi magis minꝰ ve noxia.

Qui medij corpis ꝓuidẽtiã requirant.

ſi tamen ſanguinẽ prius miſerint. Prouidebit autẽ his nõ ſicut triuia-les iſti medici ꝓuident, qui ſtatim inter initia relaxant. ſed in pleriſq; prorſus cõtra. Relaxantia nãq; remedia, ſicuti quod in mẽbris conti-netur euocãt: ita ſi in principio ſint admota: ꝓ eo plus attrahunt. lata eñ adhuc ad affectũ locũ fluxione, reprimere remittereq; hanc expe-dit. nõ ad ipſum attrahere. Quæ vero reprimẽtia dicũtur, ſi aſtringẽ-di vim optinẽt: in principijs idonea ſunt. duplici ratiõe. et qđ robur affectis particulis inſerũt: vnde minus prõpte affluxũ excrementorũ in ſe recipiãt: et qđ eoꝝ quæ in his iã cõtenta ſunt, tenuiſſimũ retror-ſum exprimant. Qđ ſi tum fluxio humoꝝ per ea remedia cõpeſcit: tũ denſitas quæ ex aſtringendo in affecta particula relicta eſt, craſſiora detinet: iã tẽpeſtiua relaxatio eſt. quo ea quæ retẽta ſunt, vacues. Præ-cipue autẽ aſtringẽtib⁹ eſt vtendũ, vbi in iecur, aut ventriculũ ſupua-cuum ꝓcubuit. quando et e primorib⁹ admodũ eæ partes ſũt: et mun⁹ ſuũ obeant, vel in ipſis morbis eſt neceſſum. Porro eſt nõ exiguũ eo rũ munus, qualeq; reliquaꝝ partiũ. Quib⁹ illud modo negociũ eſt, vt id quo nutriunt cõficiant. Verũ qđ tantopere aialis interſit. vt ſi neq; in vẽtriculo probe alimentũ cõcoquatur, nec in ſanguinẽ in iocinore mutetur: vtiq; qđ in fame nobis accidit, vt cibi penuria exigere in ab ſtinentia cogamur: idẽ tum oĩbus aĩalis partibus accidat. Non eñ ex ijs quæ deuorarit quis, ſed ex ijs quæ in iam dictis viſcerib⁹ confece-rit: alimentũ toti corpori ſuppeditat. Atq; ob hæc nimirũ impẽſius q̃ cætera mẽbra, vẽtriculus et iecur aſtringẽtia deſyderant. Ergo cum ea quæ iam infixa ſunt, euocãdi tẽpus eſt: tum quoq; modice aſtringi po-ſtulant. quod eñ adſtrictionis in p̃ncipio largius his q̃ cæteris par-tibus adhibetur, id ſeruandũ aſſidue eſt. quoad ſaltem quæ id indicet cauſa manet. Cauſa vero eſt (vt paulo ante teſtati ſumus,) nutrimenti cõfectio. Si igitur p imbecillitatẽ parũ recte cõcoxerint: nõ modo aſ-ſumpti cibi nulla eſt vtilitas: ſed etiã ventre nõ raro ex ei⁹ corruptela laceſſito: expellit quoq; aliquid prioris. Ita fit vt duplex iã noxa toti corpori accedat. cũ nec ex cibo ſumpto nutriat: et aliqd ex eo qđ ſibi repoſuerat, amittat. Huc accedit et qđ ciboꝝ cõcoctio ſiue ea in ioci-nore ſiue ĩ vẽtriculo ſit ĩproſpera: febres intẽdit. ac ſucci vitio exacer-bat. Quo magis in oĩ febri, ciboꝝ concoctioni ꝓſpicere magnopere oportet. Atq; ei⁹ rei cauſa roboris quoq; inſtrumẽtoꝝ quib⁹ p̃ficitur, nõ leuis habẽda eſt cura. Sane aliqui ſunt (vt Hippocrates ait) q ex eo qđ ignorãt, nõ parũ lucrifaciũt. Arbitrãtur eñ iocinoris ſe phleg monẽ relaxantib⁹ præſidijs curare. ex eo ſcilicet famã ſibi comparan tes, quod in agnitione falluntur. Siquidem videntur nõnunquam li-neamenta muſculi, qui a coſtis ad præcordia peruenit, per ſimilia

Queãdmo-dum ſit ꝓui dendum.

Relaxãtia qd faciãt.

Aſtringẽtia in p̃ncipijs dupliciter cõducere.

Qñ tẽpeſti ua relaxa-tio.

In qb⁹ p̃ci-pue, ſit aſtri gẽtib⁹ vten dũ & cur.

Qñ in ioci-nere & ven triclo aſtri gẽtib⁹ vten dum.

Ex iocine-ris et vẽtri-culi impro ſpera cõco-ctiõe, dupli cẽ ꝓuenire noxã.

In oĩ febri ꝓſpiciendũ eſſe conco-ctioni.

Nõ nullos ex ignoran tia ſua lu-crũ facere.

iocinori. Mirũ autẽ minime arbitror, eos qui nec aliud quicq̃ in arte
ꝓbe didicerũt: nec in agnoſcẽdis affectis partib⁹ ſe exercuerũt, ſic lau

*Vẽtriculus et iecur quo ꝑfundenť.*

dẽ aliquãdo cõſequi. Verũ iſtos mittamus. Nos vel ſi minina ſuſpitio
ſit iecur ventriculũ ve laborare: apſinthiũ ꝓtinus oleo incoquem⁹. ac
eas particulas ꝑfundemus. Cũ autẽ duplex in oĩ apſinthio facultas et

*Duplex vis apſinthij.*

qualitas ſit; veluti ĩ libris de medicamentis eſt traditũ, vtiq; in põtico
aſtringẽdi facultas nõ parua eſt. In reliquis oĩb⁹ amara quidẽ quali-
tas eſt vehemẽtiſſima. Aſtrictio vero quã ſaltẽ guſtu agnoſcas, aut pla

*Ponticũ apſinthiũ, qđ*

ne obſcura: aut prorſus nulla ſentiť. Proinde ponticũ ad iocinoris et
vẽtris phlegmonas eligi p̄ſtat. Porro id eſt tũ folio, tũ vero flore lõ-
ge q̃ cætera apſinthia minore. odor quoq; huic nõ modo nõ inſuauis:
verũ etiã aromatũ quid præferẽs. reliquis omnibus plane eſt fædus.
Quare hæc fugere cõueniet. vti autẽ ſemp pontico. Etiã reliquoꝝ me-

*Amarã qualitatẽ, aſtri-genti viam facere.*

dicamentoꝝ in quib⁹ mixta cũ amaritudine aſtringendi vis eſt, aliq̃d
in oleũ conijcere. atq; ad eundẽ modum vti licet. Oſtendimus nãq; in
opere qđ de medicamẽtis inſcribiť, amarã qualitatẽ præire. ac viam
aſtringẽti facere. Quo fit vt medicamẽtũ id genus, oĩbus quæ tantum
aſtringant, ſit p̄ſtantius. Ac ſi quidẽ intẽdere aſtrictionẽ ſtudes: etiam
oleũ ipſum aſtringẽdi vim habeat. cuiuſmodi eſt, et qđ Hiſpanũ vo-
cant: et qđ cũ frondib⁹ oleæ p̄pare ſolent. vel quale eſt crudũ, qđ græ
ci omphacinũ vocant. Sin leuiore vti aſtrictione placet: aliud olei ge
nus p̄parabis. præcipue qđ tenuiũ ſit partiũ. quod genus ſabinũ eſt.

*Hiſtricum oleum.*

Optimũ tamẽ vbi aſtringere vehementius eſt opus, hiſtricũ oleũ eſt.
vt qđ ambas ĩ ſe virtutes habeat. et amarã: et quæ aſtringat. In penu-

*Si apſinthium nõ eſt.*

ria vero apſinthij inter initia vel melinũ vel maſtichinũ vel lẽtiſcinũ
ſatiſfecerit. Qđ ſi exigua febris ſit: etiã vnguentũ qđ ex nardo cõpo-

*Nardinum vnguentũ.*

niť. Eſto autẽ optimũ id quoq;. neq; eñ parũ intereſt, inter id, et qđ
vitioſum eſt. cũ id qđ Neapoli ĩ Italia cõficiunt, noĩe tantũ nardinũ
vnguẽtũ ſit. ſi cũ eo qđ in aſia ſit cõferať. Id antea Laodiceæ tantũ cõ-
ponebatur. nũc etiã in multis ſit oppidis. Quod ſi inclinatio febris in
qua iſta moliris, nõ plane ſit facilis: abſtinebis a nardino. Vteris au-
tẽ hoc tẽpore rectius melino. aut ſi id non eſt, lentiſcino. ab hoc vero
maſtichino. Omnibus nãq; his nardinũ vnguentũ valentius excalfa-

*Myrtinum aptũ nõ eẽ, et cur.*

cit. Quare ſi reliquoꝝ copia nõ eſt: roſaceũ illi admiſcebis. ſane myr-
tini aſtrictio idonea non eſt. cum craſſiorum ſit partium, q̃ vt alte de-
ſcendere poſſit. Atq; hæc quidem exempli gratia protulimus. nam
magnã eorum copiam deligere: ex medicamentorum libris licet. Ad

*Cataplaſma quale eẽ debeat.*

eundem vero modum & cataplaſma compoſitam vim habeat. ex ea
quæ tenuium ſit partium ac relaxet, tum vero ex amara, et aſtringẽte.
Superet autem in ijs, vbi ſcilicet tum reprimere, tum robur addere,

ſtudem⁹: qđ aſtringat. vbi tenuare ac detergere: amarũ. Vbi euocare: quæ ex relaxãtib⁹ tenuiũ maxime ſint partiũ. Siquidẽ quæ craſſæ ſubſtãtiæ ſunt: ea pus mouẽtib⁹ ſunt accõmoda. Cũ autẽ definitũ in opere de medicamẽtis ſit: et quæ vel ſolã optineãt aſtringendi vim, vel amaritudinẽ, et quæ ambas poſſideãt qualitates: maxime deligẽda ſunt, q̃ ambas habẽt. vbi ea nõ adſunt: ipſe amara ijs quæ aſtringant, miſcebis. Ita nimirũ vti nos in iocinoris phlegmone, ex copijs p̃ſentibus cõponere cataplaſma vidiſti. Erat eñ is qui ægrotabat medicus, quẽ iam lucernis accẽſis inuiſim⁹, quo tẽpore ab ijs qui talia vẽditãt, nihil emi potuit. Ergo cũ inclinatã notabiliter febrẽ inueniſſem: vtendũ occaſione q̃ primũ cenſui, eo certe magis, qđ ſuſpectã horã quæ gallicinio futura erat, alterius acceſſiõis initiũ allaturã verebamur. Incoxi ergo in oleo quidẽ apſinthiũ, in aqua vero cotoneũ. Dũ autẽ hæc coquebantur myrabolanũ, (quod græci myrabolanu pieſma vocant) et ireos radicẽ, quæ intus iuenerã: cõtudi cribrauiq;. Dein olei et aquæ quæ parauerã portionẽ in lebetẽ imiſi. ac vbi modice coxerã: myrabolanũ et irim vna cũ exigua cera inieci. Coquimus autẽ cotoneũ nõ in aqua modo: verũ etiã p̃ſæpe in auſtero vino. Ac oĩbus eiuſmodi cataplaſmatis, de ipſa quoq; cotonei carne interdũ admiſcem⁹. Quippe vbi et qđ confluit copioſum eſt, et particula ipſa infirmior: aſtringentẽ vim (ſicut ſcis) inaugemus. Vbi vero tum corpus totũ purũ eſt: nec mẽbrũ ipſum imbecillũ, nec vltra quid cõfluit: ibi in ijs quæ miſcenẽ materijs minimũ quidẽ ſit qđ aſtringat, copioſius vero non ſolũ qđ relaxet: ſed etiã & qđ amarũ eſt: et qđ acre. Quod ſi exigua febris ſit: ac phlegmone nõ adeo calens, tum æger ipſe inediã tolerare valeat: hoc caſu digeſtoriã quidã curandi ſpeciẽ intendes, aſtringẽtẽ autẽ remittes. Neq; eñ amplius ipſi ſaltẽ phlegmone, cõducere poſſunt quæ aſtringunt. vbi nec affluit quicq̃, & craſſus humor affecto loco tenaciter eſt infixus, ſed ſicut (prædictũ eſt) trahẽdæ parũ curationis, ac q̃ aſtringãt miſcẽdi, cõſiliũ ꝓbam⁹, quo robur mẽbroꝝ tueamur. Vnde nec colo laborãte, nec reliquoꝝ inteſtinorũ quouis, nec muſculis qui in p̃cordijs habẽtur, aut ipſo pitoneo, miſcẽda aſtringentia ſunt. Sed nec cũ veſica male habet, vterus ve. modo (vt dictum eſt), nihil vltra ad locũ fluat. nec ſanguinis redũdãtia, nec excremẽtorũ copia in toto ſint corpore. Porro renes et pectus ĩ media prædictorũ cõditiõe ſũt. quãtũ ſcilicet a vẽtriculi iocinoriſq; ſollicitudine abſunt: tãtũ reliquorũ ſupgreſſa. Siquidẽ in vẽtriculo ac iocinore, reſolui robur eſt pnicioſiſſimũ. In illis minime eſt piculoſũ. In his vero eſt qdẽ piculoſũ, nõ tñ pinde vt ĩ illis. niſi ſi pus educere ex pectore, aut pulmone aliqñ ſit op⁹. De liene ꝓnũciare abſolute nõ ẽ. nec niſi pri⁹ definita tũ cor

Si amara ſimul et aſtringentia non ſint.

Medicus q̃ ex iocioris phlegmõe laborabat.

Myrabolanum.

Vbi aſtringentiũ relaxantium ve aut acrium plus imiſcẽdum.

Quib⁹ partib⁹ aſtringẽtia miſcẽda nõ ſunt.

De renib⁹ et pectore.

De liene qñ aſtringẽd⁹.

poris totius natura: tũ vero affectu qui curationis tẽpore occupauit. Nã ſi vel æger ex ijs ſit, q atræ bilis excrementũ naturaliter cõgerãt, vel etiã eo tẽpore ſuccus is in eo abundet: neceſſe eſt in liene curãdo, aſtringẽtia reliquis admiſceas. quo viſceris robur cuſtodias. Ita eñ et excremẽta ad ſe trahet: et cũ corpus expurgarit, ipſe rurſus in ventriculũ excernet. veluti in naturalib⁹ cõmẽtarijs de ijs eſt ꝓditũ. Sin nullũ oĩno ſit atræ bilis excrementũ: aut oĩno adſtringẽdũ nõ eſt, aut parciſſime. Obſeruãdũ vero diligẽter eſt, nõ in liene modo: verũ etiã in oĩbus partibus in quib⁹ humor putreſcit, qđ ſymptωma maxime ſit vehemens. quod ſecũdo loco aut tertio. quo videlicet affectu ex ipſis plane inuẽto: idoneã ei curã adhibeas. Alias nãq; in mẽbro affecto calor ſuperat. Alias tumor qui vel ꝓpter abundantiã humoris, vel ꝓpter craſſitudinẽ ſit durus. Si igitur calor præponderat: id agẽdũ, vt ſenſim per ea quæ tepentẽ calorẽ optinẽt, digerat. quod genus eſt tum lini ſemẽ: tum chamemelũ. Quibus adijci vel ordei vel tabarũ farina debet. quippe quoꝝ ventrũ excalfacit. Sæpe autem (vti nõ ignoras) quod medici artomeli vocant ꝓ cataplaſmate eiuſmodi phlegmones præparam⁹. atq; aquæ aliquid miſcem⁹. Ad lienem vero etiã aceti aliquãdo aliquid. Si vero laborãtis phlegmone partis calor, nõ multũ a natura exceſſerit: ſed magnitudo ei⁹ notabilis fuerit: digerere haud timide ſine aqua debebis. etiã fenigræci aliquid ſupradictis ĩmiſcens. Si veluti ſcirroſa duricie phlegmone ſit, ꝓpter humoris quẽ cõtinet, vel craſſitudinẽ vel lentorẽ: tũ aceti aliquid, tum amara medicamenta ſimul ĩmiſcenda curabis. potiſſimũ in liene. Etenim viſcus hoc ꝓpterea qđ ab iocinore craſſum humorem trahit, eiuſmodi humoris occaſione plerũq; laborat. Quo magis cataplaſmata quæ ex oxymelite & apſinthio et cappari fiunt: illi ſunt idonea. Hæc igitur cũ medicorum vulgus ignoret: oẽs oleo ꝓfundunt et cataplaſmatis relaxantibus curant. Priuſq̃ corpus vacuetur. Omniũq; maxime diuites. Quibus nõ ſolũ in talib⁹ obſequuntur: ſed etiã eos lauari in balneo ꝑmittũt. Ego vero nec eoꝝ qui ex putreſcente humore febricitẽt, lauẽ queq̃. nec relaxantib⁹ cataplaſmatis priuſq̃ ſupuacua purgarim, vtar. His vacuatis, nõ ſolũ audacter lauem: ſed etiã cataplaſmatis vtar. In alijs quidẽ mẽbris, ijs quæ relaxent. In iocinere vero ac ventriculo, additis etiã quæ aſtringant. Parcius vero ad pectus q̃ ad ea eſt aſtringentib⁹ vtendum. Quando talia humores qui phlegmonẽ excitant, in pulmones et cor nonnunq̃ reprimunt. Ac cibis potius horum firmitudini eſt conſulendum. Neq; enim ſicut in iocinore & ventriculo, ita hic quoq; tenuiſſimo victu eſt vtendum. In illis nanq; alimentum concoquitur: metuſq; eſt ne ipſis phlegmone laborantibus: nec nutrimentum rite

In quacũq; pte humor putreſcat, quæ obſeruanda.

Artomeli.

Si calor laborãtis partis multus non ſit. ſed magnitudo notabiliter aucta.

Si ſcirroſa phlegmõe ſit.

Quãdo galen⁹ et lauet et relaxãtib⁹ cataplaſmatis vtat.

In qb⁹ pticulis aſtringẽtia cataplaſmatis ĩmiſceat.

concoquatur, et phlegmone augeantur. In pectus vero tantũ alimẽti iam concocti peruenit: quantũ vni ipſi particulæ nutriẽdæ ſatiſfaciat. Ac longe quidẽ magis in pulmonis phlegmone abſtinendũ ab aſtringentibus eſt: Quando in eo ipſis quoq; relaxantibus, admiſcendũ aliquid acrium quodãmodo & euidenter calfacientium eſt. Quippe foras trahere potius q̃ reprimere in eo debemus. Itaq; etiam cucurbita vtiliter ijs qui ſic laborant, ſi prius ſint vacuati, applicabitur. Si vero abundantia ſuccorum (quam vocant pletorã) in his ſit: non magis ex pulmone in pectus aliquid excremẽti transferet, q̃ ex toto corpore attrahet in vtrũq;. Eadem ratione nec in cerebri et eius membranarum phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio vtemur. Verum vbi nec influit adhuc quicq̃: et totũ corpus prius eſt vacuatũ. At reprimẽtib⁹ in his quoq; inter initia vtendum. Sed cum oſſib⁹ cranei mediũ occupãtibus, in altũ deſcendere reprimentiũ vim cupimus: eorũ quæ præire ac deducere ea poſſunt, aliquid reprimẽtibus admiſcebimus. Ea ſunt, quorũ ſubſtantia ex tenuib⁹ partib⁹ cõſtat. Sane acetum nõ modo tenuiũ partium eſt: ſed etiã nõ mediocrẽ reprimendi vim optinet. Quo ꝓfecto rationabilius in principijs affectuũ ipſo vtunt. roſaceo admiſcentes. Procedente vero tẽpore, etiã ſpõdylij et ſerpilli, quib⁹ iã nõ modo partiũ tenuitas: ſed etiã calor ineſt, aliquid admiſcent. Quo ſcilicet tẽpore, trãſire ad ea quæ cõcoquant ac digerãt cõuenit. Atq; hæc vtraq; valentiora, q̃ poſtulet ipſa pars affecta deligere. ceu viribus eoꝝ per ea quæ inter ſunt oſſa remittendis. Sane ad eũ modũ et caſtoreo vtimur. cum tamẽ eo in alijs phlegmonis minime vtamur. quãuis etiã in ſumma inclinatione ſint. eſt em̃ calidius id q̃ vt phlegmonis ſit idoneũ. At vero locis circa cerebrũ phlegmonis ipſis iã inclinãtib⁹, eſt vtiliſſimũ. Quoniã nõ cõtinuo his, ſed oſſib⁹ interuenientib⁹ occurrat. Ineſt autẽ eiuſmodi pharmaco, et partiũ tenuitas. Quod ipſum ijs quoꝝ ꝑ cluſum obicẽ tranſmitti vim oportet, eſt accõmodũ. Illud te ꝓfecto nõ fugit, nos ſingularũ particularũ meatus, qui ijs ad ſuperuacuorũ emiſſionẽ ſunt ꝓprij, fluxiles reddere. Inteſtino ventriculo et meſenterio et concauis iocinoris, inteſtinũ rectũ. Renib⁹, veſicæ, iocinoris gibbis, venæ cauæ, et arteriæ magnæ, et oĩbus quæ in lũbis habentur, eũ qui vrinis eſt delegatus. Pulmonibus & pectori, ipſam aſperam arteriã & fauces. Cerebro et eius inuolucris, eũ qui per palatũ et nares diſcendit. Paritur fluxibilitas ijs quæ ꝑ ſedẽ excerni habent, mulſa & cibis ijs qui ventrem liquant. et pharmacis quæ modice proritare poſſunt. Quæ em̃ acriora ſunt, vitare oportet. quoniam phlegmonas exacerbent. Ad ventriculũ vero iecur et lienẽ, ſi quando phlegmone ſint vexata: nec mulſa ipſa eſt vtilis. qm̃ illico in bilem

Quando in pulmonis phlegmõe cucurbita vtendum.

In phlegmone membranaꝝ cerebri qñ cucurbitulis vtendũ.

Vt reprimẽtiũ vis alte deſcẽdat.

Vbi caſtoreo ad phlegmonas vtamur.

Galenũ ſingularũ pticulaꝝ ꝑpos meatus fluxiles reddere ſolere.

Qui ſingulis ptib⁹ reſpõdeant.

Q uẽadmodũ ſingulis meatib⁹ fluxibilitas cõparetur.

tranſeat.ac viſcerũ phlegmonas augeat. At excrementa quæ cũ vrinis feruntur, per ea quæ vrinas mouent(diuretica græci vocant) ꝓmouebis. Nõ ſecus quæ in pectore et pulmone cõtinentur, tuſſi ꝑ ea ſcilicet quæ hãc moueant, vacuabis. Porro in opere de medicamẽtis cuiuſq; materiã didiciſti. Non eoꝝ modo quæ iã cõprehẽſa ſunt: ſed etiã quæ cerebri mẽbranarũq; eius ſupflua ꝑ nares emittunt. Etenĩ horũ quoq; omniũ vberẽ materiæ ſuppellectilẽ in illis cõmẽtarijs habes. Quare abunde ſunt ad rẽ præſentẽ, quæ hactenus de phlegmone laborantiũ partium differẽtia diſputauimus. Dicturus eñ plura de ijs ſum, in ea methodo quæ oĩm tumoꝝ, qui præter naturã ſunt curationẽ comprehendet. Neq; eñ in præſentia dedita opera et ſtudio, hunc ſermonem ſum ingreſſus. Sed præter penſum in eũ, ſequela quadã rerũ inuitãte, diuerti. Siquidẽ propoſitũ nobis in hoc libro nõ fuit, vt te partis cuiuſq; phlegmone obſeſſæ curationẽ docerẽ. Imo vt noxam eoꝝ oſtenderem, quib⁹ cataplaſmata in febrib⁹, nõ vacuato prius toto corpore imponuntur. Potiſſimũ vbi intra corpus aliquid phlegmone infeſtatur. Quippe ſi ambiens ita calet, vt materias valẽter liquet: maior noxa eiuſmodi cataplaſmatis ſuccedit: q̃ lotioni in balneo. Quãq̃ autumant qui quotidie præcordia perfundũt, & cataplaſmatis inducũt, non modo nullã ex ijs noxã: ſed etiã magnã vtilitatẽ ægris cõparari. Cõtra ex lauãdo, nõ modo nullã vtilitatẽ: ſed etiã maximũ icõmodũ. Scilicet ignorãtes, ſicuti reliquoꝝ oĩm quæ circa ægrũ adminiſtrant: ita et balnearũ naturã. Ego vero de vniuerſa earũ vi, in ſuperiorib⁹ diſputaui pleniſſime. Nunc tantũ dixiſſe eſt ſatis. Quibuſdã prorſus nihil nociturũ balneũ. Quibuſdã minus q̃ cataplaſmata. Quod eñ in ꝓcordijs relaxãtia q̃ iſti vocant ꝓſidia faciunt, id balneũ in toto efficit corpore. Eoq; cũ in remiſſiõe febris adhibet, corpore iã mediocriter tranſpirãte: nõ exiguũ affert cõmodũ. oĩa ex eo tũ fuliginoſa excremẽta: tũ fumida educens. Et ſi quidẽ nullius viſceris imbecillitas ſubſit: ꝓficiet ægrotanti. ſi tamẽ horror inter exhibẽdũ nõ incidit. Trib⁹ eñ his in balneo, qđ in quacũq; febri adhibebis, intẽtus ſis oportet. Vnũ qđ citra horrorẽ ſit adminiſtratũ. Secundo qđ nullũ primæ notæ viſcus ſit imbecillũ. Tertio qđ multitudo crudi humoris ĩ primis venis nõ cõtineat. Horror nãq; (vt prius dictũ eſt) nõ ſolũ itẽdere iã ꝓſentẽ febrẽ poteſt: ſed etiã cũ nõ fuit, eã interi excitare. Partes vero ibecillæ liquatos iã humores magis recipiũt: q̃ anteq̃ liquarent. Crudorũ vero copia, ĩ totũ corpus digerit. Horũ ſi nihil obſtet: ex balineis duo hæc ægro cõpẽdia accedãt. et qđ redũdãtiæ humoꝝ aliqd vacuabitur. et quod multum febrilis caloris tranſpirabit. Quod ſi præterq̃ quod nulla princeps pars imbecilla ſit; etiã inferioris notæ partium

In balneo ꝑ febres adhibẽdo tribus eſſe attendendũ.

Commoda balnei vbi aliud nihil obſtat.

Si ĩferioris notę partiũ aliquæ ſint inualidæ.

aliqua ſit inualida, veluti podagricis pedes, et iјs qui articulari vitio laborant (ἀρθριτικοὺς græci vocant) vniuerſi corporis articuli: maxima ſalutis pars ægro ex balneo cōparabitur. Ipſis infirmis partib⁹, quæ ſuperuacua ſunt excipientib⁹. Aſſolent enī nō nūq̄ et citra balneū ſuperuacanea in partes infirmas confluere. A balneo vero magis, vtpote tum ſuccis ipſis per id liquatis, tū vijs p quas meent patefactis. Ambo enī hæc ex moderato calore ꝓueniant neceſſe eſt. tū vt humores liquentur: tum viæ dilatentur. Proinde fit, vt cū iecur, vētriculus, pulmones, pectus, vel principū id genus partiū aliquod imbecillum ſit: maxime lædātur quicūq̄ ſe lauerint. ſi illis ſuperuacua in corpore ſint. Idemq̄ ipſi cataplaſmate vſi, duplex incōmodum ſentiāt. Atq̄ id nullo redemptū cōmodo. Quippe balneū tum corpus totum vacuat, tum quod fumidū eſt ac fuliginoſum digerit. Relaxantia cataplaſmata ac ſimilis facultatis perfuſiones vt nihil boni afferunt: ſic ſuperuacuum omne ad imbecillius, quodcunq̄ id circa mediū corpus ſit contrahunt. ſiue iecur id ſiue vētriculus, ſiue ſeptū tranſuerſum, ſiue meſenterion, ſiue ieiunū, ſiue colon, renes ve ſit. Quod ſi diligentiā oſtētare valētes etiā pectus vna excalfaciant: vel in ipſum, vel etiā in cor, vel in pulmonē ſupflua rapient. Voco imbecillā partē vel quæ natura eſt intēperatior (Alij nāq̄ alia ſic ſe habet) vel quæ ex præcedente aliquo morbo intēperiē cōtraxit, vel quæ in pręſenti tēpore in hanc ſic pducta. Non enī partiū oīm quæ aut phlegmone laborant, aut putreſcentes humores, aut obſtructiones cōtinēt, virtus ſtatim infirma eſt. prōptius tamē in his quoq̄ ſuperuacuū qualecūq̄ id ſit, in ægrā partem propter calorem quem affectus excitat, fertur. Quippe particula quam obſtructio, aut putredo, aut phlegmone obſedit: febris ipſius veluti focus eſt. Ergo cum huic propter calorem ſua ſponte trahenti, alia quæpiam occaſio extrinſecus, ex iјs quæ poteſtate excalfaciant, acceſſit: neceſſe eſt affectum intēdi. At vero ſi quis vti prædictum eſt, toto corpore prius vacuato relaxantibus curet, vbi ſcilicet maxima febris non adeſt: vtiq̄ prodeſſe aliquando poteſt. Tum vero ceu dictum etiam eſt, lauare citra noxam licet. Cauendum tamen a frigido ſolio his eſt. Quando et crudi et putreſcentes ſucci, minus apti ad exhalandum redduntur. ſi quis in eo moretur. Sane officit his etiam ſi aqua admodum ſit frigida. Quando ſic affectorum tum corpus totum, tum vel maxime afflicta particula, difflari euaporariq̄ poſtulat. Quo fit, vt vel perfundere illos aqua idonea ſoleam⁹: vel ſi moderate quæ in natatione eſt frigeat, ingredi permiſſos, celeriter exire iubere. In progreſſu tamen morbi, quo tempore et abſumpta iam ſuperuacua ſunt: & tum cruda tum putreſcentia concocta: & cataplaſma-

Supuacua in partes imbecillas ſolere cōfluere.

Ex moderato calore ꝓuenire duo.

Imbecilla pars quęnā ſit intelligēda.

Partē phlegmone aut putredine affectā, ſupflua ꝓpter calorē attrahere.

Cauēdum his frigidū ſoliū et cur

Quādo balneis & cataplaſmatis relaxantib⁹ vtendum.

tis relaxantibus, et balneis intrepide vtare. Porro aptiſſimū in febribus quæ intermittunt, et repetūt, tēpus eſt: cū vti dictū eſt exhalare iā cœperit febrilis calor. Statim em̄ corpus ad nutrimētū pparāt. Huius quoq; oportuno tēpore ex duplici cōiectato reſpectu. Nempe ſummo præcedētis acceſſionis vigore, et futuræ principio. Ad hæc nāq; ſpectantes, operā dabimus vt q̄ longiſſime ab vtroq; nutriamus. Ergo ſi ſpatiū quod inter ſummū prioris acceſſionis vigorē, et ſequētis principiū interuenit, ſatis ſit amplū: facile eſt idoneū tēpus inuenire. Sin exiguū id fuerit: alterū facias neceſſe eſt, vt aut ægrū admodū adhuc calentē nutrias: aut ſequētis acceſſionis inuaſione iā iā affutura. Quo magis præſagi medici eiuſmodi febris indiget. qui primis ſtatim diebus quāto ſpatio duratura febris ſit, conijciet. Quippe ſi cōtinens fuerit: cōſtat breui finiendā. Si itaq; vltra ſeptimū pgreſſura nō videbit: prorſus cōtinendus a cibo æger eſt. vtiq; ſi virtutē nō defectură cōijcimus. Sin ad nonū, aut vndecimū, aut quartū decimū vſq; progreſſura videt: aut etiā in ſeptimo finiēda: cæterū æger vires infirmiores habere, quā vt in tantū tēpus ſufficiat; neceſſum erit nutrire. Ac deligere, ſicut in re ancipiti cōuenit, qđ minus ſit noxiū. diſtinguēdo id diſcernendoq; ab eo qđ magis ſit nociturū. Idq; tum ex loco afflicto vna cū affectu: tū acceſſionis et principij et ſummi etiā vigoris cōſuetudine. Siquidē vbi vel iecur vel ventriculū phlegmone prehendit: pnicioſiſſimū eſt ante acceſſionē cibare. Vbi hæc abeſt: quib⁹ infirma eſt virtus, vtiliſſimū. Aſſolent em̄ ijs qui ita ſe habent, iocinore quidē afflicto: alui deiectiones, vna cū acceſſionib⁹ inuadere. Ore autē vētriculi vexato: ſyncope. In alijs vero aialis inſtrumētis, qđ iā dictis portione reſpōdeat: tum ex ſitus eoꝝ ratione, tū dignitatis æſtimabis. Agetur q; de ipſis poſtmodū. At ſūmi vigoris et acceſſionis pncipij morē ſic cōſyderes cenſeo. In ſūmo vigore notabis, an citra magnitudinem febrilis caloris ſiccus ſit et ſqualens: an citra ſiccitatē, vrens. Priorem nāq; humectante victu madefacere q̄ primū oportet. In ſecūdo dū plurimū caloris ſe remittat, manere. In principij vero acceſſionis more æſtimabis, an corporis extrema perfrigeret. et magnam ſanguinis reuocationē ad interiora corporis faciat. an omnino corpus non pmat. Quippe ſecundū hoc ceu facile contēnes. In priore diſtinguas oportet. Nam ſi abſq; viſceris phlegmone, aut ſuccorum redundantia, motus ad interiora in acceſſionibus pollet: nihil offendes paulo ante cibans. Sin vel phlegmone vel redundantia ſubſit: cauenda eſt ante acceſſionem cibatio. ceu res maxime noxia.

Qn̄ oportune in febribus cibet.

Magis noxiū a min⁹ noxio, vnde diſcernatur.

Si phlegmonē i ventriculo aut iociore hn̄tes, ante acceſſionē cibent, quid accidat.

In ſūmi vigoris more q̄ notāda.

In pncipij more quæ notanda.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER DVODECIMVS.

NOn ſunt ſicut non nulli autumãt, hæ quæ cũ ſymptωmatis cõſiſtũt febres, aut febriũ genus vllũ aut ſpecies differentiave. Sed veluti tum alius morbus alij morbo, tum ſymptωma ſymptωmati vno tempore, eodem in corpore copulatur: ſic et cum febre incidunt quædam grauiora ſymptωmata, quibus proſpici maiore medentis ſollicitudine debet. Nam de leuioribus quæ febrium generatiõi neceſſario ſuccedũt, adeo omnino non meminerunt: vt etiam ceu prorſus non ſint, innominata ea reliquerint. At quæ vel rarenter febricitantibus incidunt, vel cõmunem magnitudinem excedunt, ſeorſum ab alijs tradenda cẽſent. Sunt porro eorum primæ differentiæ tres. Aut eñ in actionum offenſa conſiſtunt: aut in retentorum vacuatorum ve immodico exceſſu, aut corporum ipſorum affectu. Quartum eñ genus numerandum inter ſymptomata non eſt. Etiam ſi inter ſymptωmata q̄ maxime non pauci id poſuere. ſicut eryſipelata, opthalmias. vlcera parotidas. reliquaq; id genus. Ex prædictis vero tribus, actionũ quidem offenſæ ſi contriſtant: ſollicitudinem medici ad ſe conuertunt. affectũq; deſerere cogunt. Idem faciunt, et eorum quæ retinentur vel expelluntur exceſſus. At genus quod in affectibus conſiſtit, alterius quidẽ quem curare oportet, affectus eſt ſignum. Ipſum tamen nullam ſeorſum curationem exigit. vtpote cum affectu vnde naſcitur, vna ceſſans. vt enim in ſumma dicam nullum ſymptωma, qua ſymptωma eſt, nec curationis rationem indicat: nec primũ immutat. Mõſtratum eñ eſt ex morbis ipſis curationis indicationem præſtari. veluti ex cauſis ipſis prouidentiæ. Dictum præterea eſt, et quomodo prouiſio ipſa cum medẽdo ſimul ſit mixta. Ex accidenti tamen ſymptωmata quoq; curandi rationem mutant. cauſæ ſcilicet locum eo tempore habentia. Eorum omnium cum veluti cauſæ curationem immutant, vnũ caput eſt. Dico id vnum læſionem. Siue ea ipſius virtutis ſit, ſiue affectionis. Quando ſi nihil his officiant: curationem non interpellant. Lædunt autem vires, vigiliæ. dolor. & imodica vacuatio. Affectui vero, eadẽ nõ vtiq; ſemper, cæterum magna ex parte nocent. ac potiſſimum cum fuerint

Tres eẽ primas ſymptωmatũ diſferẽtias.

Quæ ſymptωmata curam medici ad ſe trahũt & quæ nõ.

Qñ ſymptomata curationẽ interpellent.

Quæ vires lædant.

immodica. Ob hæc igitur ſola, curãdi ratiõe quam ab initio inſtitueramus ad præſens mutata: ſympt⍵ma ſũmouere primũ cogimur. Ergo ſi labant vires, non tamen vehementer ſunt iam reſolutæ, ſed adhuc reſiſtunt: ad ſymptoma tantũ ſumus attenti. atq; id q̃ primũ ſũmouere maturamus. Sin iam reſolutæ vehementer vires ſunt: non modo ſymptoma ſedare, ſed etiam illas firmare properamus. Quod ſi vno remedio, tũ ſymptoma leniri: tum morbus curari queat: id vtiq; non fuerit ſymptoma reſpicere, aut ſymptomatis cauſa remedia ſumere. ſed omnis eiuſmodi auxiliorum ſpecies, plane morbi curatio eſt. Neq; eñ cum lateris dolorem in pleuritide, miſſo ſanguine, vel corpore purgato, ſanamus: nec cum abſceſſum diſtentum & cum dolore pulſans diuidimus, ac pus emitimus eiuſmodi curatio ſymptomatis eſt. ſed cum in dyſentericorum deiectionibus, vbi vehementer rodũt: vel tragi ſuccũ, vel hircinum ſeuũ, vel roſaceũ ceratũ per inferius indimus. quibus vtiq; præſidijs, ipſa exulceratio inteſtinorum non ſanatur. maxime ſi putreſcens aliquid habeant. ſed vires interim conquieſcunt. Atq; id eſt contra ſymptoma inſtare. morbo ad id tempus neglecto. Quippe vbi virium roboris fiducia eſt: adeo nunq̃ contra ſymptoma pugnamus: vt contra prorſus, per ea non nũq̃ præſidia q̃ dolorem afferunt, morbos ipſos curemus. veluti profecto dyſenteriæ ipſi, mordentibus maxime medicamentis tum potiſſimum medemur: cum vtiq; ſit grauiſſima. Quippe medicus quidam quinquagenarius cum iam ſeptem noctibus ægrotaſſet, nec viribus admodũ valẽtibus eſſet: vbi dolor illi capitis vehemens in dextro potiſſimũ tempore eſt obortus, non expectans dum amicorum quiſpiam ad ſe veniret: ſibi ipſi nocte venam incidit. Itaq; dolor illi protinus conquieuit. Cæterum longo tempore, tum decolor, tum viribus imbecillis, tum exilis manſit. aliq; corpus eius deſijt. atrophian græci vocant. ſic vt vix priſtinum habitum reciperet. Eſt porro hic quoq; duplex medicorum contra dolorem inſtantium ratio. Altera qua delicijs cubãtiũ ſubſcribunt: altera ex artis ratione. Quippe ſi licet ægrum dolorib⁹ obnitentem, valentibus remedijs vno die perſanari: qui tota neglecta curatione, dolori tantum eſt intentus: non id ex artis ratione. ſed in ægrotantis gratiam facit. At ſi ex dolore vires reſoluuntur, atq; ex eo periculũ impendet: & mitigari dolor, & roborari vires debebũt. quo et morbo reſiſtere & curationis ſpatio ſufficere valeant. Equidẽ noui quoſdam tum medicos: tum ægros, qui dum animoſi videri volebant: ob id ipſum perierunt: quod fortiter ac viriliter contra dolorem ſemper ſunt renixi. nec quod eũ leniret quicq̃ cœperunt. Sed in aſperis & vt ipſi interpretabantur, affectum deſtruẽtibus auxilijs p-

Si labãt vires non tñ ſũt vehemẽter reſolutę

Si virtus iã reſoluta.

Qñ contra ſympt⍵ma inſtaẽ, et qñ cõtra morbum.

Quiquagenari⁹ medicus qui ſibi venã icidit

Medicos cõtra dolorẽ dupliciter inſtare.

ſeuerarunt. Quos ſane ſpatio curatos eſſe ſatius fuiſſet: q̃ breui viriliter mori. Quidam autem, vt ſibi eſt viſus generoſe dyſentericos vehementiſſimo medicamento curans: multos vno ſanauit die. quoſdã vero iugulauit. Erat nanq; eius medicandi ratio eiuſmodi. Cepas id genus quod græci carton vocant, vno die comedendas cum pane dabat. tum paululum bibendum. poſtridie mane, muriã acerrimam per inferiora infudit. ſecundum hanc, etiam pharmacum valentiſſimum. His igitur tolerandis quicũq; ſufficere potuerunt: prorſus ſunt ſanati. Aliqui vero conuulſione, aut animæ ex dolore defectu, vna cũ madore cutis oborto interiere. Eſto igitur terminus quem non trãſibit, is qui ex arte generoſe contra morbum pugnat: vt tuto medicet̃. Ei vero qui dolorem mitigat, ipſarum virium cuſtodia. vbi vltra pergitur: crudelis hominis officium facit qui vna cũ morbo, vitã quoq; homini aufert. Qui vero cubantis delicijs ſubſcribit, eiuſq; voluptatem pro meta gerendorꝝ habet: adulatoris. Cõmittunt medici eiuſmodi exceſſus, cum in alijs quoq; remediorum generibus nõ paucis: tũ vel maxime in ijs vocatis anodynis, quæ ex papaueris ſucco, vel alterci ſemine, vel mãdragoræ radice, vel ſtyrace, vl' tali quopiã fiunt. Nam et qui ægris gratificantur, in eorum medicamentorꝝ vſu modũ excedunt: & qui intempeſtiue immodiceq; ſunt animoſi, dum prorſus horum vſum refugiunt: doloribus ægros iugulant. Ergo veluti in omni totius vitæ tum habitudine, tum actione: ita hic quoq; conſiliũ illud ſapientis, qui (ne quid nimis) dixit, complectemur. habentes pro fine quo tendamus, cubantis vtilitatem. Quippe ſi fas eſt, ijs remedijs quæ morbum ſanent, quod optamus efficere: abſtinẽdum ab ijs ſomniferis medicamentis eſt, quæ vocãt anodyna. Sin ex vigilijs & viribus reſoluendis, ad mortis diſcrimen æger tendat: tum profecto tempeſtiue eiuſmodi medicamentis vtare. ſcilicet nõ ignarus, corporis habitum non nihil ex his lædendum. Læſionem tamen quã mortem, potius optandam. Nam ſi hæc admodum magna non ſit: ſaltem ſpatio eam ſarcire licebit. Sin ita eſt immodica, vt nec prolixo ſpatio perſanari queat: at certe hanc ipſam eligẽdam potius remur: quã vt homo pereat. Hac nimirũ perſuaſione, ipſe quoq;, tametſi omniũ maxime ab vſu grauiter ſopientium abhorrens: aliquando tamen ea et colicis exhibeo: & ijs qui vel oculorum, vel aurium, vel aliarum partium vehementiſſimo dolore cruciantur. Interim vero et cũ æger ex tenui deſtillatione, vigilijs, & vehementi tuſſi vrgetur: pauxillulũ eiuſmodi medicamenti offero. Facile noxam ei⁹, ſi quis ſemel eſt vſus: ſpatio emendatum iri ratus. Porro diſſident inter ſe, ipſa medicamẽta. Quippe quæ plurimũ torporem inducentium in ſe habent: ea ad

Dyſentericorũ curatio violẽta.

Ei⁹ q ex arte contra morbũ generoſe inſtat, terminus.

Ei⁹ q dolorẽ mitigat, termin⁹ nõ ꝑtereũdus.

In ſoporiferis anodynis dupliciter errare medicos.

Ne qd nimis.

Quib⁹ galenus ſomnifera anodyna exhibuit.

Soporiferorꝝ diſcrimẽ quoddã

præſens magis ſunt efficacia. Cæterum valentem, & remedijs rebel-lem, in corpore frigiditatem relinquũt. Quæ horum in ſe habent mi-nus, calfacientium vero quæ admixta ſunt plurimum: ea quanto ſunt ad præſens minus efficacia: tanto in futurum minus ſunt noxia. Om-nia tamen id genus magis ſunt ſalubria, ſi poſt annũ a compoſitione ſumantur. veluti quod ad philonẽ referunt auctorem. quod ad dolo-res, ex ſenſus torpore ſedādos, nullo minus eſt celebre. Sunt ſane & alia medicamenta non pauca, ex ſeminibus et paſtinaca piſce confe-cta. græce diaſpermaton et Trygonos vocantur, quæ ſicut ad torporẽ in præſens inducendum mitiora: ita in futurum ſunt tutiora. atq; hæc quoq; omnia, vtilius annotina ſumuntur. Philonis vero medicamẽ, etiam ſi duorum triũve aut quatuor annorum ſit: multo ſane eſt meli⁹. ſed nec inutile tñ ſequẽtib⁹ ānis ad decimũ vſq;. qđ em̃ vltra iuetera-uit, tāto qdẽ eſt min⁹ noxiũ: quāto eſt vetuſti⁹. cæterũ lāguidis eſt vi-rib⁹. Eoq; parũ nauiter, cui⁹ gratia paratũ eſt, perficit. Ergo ſicuti ca-uendus eſt quoad fieri poteſt, eiuſmodi medicamentoꝝ vſus: ita ſi neceſſitas vrget: nec admodum noua ſunt offerēda: quod frigida quæ in his ſunt ꝑualentes vires adhuc habeāt, nec ita antiqua: vt ſpem no-ſtram fruſtrentur. ſed vti comprehenſum eſt, tādiu dimittenda ſunt: quoad violentia refrigerantium, ab eoꝝ quæ calefaciunt vi mitiget.

*Soporifera oīa, annotina vtiliora eſſe.*
*Philoniō.*
*Diaſpmatō et trigonos*
*Philonion ꝗ diu ſit vtile.*

Et talium quidem medicamentoꝝ vſus, eorum qui aduerſus ſympto-ma pugnāt, eſt proprius. potiſſimũ vbi ex frigida cauſa dolor eſt ex-citatus. obſunt em̃ talia plurimũ ipſi affectui, ac curationi contuma-cem eũ reddũt. At ſanguinis miſſio quæ ſcilicet vires nō deijcit, ſym-ptoma ſpectantis medici opus non eſt. ſed eius qui totum affectũ adi-mere ſtudet. Ad eundem modum & balneum. & purgatio. & fomenta calida, & vini potio. Quoꝝ omnium Hippocrates in aphoriſmis, vbi de oculis dolentibus loquitur, his verbis meminit. "Oculorum dolores meri potio, lauatio, fomentum calidum, vel purgatio ſoluit." Hæc nāq; omnia dum affectus ſanant: vna etiam cum ipſis dolores ſe-dant. Eodem modo nutrimentum (vt in ſuperioribus eſt dictũ) vbi in ſicco & ſqualente corpore, ſtomacho laborante exhibetur: dum af-fectum ipſum ſanat: etiam ſyncope periclitari ꝓhibet. At nō ea quæ ex redũdantia frigidorum incidit, ſiue reſolutio, ſiue ſtomachi ſynco-pe eſt, alimentum ceu medicamen deſyderat. Quāꝗ etiam in eiuſmo-di affectibus, non ſolum nutrimentum: ſed etiam vini aliquid, non ra-ro ægrotanti dare cogimur. non vtiq; quo affectum curemus: ſed quo periculum in præſens depellamus. Quippe vacuatio, potius ꝗ adie-ctio, eſt hoc genere laborantium curatio. Licetq; quotidie videre, ſic ægrotantium plurimos, medicorum ignorantia perditos. De quib⁹

*Soporiferorũ vſũ, eoꝝ eē ꝗ aduerſus ſymptoma pugnāt*
*Quæ ſiľ & affectum ſanēt, & dolorē ſedant.*
*Hippo.*
*Nutrimentũ aliqñ & affectũ ſanare & ſyncopen ꝓhibere.*

agere nunc mihi tempeſtiuū videtur. Ergo febricitare incipiunt non nulli, vbi magnā crudoꝝ ſuccoꝝ copiam, vna cum oris ventris, qđ ſtomachum vocant, offenſione, vel ex cruditatibus, vł alia quapiam occaſione congeſſerunt. His & præcordia inflata, & totū corpus ampliore mole, quā pro naturæ modo cernitur. tum color his ad albidius, q̄ pro naturali habitu, & intercute aqua laborantium magis ſimile, eſt mutatus. Nōnullis etiam ad nigrius. aut liuidius. quos quidem medici plumbei palloris appellant. omnibus pulſus arteriæ minores ſunt, q̄ pro caloris ratiōe. Præterea obſcuri omninoq; inæquales. ſæpe ea inæqualitate, quam ſyſtematicen græci vocant. ſemper vero ea quæ in vno eſt ictu. Nulli talium ſanguis mitti, ſine maximo diſpendio ſolet. cum tamen vacuationem deſyderent. verum nec ſanguinis miſſionem: nec purgationem ſuſtinent. vtpote quos ſine his, ſyncope ſubito adoritur. Quænā igitur eſt ratio talibus medendi: q cum vacuari poſtulent: vacuātia præſidia non ferunt. Sane nullam aliam his idoneam vacuationem inueni, præter eam quæ ex frictione parat. Incipere vero in principio ſtatim morbi oportet. ac primum a cruribus, ſuperne deorſum, idq; linteis non admodum mollibus, ſed aſpdinis mediocre quid habentibus. Debet eñ radi ab his cutis. cum ſimul & calefieri per eam & digeri ægrotus poſtulet. Dehinc tota brachia, ab humeris vſq;, atq; ſuperne deorſum, ſimili modo ſunt fricanda. Vbi vero artus omnes abunde calere vidētur: & metus eſt nequis, ex multitudine frictionis, contuſa iam carne laſſitudinis ſenſus ſuperueniat: oleo relaxāte veteris. quod genus eſt ſabinum. Ab aſtringēte vero abſtinebis. cuiuſmodi hiſpanum eſt hiſtricūq; & quod vna cum germinibus, vel ex oliua adhuc immatura conficitur. Hyems vero ſi fuerit: nihilo deterius ſit, ſi ad digerentium aliquod trāſieris. cuiuſmodi ſicyoniū eſt. aut quod cū chamemelo componitur. aut qđ apud ægyptios eſt in precio. Quod ſi horum copia non ſit: oportebit accepto relaxantium oleoꝝ aliquo, & in quo nulla ſit aſtrictio potiſſimūq; quod eſt antiquius, immittere ipſi anethi quod videbitur ſatis. Mox vbi in vaſe duplici tantiſper calfeceris, dū mediocriter vim herbæ imbiberit: vngere hoc artus & fricare, tunc quoq; q̄ plurimum debebis. poſtea oleum, quoniam tedium afferat, detergere. atq; ad ſpinam dorſi tranſire. hancq; totam fricare. Primum ſicca frictione. poſt oleo. Ab hac rurſus ad crura te conferes. & ab his ad brachia. Exin denuo ad ſpinam. ita totum agens diem. in domo puræ lucis. nec madente. Eſto ei⁹ domus et calor media temperie. Sane mulſa in qua coctum hyſſopum fuit, his eſt aptiſſima. ſeruandūq; ne vel cibū, vel ſorbitionem, vel aquam exhibeas, vel omnino liberaliter bibere ſinas.

De his qui ex copia crudoꝝ cū ſtomachi offenſione febricitāt.

Curatio ſic laborātiū.

Olea digerentia.

Digerentis olei compoſitio.

Mulſā his idoneam.

Mulſa dũtaxat cibandum.

niſi mulſa tribus primis diebus dũtaxat vti. ipſe quas dixi partes ordine fricans, eoq; ſolum tempore intermittens: quo ſomnus hominẽ occupauerit. Ad quẽ etiam alliciendum, & frictio vberior facit. itaq; vel hoc nomine, vtile præſidium fuerit, ne dũ quod inaniat. At vero

Somni et vigilię modũ in his eẽ tẽperandũ.

nec vberior ſomnus, his eſt ſalutaris. cũ nec crudos ſuccos digeri ſinat: & viſcera grauiora reddat. Sed ſi quis alius affectus eſt, qui ſomnum & vigilias modicas deſyderet: hic profecto in his eſt. Quippe

Somnũ cõcoquere, vigilias digerere.

ſomnus concoquit. Vigiliæ digerunt. Quorum vtroq; eſt opus, ijs q ex multitudine crudoꝝ ſuccoꝝ ægrotant. Ergo inuicem mediocriter adhibiti, iuuare ſe mutuo vtiliter poterunt. Atq; ſi pulſus his paruus admodum infirmuſq; ſit: aut etiam ſupra hæc vehementer inæqualis:

Si pulſꝰ hiſ paruꝰ ſit & vehemẽter inæqualis.

ſcire licet extremũ periculum eſſe. facienda tamen nobis quæ retuli ſunt. nec aliud quicq̃ moliẽdũ. Sin pulſus robore mediocri ſit, ac magnitudine, præterea minime interciſus, & æqualis: conſydera quæ ad

Si pulſꝰ mediocri magnitudine.

aluũ ſpectant. ac ſi ſua ſponte commode non deijciat: audacter p inferius aliquid infũdes. Accidit nãq; poſt aquam mulſam, vt quæ in primis venis, quæ ſcilicet circa iecur, & meſenteriũ ſunt, colligi ſuperuacua ſolent: hac commode deijciantur. Quod ſi maior iuſto ſupfluorũ

Si aluus cõmode ñ deijciat.

impetus ad aluum citetur: principio quidem percoquere mulſam amplius oportebit. Id nãq; ſicut minus aluũ ſubducit: ita magis nutrit. Cõtra crudum, vt minus nutrit: ſic magis ſubducit. Poſt hæc ſi ſupuacua largius deſcendant: ne ſic quidem ſunt ſiſtenda. ſed exhibẽdus

Si ĩmodice deijciat.

pro aqua mulſa ptiſſanæ cremor eſt. Si vero fluere pergant: alicæ ſorbitione nutries. pulſuum interim ratiõe obſeruata. Aliquãdo em̃ ſubi

Si pulſꝰ ſubito ad imbecillitatẽ ıę̃qlitatẽ vł puitatẽ mutent.

to ad imbecillitatem, vel inæqualitatem, vł paruitatem mutant. Quo tempore, panem ex vino diluto, exhibere conueniet. vtiq; ſi nec venter, nec iecur, phlegmone laboret. Quando ſi hac infeſtentur: iã corpore crudis ſuccis referto: plane deſperata ſalus ægro eſt. pulſibꝰ ſic mutatis. Ergo in eiuſmodi ægri caſu, teipſum a culpa immunẽ præſtabis. ſi moriturum prædixeris. ac nullo generoſiore medicamento

Si cũ eiuſmodi pulſu phlegmõe in vẽtriculo vel iocinore ſit.

vſus fueris. Quibus vero ſpes eſt ſalutis, (eſt autem omnibus, q ita citra phlegmonẽ ægrotant) maximũ medico, qui vtiq; ipſos in principio ſuſceperit, videtur mihi dedecus eſſe: ſi in ſyncopen ĩciderint. quãq̃ per inſcitiam medicorum, quotidie id fieri cernitur. Verũ non eſt quod hos ſpectemus. aut cum his noſmet conferamus. ſed cũ eo, q cum revera peritus in arte ſit: fædum putet ægrum anima ex templo

Qñ cataplaſmatis pfuſionibꝰ vtẽdum.

linqui. ipſo nec ſymptωma prædicente. nec ad id præparato. aut idẽ prohibẽte. Sane dictũ a me etiam in ſuperioribus eſt, qui cataplaſmatis, et perfuſionibus, aſſidue præcordia vexant: ipſos in eiuſmodi affectibus phlegmonas accerſere. Minime igitur eſt his vtẽdum. Pri-

uſq̃ ſuperuacua magna ex parte, partim vacuata ſint: partim concocta. tum vero etiã his vtaris licet. non tamẽ dũtaxat relaxans. ſed ex apſinthio mediocriter perfundens. ſi tamen febris non plane ſit magna. Si vero medicanti tibi tres primos dies, vt dictum eſt, nihil occurrat incõmodum: iiſdem ipſis vteris vſq; ad ſeptimũ. aqua dũtaxat mulſa, in qua incoctum hyſſopum ſit, contentus. Siquidem longiſſimam, qui ita ſunt affecti, cibi abſtinentiam ferunt, corpore ſcilicet ex crudis ipſis quos continet ſuccis, concoquendis alto. Quod ſi nõ modo crudi ſucci ſint, ſed etiam eo corruptionis peruenerint, vt concoqui ad perfectionem nõ queant: qui ſic ægrotant, eorum deſperata eſt ſalus. Sed qui, ſi nullus præſertim cõmittatur error, ſeruari poſſunt: ij aqua ſolum mulſa ad ſeptimũ vſq; ſunt nutriendi. aut ſicubi id res exigat: vel aluo fluente, vel ægro mulſam faſtidiente: ad ptiſſanæ cremorem eſt tranſeundum. Sin hunc quoq; auerſetur: alica, ad eundem quo ptiſſana modum, ei præparabitur. Neq; eñ ijs qui ita ſunt affecti, acetum incõmodum eſt. imo ſicubi crudos affatim ſuccos eſſe animaduerteris: oxymeli pro mulſa exhibere aſſidue debebis. Quod ſi huius aſſiduus vſus tedio eſſe cœperit: tranſire inuicem ad mulſam, & ptiſſanam conueniet. dein rurſus ad oxymeli reuerti. Maxime vero quibus tum paruus, tum tardus pulſus eſt: ijs frigidos ſubeſſe ſuccos putandum. Iiſdẽ protin⁹ & color vitiatus in toto corpore manifeſte cernitur. qualis nimirũ prius eſt tradit⁹. Sed fieri fortaſſe (quod dictum eſt) non poſſe cuipiam videatur, cum nulli febricitantiũ, aut tardior, aut rarior pulſus fiat. Cæterum duplici ratione, verum eſſe quod ictum eſt, comperietur. Vna, quod euidenter in acceſſionibus appareat, & tardiores & rariores, quã pro naturali ipſorum habitu pulſus fieri. Altera quod reliquis præter acceſſionem temporib⁹, horum arteriæ tum rarius, tum tardius q̃ aliorum quorũuis qualitercũq; febricitantium feriunt. Ergo ſi æſtas ſit, & æger frigidæ potioni aſſuetus: frigidum huic oxymeli dabis. Sin hyems ſit: omnibus calidũ. tum ijs qui calidæ, tum ijs qui frigidæ inſueuerunt offeres. Aeque vt ſi immodicus æſtatis tẽpore æſtus ſit: etiam qui calidæ adſueti ſũt, frigidum. vtiq; ſi nullum ſit ijs viſcus ad iniuriam opportunũ. Sane propoſitis aduerſiſſima ſunt, tum balneum, tum aer ambiens. quoties vel nimium calidus eſt, vel frigidus. Itaq; vt lauandi hi non ſunt: ſic & reclinandi in domo ſunt. æſtate quidem quæ frigeat, hyeme quæ caleat. Læduntur nãq; non parum ab vtroq; exceſſu. videlicet in balneo, æſtate, & omni caloris incremento, crudis humoris liquatis. ac per omnes corporis partes fluentibus. ita vt metuẽdum ſit, ne ad pulmones, et cor ferantur: Aliquando etiam, ne ad cerebrum ſubeant. cũ

Quãdiu in hac febri aqua mulſa vtendum.

Si crudi ſucci ſint et corrupti ſic vt pcoq neqneant.

Si æger mulſam faſtidiat.

Acetũ his nõ incõmodum.

Q̃n oxymeli his dãdũ.

Frigidorũ ſuccoꝝ notæ.

Hoꝝ pulſ⁹ tardiores rarioreſq; eẽ duplici rõne deprehendit.

Oxymeli q̃n frigidũ & q̃n calidũ exhibendum.

Q̃d balneũ & aer nimium calidus frigiduſve ſint his aduerſa.

Quõ a nimiũ calidis lædant.

longe præſtet, vt circa iecur, & primas venas ſubſiſtant. in domo vero immodice frigida, & hyeme, & deniq; ambiente frigido: ſucci qui crudi ſunt, & inepti ad concoquendum manent: & iocinoris obſtructiones, ſi leues ſunt augent. ſi nullæ ſunt: eas craſſitudine ſua herẽtes impactiq;, creant. atq; hæc quidem agenda ſunt, vbi a primo die ipſe curationem ſuſceperis.

Quō a nimium frigidis.

Si quis ad ſyncope iã vexatos ẽ accitus.

Si autem ad eos quos ſyncope iam premit, ſis accitus: ſi ea quæ retuli loca phlegmone vacent, panem exhibebis non multum. huncq; ex vino aliquo, quod celerẽ in corpus digeſtionem adiuuet. ſtatimq; ad frictiões venies. quas etiam pro tradito iã modo, adminiſtrabis. ac ſi quidem æſtas ſit, aut regio naturaliter calens, & æſtuans, aut ſtatꝰ cæli vehementer calidus: cum frigida vinũ dabis. ſi nihil eiuſmodi ſit: cum calida. Quæ tamen ſecundo & tertio dabitur potio, omnino calidam exhibendã curabis. Quippe ad vniuerſam eam curationẽ, cuius gratia frictiones adhibuimꝰ, calor præſtat. vtpote crudoꝝ ſuccoꝝ concoctionem adiuuans.

Quibꝰ frigida exhibẽda potio eſt.

At quibus ex flaua bili, quæ os ventriculi infeſtet, ſyncope incidit: ijs frigida exhibenda potio eſt.

Qđ vinum oibꝰ ſyncope vexatis ſit vtile.

Vinum tamen quod et calidũ natura ſit: et deductionem in corpus promoueat, omnibꝰ quos ſyncope male habet, offerre cõueniet. diſtribui nãq; per corpus nutrimentum, quod ſumptum eſt, non in ventre manere volumus.

Electio vini.

Conſtat autem ex vinis ea deligẽda eſſe, quæ et flauo ſint colore: et ſubſtantia tenui, & ætate vetera. talia nimirum et boni odoris continuo fuerint. Quinetiam ipſe, ſi paululum vbi mixta ſint, guſtes: ſenties calorem per totum corpus tranſmitti.

Amara pręvetuſtate vina ne ſũto.

Cæterum amara præ vetuſtate, vina ne ſũto. præſertim quæ ijs exhibebis, quoꝝ os ventriculi flaua bili vrgetur. Talia nãq; ſimul laudabilem ac nutrientem vini ſuccum iam amiſerũt: ſimul iiucũda cum ſint: hoc ipõ ſtomachum offendũt.

Quæ vina his cõmodiſſia quorum ſtomachꝰ amara bili vexat̃.

Cõmodiſſima igitur his vina ſũt, quæ cum naturaliter auſtera ſint: ſenſilem iam aſtringendi vim, propter vetuſtatem non exhibent. calorem tamen admodum euidentem habent. omnia em̃ quæ requirimus, in ijs quorum ſtomachus amara bili vexatur, efficient. cum & iucunde ſumantur: & tum concoctionẽ, tum digeſtionem in corpus promoueant. & ſucci vitium mitigent. & corporis habitum excalfaciant. & ſtomachum ipſum firmẽt. Huiuſce generis vinorum optima ſunt Surrentinũ. Signinũ. Sabinũ. Tiburtĩnum. Marſum. omnia quidem italica. & aſtringentia. non tamen pari modo omnia. Nam ſurrentinum cum mediocriter aſtringat: tum calidius cæteris, tum iucundius eſt. ab hoc nobile tiburtinum. Eſt enim & quoddam imbecillum tiburtinum. quod etiam ſicut ſabinum: leuiter poteſt aſtringere. Signinũ vero auſterius eſt. ſicut etiam ſignino, marſum. Hæc omnia vina, ſtomacho qui amara vexat̃ bili, ſalubria

ſunt. Ideoq́ illis vtendum. quoties is vel ex ardenti febri offenſus, ſyncopen attulerit, vel alias multa in eum bilis fluxerit. vel multam imbiberit. Quibus tamē ex crudis humoribus, ſyncopes periculum imminet: ſane phalernū, tanto iam memoratis præſtat: quãto tum melioris eſt ſucci: tum etiam calidius. vtpote quod & velocius illis per corpus digeretur & crudis ſuccis concoquendis auxilio erit. Quæ cum dictorum ſingula, aliud magis, aliud minus faciant: omnia tamē phalerna magis ſtomachum roborãt. At qm̄ ipoꝝ phalernorū, aliud dulce admodum eſt, quod phauſtianum vocant, aliud ſi cum hoc cōferas: auſterum, ſi cum ſignino & marſo dulce: deligendum ad talia ſecundum eſt. Si vero cubans per ſanitatē dulcibus vinis inſueuit: huic nihil prohibet, dulcius phalernum exhibere. Verum in aſia, & græcia, & nationibus quæ his ſunt vicinæ, vbi copia iam dictoꝝ generū aliquãdo nō eſt: ex ijs quæ illæ regiones ſuppeditãt, aptiſſima ad digeſtionē in corpus ſūt Ariuſium & Leſbiū. Hoc quidē veluti ex ipſo nomine patet: in leſbo natū. Ariuſiū locis quibuſdam in chio prouenit. Cum vero tria ſint in leſbo oppida: minus certe tum odorum, tum dulce in Mitylene gignit̃. Magis & odoratū & dulce in Ereſſo. Dein in Methynma porro ſumēda ex his ſunt, q̄bus marina aqua admixta nō eſt. vtpote maxīo futuro incōmodo, ex ijs qb⁹ eſt admixta. Alioq nec aſſolēt in leſbo nobilibus vinis, de quib⁹ nūc agit̃, marinã aquã imittere. Veluti nec ariuſio in chio. prouenit & in helleſpōti Myſia, vinum ſurrentino non abſimile. Myſinum per eminentiam vocant. Hæc oīa vina flaua, & odora ſunt. & ſubſtantia q̄ inter aquoſa, craſſaq́ ſit media. Aquoſæ porro ſubſtantiæ ſunt adrianū, & ſabinū. & albanū. & gaurianū. & thuſtū. & neapolitanū amineū. quod ſcilicet in locis neapoli vicinis gignitur. Vnde etiam ita id nominãt. In aſia vero & tibecinū, & titacazenum, & tertium ab ijs arſyinū. Contra vero craſſa, veluti ſapa ſunt, & ſcybellites. & thereū. & albates. In aſia vero ægeates, & perperinū. Ergo qb⁹ ex abūdãtia crudoꝝ humorū ſyncope incidit: ijs craſſa vina ceu noxia, aquoſa ceu parū efficacia, ſunt fugienda. Deligēda vero eoꝝ ſunt media. quæq́ vt p̄dictū eſt, flaua ſint. & calida. Neq́ eñ inuenias ex albo vinoꝝ gn̄e calidum vllū. Quando etiã auſtera, & mediocriter alba, cū inueterauerint, fuluiora quodãmodo reddãtur. Quod ſi aliter noīare fuluū colorem velis: licet voces igneū pallens. Quotquot aūt in ipis calidiſſima ſunt: omnia certe flaua ſunt. Cuiuſmodi in italia eſt cucubum. Quod etiam vnum quoddam genus eiuſmodi vinorum ab initio, ſicut aliqui putant, non eſt. Verū ex vetuſtate, eo peruenit: vt igneum colorem contrahat. vnde ipm quoq́ nomē eſt ſortitum. Nō tñ eo oīa perueniunt.

Duplex phalernū.

Quæ ī græcia & aſia ad digeſtionē in corp⁹ ſint aptiſſima.

Tria in leſbo oppida.

Noxia vina eē q̄bus admixtum mare eſt.

Quæ vina aquoſæ ſint ſubſtãtiæ.

Quæ craſſa ſūt vina.

Quæ vina his q ſyncope ex crudiſ laborant, ſint fugiēda

Quæ his offerēda.

Nullū albū vinū calidū

Calidiſſima vinoꝝ flaua eſſe.

Cum prius craſſentur:q̃ in perlucido flauorem accipiant. Reliquorũ vini generum, auſtera quæ mediocriter alba craſſaq́ſunt, certe nullum ad digeſtionem per corpus eſt idoneum. Si tamen abunde inueterauerint, nec aliarum copia ſit: vti illis licebit. Sunt vero eiuſmodi omnia, cum inueterauerint, ſtomacho vtilia. Quo vero habeas horũ

Auſtera vina.

quoq́ exemplum, tum eius quod ex Nicomedia affertur, memineris velim: quod omnibus eſt notum, tum ſiculi Aminei. quod in magnis reponitur fictilibus. Quod eñ in paruis ſeruatur lagunculis, maxi-

Vina digeſtionẽ ĩ corpus aptiſſima.

me huic eſt contrarium. Cum et malum ſtomacho ſit: & capitis dolorem excitet. Ac ſemper quidem eſt id agendum, vt optimũ eligas. Si id nõ eſt: quod illi pro iam comprehenſis notis, eſt q̃ ſimillimũ. Aptiſſima nanq́ ad deductionem in corpus, ſunt Ariuſium. et Leſbium.

Si imbecillũ ægro caput ſit.

Sed ſi ea deſint, ſimulq́ in aſia: aut aphrodiſienſe petemus: aut auſterum Tmolitẽ, aut aliquod his ſimilium. quod et colore ſit fuluũ: et illico cum bibitur, manifeſte excalfaciat. Conſyderandum vero ante omnia eſt, qualiſnam ægrotãtis natura ſit. Nam ſi imbecillum illi caput

Si firmum ægro caput ſit.

eſt, & quod facile calentibus vinis tentetur: quæ minus caleant, potius ſunt offerenda. Sin firmo admodũ capite eſt: & talibus vinis delectatur: aut etiã citra noxam ea ferre eſt ſolitus: haud timide his vte-

Oĩa fulua et odora caput grauare.

tur. Porro ſunt, quãtũ ex ipſorũ eſt natura, q̃ odora fuluaq́ ſunt, oĩa caput grauãtia. Eoq́ tum phalernũ, tum Tmolites, tum leſbiũ infirmo capiti noxia ſunt. Qualis aũt in phalernis tradita nobis differentia

Auſtera vina vẽtrẽ roborare nec caput tẽtare.

eſt: talis profecto & in Tmolitis habetur. Alterum eñ admodum eſt dulce, alterum auſterum. ſi cum illo conferatur. Calida tamen admodum, ambo ſunt. eoq́ caput grauantia. Auſtera vina ventrem roborant. caputq́ inter omnia minime tentant. Cæterum ad digeſtionem in corpus non feſtinant. quo magis fugienda tibi in animæ defectu

Auſtera vina atq́ etiã aquã ĩ ſyncope fugiẽda eſſe.

ſunt. non ſecus q̃ aqua. Habile vero ad facilem in corpus deductionem, & Hippodamãtium cum inueterauit eſt. Ipſum quoq́ ex ea ſpecie, cuius tum dulce phalernum eſt. tum vero Tmolites. Ineſt huic & aſtrictio manifeſta. quæ tamen in neutro illorum eſt. Itaq́ etiam ſalubrius ſtomacho eſt. In pœnuria vero vini, quod accõmodum vtriq́

Si deeſt vinũ accõmodũ, ĩ vtraq́ ſyncope q̃ eligẽda.

ſyncope ſit, ei inquã quæ ex multitudine crudi ſucci oritur, et ei quæ ex bili incidit, coactus prorſus vino vti: fugere (vt prædixim⁹) oportebit oĩa, tũ auſtera: tum noua. iteq́ craſſa. Deligere vero aquoſa. magiſq́ ſi ſint antiqua. Talia nãq́ tãetſi nõ valẽter excalfaciũt: tñ facile in omne corpus deducuntur. Proinde cum celeritas ſparſionis in cor-

Aquoſi vini & fului collatio.

pus ſit his cum fuluis communis: differentia rurſus in his erit, quod concoctioni quæ vel in ventriculo, vel venis agitur, fulua magis conducunt. propterea quod magis excalfaciunt. Præterea

miſtibilia ſunt.& nutriẽtia.eoq; ad ſucci bonitatẽ opportuna. Quorum omnium nihil in aquoſis vinis eſt. Nihil em̃ ex horum ſubſtantia in ſanguinis mutatur ſpeciẽ. Sed cum fulua caput feriãt: quæ aquoſiora ſunt, nuſq̃ id contriſtãt. Vrinas autem, præter cætera omnia mouent. A quibus ſecundum locum obtinent, quæcũq; fuluorum maxime ſunt tenuia. quæ etiam ad ſyncopen potiſſimũ ſunt deligenda. Tardiſſime horũ deducuntur in corpus, quæ fulua ſunt, et craſſa. Quãq̃ ea quoq; auſteris omnibus magis ſunt penetrabilia. At vero nutriũt hæc, magis q̃ tenuia. ac vitioſos ſuccos celerrime bono ſanguine generando corrigunt. Ergo inſtitutum ſermonem denuo repetamus. Quod ſyncope præceps virium lapſus ſit: id ab alijs ante me dictum eſt. Sed cum eſſentia virium quibus regitur corpus, tum in ſpiritu: tũ in ſolidorum corporum temperamento conſiſtit: hæc nobis & vbi integra ſunt ſeruari, & vbi corrupta ſunt, ad integrum reuocari, omnino debent. Ac quẽadmodum tueri ea per ſanitatem conueniat, in opere de tuenda ſanitate eſt præceptum. Quẽadmodum vero et in morbis traditum iam aliquatenus, & in præcedentibus commentarijs eſt. Non tamen adhuc res tota ad talem, qualem exigit, contemplationem eſt perducta. nec talem methodum habuit, qualem priora. Quod igitur defuit, id nũc adijciamus. Spiritus ſubſtantia, vna cum ſolidis corporibus, ſic nobis cuſtodienda in morbis ſunt: vt tum qualitate, tum quantitate, quoad fieri licet, naturaliter ſe habeant. Ac ſiquidem ſic proſpici his poſſet. vt nec ſubſtantiæ eo℞ quicq̃ aut vacuaret, aut prorſus imutaretur: id eſſet antiquiſſimũ. Sed quoniam in cõmentarijs de ſanitate tuenda oſtendimus, fieri non poſſe, vt id generabili corpori vnq̃ contingat: id agendum eſt, vt quæ ſubſtãtiæ portio defluit, hanc apponendo ſarciamus, quod alteraſcit: in debitam temperiem per contrariam alterationem vindicemus. Si igitur tum vacuatio, tum alteratio, ſenſim paulatimq; fiãt: etiam correctio vtriuſq; ſenſim adminiſtrabitur. Quod minus, ad artem ſanitatis tuendæ ſpectare eſt monſtratum. Sin confertim & ſemel vel magna aliquando vacuatio: vel etiam adiectio incidat: et morbus ita efficitur, & medendi methodum ad eius ſanationem requiremus. Veluti enim mutationem in non naturalem habitum, quæ ſenſim paulatimq; irrepit, corrigere, ſanitatis tuendæ artis ſunt partes: ita eam quæ multa ſimul irruit ſarcire ad medendi peritiam ſpectat. Ergo animalis ſpiritus, cerebrum veluti fontem eſſe, clare oſtendimus. qui partim ex inſpirando: partim ex eo quod reticularis plexus ſuppeditat, irrigatur. atq; alitur. Vitalis ſpiritus, non æque euidens demõſtratio erat. Sed tñ in corde eũ et arterijs cõtineri. exiſtimare alienũ a ratiõe

Quæ maxime vrinas moueant.

Fuluorum craſſo℞ cũ auſteris collatio. itẽ cũ tenuib⁹.

Regreſſ⁹.

Spũs ſubſtãtia cũ ſolidis quẽadmodum in morbis cuſtodiẽda.

Vacuatio alteratiove ſpũs qñ ad hãc artẽ ſpectent.

Aĩalis ſpũs fons, & vñ alat.

Vitalis ſpiritus fons, vbi & vñ alat.

Si qs naturalis ſit ſpirit⁹ in quo contineat.

non eſt. Eūdēq; nutritū maxime quidē ex inſpirando. ſed tñ & ex ſanguine. Quod ſi naturalis quoq; aliquis ſpūs eſt: vtiq; is quoq; in iocinore et venis cōtinebit. Sane dictū fuſiſſime de viriū eſſentia eſt, in libris quos de Hippocratis & Platonis placitis ſcripſimus. Solidorū vero corpoꝝ ſubſtantia certa eſſe quātitate proculdubio deſyderat. Eoq; nutrimēta mortale gen⁹ tuent. Sed nihilo ſecius & elemēta ex q̄bus componitur mediocri eſſe temperie requirit. dictūq; ſubinde eſt, quēadmodū temperies ea ſit tuēda. Cæterum viriū lapſus de quo nūc agere inſtitui, qui quidem ſolidoꝝ corpoꝝ ſubſtantiæ digerēdæ ſuccedit, in longiſſimis morbis ſubinde incidit. Animante ex atrophia, id eſt nutriendi defectu, extenuato. Præterea in his febribus acutis, quæ corpus liquant. Qui ex ſubſtātiæ tēperie mutata ꝓuenit, cum vł imodice fuerit calefacta, vel frigefacta, vel madefacta, vel ſiccata, aut hoꝝ aliquibus copulatis affecta. Alteratio vero in ſpiritu, tum ex vitioſis prouenit ſuccis: tum ex ambientis malicia. qui alias alia de cauſa in hanc eſt mutata. præterea venenatis facultatibus, aut animalium quæ virus eiectant, venenis. Verum hæc a præſenti inſtituto ſeponātur. Ipſius vero eſſentiæ ſpiritus corruptio, & quæ futura timetur & quæ iam adeſt, quæ tum ex affectu animi incidit, tum ingenti dolore, tum crebris motibus, cuius generis & vigiliæ ſunt, tum ex immodica eius tenuitate, & continenti eum corpoꝝ raritudine, tum vero ante hæc omnia ex ipſo reſpirato prohibito, & nutrimenti deffectu: diligentius corrigi profecto poſtulat. Sunt porro affect⁹ animi, timor ſubitus, & vehemens. quem ecplexim græci vocant. Præterea quæ cōtraria huic timori eſt voluptas maxima. græci perichariam vocāt qua ſi exceſſum gaudij dixeris. Scimus em̄ amborum occaſione perijſſe quoſdam. Iam reliqui quoq; magni timores omnes, & cum his, maximæ voluptates, etſi non iugulant: at certe facile reſolubilem, infirmumq; ſpiritum reddunt. Triſtitia vero, & anxietas, & ira, & cura, eo genere ſunt noxiæ, quo frequentes vigiliæ. qnoniam vires reſoluant. Ac in his quidē omnibus, ipſa per ſeipſam mouetur anima. in corporalibus autem actionibus, ipſa corpus mouet. Reſoluitur autē eius robur, vtroq; motuū ſuorum genere. ſi modum excedant. De laboribus vero quid attinet dicere, quo pacto et vehementius aucti, quoſdam iugularint, & omnes certe læſerint. tametſi non ſuſtulerūt. In omnibus eiuſmodi caſibus, videntur ægrotantes, tum animo linqui: tum viribus reſolutis eſſe. Nōnulli vero (vt dictum eſt) etiā mori: ſcilicet alias ſpiritu ipſo corrupto, alias alterato. Aliquādo ex parte digeſto. Non raro hæc vtraq; perperſo. Tractatum autem fuſius de his eſt, cū in alijs libris: tū vero in ijs q̄ de Hippocratis et Platonis

Viriū lapſ⁹ ex ſolidis digerēdis, vnde.

Lapſus viriū ex tēpie ſolidorum mutata.

Alteratio i ſpū vñ prouenıat.

Eſſētiæ ſpirit⁹ corruptio ex quib⁹ ꝓueniat.

Qui affect⁹ ſpm̄ corrūpat.

Ecplexis.

Perichaaria

In qb⁹ aīa p ſe mouet. & i qb⁹ corpus mouet.

dogmatis prodidimus. Ad rem vero propoſitam, modum quo ſingu
la lædere ſunt nata, diſquirere neceſſe non eſt. Imo quod lædunt, ab
ipſa euidentia accipere, ac eo ad vires tuendas in morbis ſalubriter
vti. Pari modo et ſi ſpirituum, qui noſtrum corpus regunt ſubſtātia,
aliquādo plus iuſto extenuetur: vtroq; profecto modo imbecilla fue=
rit, et tanq̄ temperie alterata: et tanq̄ diſſipabilis, vel exhalabilis, vł
quocunq; modo libet appellaſſe, reddita. Eadem nimirum ratiōe, &
ſi totum corpus tranſmutatum in immodicam raritudinem ſit: facile
ſpirituū ſubſtantia digeretur. Quod et ipſa tenuiū partium ſit, & cor
pus eam non contineat. Ergo nec rarefaciendum immodice ægrotan
tis corpus eſt. ſi ſpiritum retineri ſtudes. Sed nec quæ in eo ſunt ꝑ co
meſta et bibita valenter extenuāda. Iam vero quod ipſorum quoq; ci
borum, ac potionum, non leuis habēda ſit cura ad robur virium tuē
dum, vt videlicet tum quantitate modici: tum qualitate exacti, exqui=
ſitiq; ſint: id neminem latere arbitror. ſicut illud profecto cuiq; perſpi
cuū. Quod etiam ſubſtantiæ, quam ſpū attrahimus habenda ſit cura.
vti ſcilicet tum optima temperie ſit: tum ab omni inquinamento pu=
riſſima. Nec aliquid ex metallis, aut caminis, aut barathris ſibi admi
ſceat. aut aliquid ex putredine leguminū, vel olerum, vel animalium,
vel cuiuſcūq; rei contrahat. aut halitum ex ſtagnis, vel paludib⁹, vel
fluuio recipiat. His itaq; omnib⁹ proſpiciat oportet, qui vires illæ=
ſas tueri volet. Ad hæc etiam ipſoꝝ corpoꝝ ſolidoꝝ, in quib⁹ vtiq;
vel maxime cōſiſtere viriū ſubſtantia videtur, nō parua habēda pro
uidentia eſt. vt ſcilicet ſano tēperamento ſint. atq; hoc quidem omniū
partium cōmune commodum eſt. Ad robur autem virtutis conſeruā
dum, & ad ſyncopalem acceſſionem, quominus derepēte incidat, ca=
uendam: ſingulare præſidium eſt, temperamenti cuſtodia. Ante om=
nia quidem trium principiorum. Mox vero reliquarum partiū, quæ=
cunq; in conſortium affectus, principia ſecum ex facili trahūt. Cuiuſ=
modi eſt ventriculi os. quod ꝓpter exquiſitum ſenſum, tum alia ſym
ptomata nō pauca: tum vero ſyncopen accerſit. porro memoratus iā
crudorum humorum affectus, ſi et copia ſua hi vires premant, & pro
pter, tum multitudinem, tum craſſitudinem exiguos animalis meat⁹
obſtruant: iam multis nominibus exitialis eſt. ac ſyncopæ opportu=
nos reddit. Nempe & quod animal ſub eo non nutriatur: et ſuffocet:
et quod mediocritas temperamenti eius, nō ſolū alteretur: ſed etiam
corrūpat. Quippe crudi ſucci nutrire, priuſq̄ cōcoq̄nt nequeūt. Iidē
q; cū multi ſūt, grauāt. Si vero ſpiramēta, qb⁹ ꝑſpiratio agit, obſtru=
ant: calorē extingūt. Quod ſi nec obſtruant, nec onerent: ſyncopen hi
certe non inferunt. ſed animi deliquia, quas lipopſychias græci vo=

Si ſpūs ſubſtātia pl⁹ iuſto tenuet.

Si corp⁹ nimis rarū.

Ad robur viriū tuēdū ciboꝝ potionūq; hn̄dā rōnem.

Aeris quē ſpirādo attrahimus q̄ rō hn̄da.

Ad robur viriū & ne ſyncope icidat. ſingulare p̄ſidiū.

Vētricl'i os ꝓpter exq̄ſitū ſēſum, ſyncopē accerſere.

Si crudorū abūdātia & multitudine vires p̄mat, & meatus inſenſiles obſtruat, quæ icōmoda.

Qn̄ crudorum copia ſyncopē afferat et qn̄ lipopſychiā

cant. Siquidem reſoluũtur eiuſmodi ægrotantes, niſi frequentius nu-
triantur. Porro exhiberi his oportebit, non copioſe ſemel, nec quæ
craſſa frigida ve poteſtate nutrimenta ſint. ſed ſicut dictum prius eſt,
quæ ex genere extenuantiũ calfacientiũq; ſint. Ad eundẽ modũ & me-
dicamenta, quæcũq; ſaltem medicamenta ſumere febricitans hõ po-
teſt, extenuantia calefacientiaq; ſunt offerenda. His & aquoſum vinũ
idoneũ ab initio ſtatim eſt. ſi tamen vehementer non febricitẽt. Quod
temere in hoc affectu fieri non aſſolet. Magis etiam ſi qui laborãt ſe-
nes ſint: p̃bendum his poſt quãq; cibationẽ, vinũ eſt. Magiſq; etiã, ſi
interpoſita quietis ſpatia, mediocria ſint. Sane qui ex eiuſmodi ſuc-
cis laborant: hos quotidie acceſſiones exercent. Pręcipueq; ad veſpe
rem. & noctu, non mane. nec vſq; ad meridiem. Atq; de his quidẽ ha-
ctenus abunde. Age modo tranſeamus ad eos qui contrario quidem
huic laborant affectu. Sed tamen ſyncope ſimiliter opprimuntur. ni-
ſi quis ſedulo ſit attentus. Hi ſunt qui prætenues ſuccos habent. ſic vt
ocyſſime exhalent. Itaq; etiam diuerſa a iamdictis ratione, ſunt curan
di. Illos nãq; paulatim, & aſſidue vacuauimus. propterea q multã ſi-
mul vacuationem ferre non poterant. At qui ſic ſe habent: hos pau-
latim et aſſidue nutriemus. Quod ſi a principio hos, viribus adhuc
valentibus, curandos ſuſceperimus: nec paulatim eos cibabimus.
Poſſunt nanq; hi, vel quod liberius ſemel datum eſt, nutrimentum
ſuperare. Tanq̃ autem eos qui ex humoris multitudine. ſyncope peri-
clitantur, prorſus ad exitium ſpectare diximus: ſi vel iecur his vel vẽ
triculum phlegmone obſedit: itidem de quibus nũc agere inſtituim[9],
inſanabiles ſunt exiſtimandi, ſi viribus iam languentibus, aliquod
ægrum viſcus phlegmone infeſtetur. Quando nec aſſidue hos nutri-
re fas eſt, ſed tantum in remiſſionibus, nec ſeruare eos ſi non nutriã
tur licet. In eiuſmodi affectibus mortifera illa ſpecies in facie celeri-
ter apparet, naſus acutus, oculi caui, & reliqua quæ deinceps ſunt aſ-
ſcripta. Nam ſiue multum excernant, ſiue vigilent ſiue triſtentur, ſiue
non cito nutriantur: protinus eiuſmodi faciem habent. Porro ſi alicu
ius horum, aut etiam plurium occaſione, tales eſſe videbuntur: mi-
nus eſſe malum putabis: quam ſi abſq; his eſſent emaciati. Sin abſ-
q; his tales appareant: plane peſtiferum indicabis. Atq; hoc ampli-
us, ſi a principio morbi eã habeãt ſpeciẽ. Neq; em̃ dum concoquatur
ſufficient. Atq; ob id Hippocrates dixit. Si quid eiuſmodi conſenſe
rit: minus ſubeſſe periculi putãdũ. In morbi nãq; principio, (vt p̃di-
xi) etiam ſi cum aliquo dictorum in eo ſint ſtatu: haud quaq̃ id bo-
num eſt. Cæterum minus id periculi minatur: quam ſi cum horum
nullo. Imo ex ſpiritu ipſo prompte digeſto. Non ſolum autem exte-

Quõ & q-bus hi nu-triẽdi.
Qđ vinum ab ĩitio his idoneũ.
Qui ſic fe-bricitant quotidie acceſſionẽ habere. et quo diei tp̃e.
De ijs q ex nimium tenuibus ſuccis ſyncope vrgent: Collatio hoꝝ cũ p̃dictis.
Si qs iſtos ab ĩitio curãdos ſuſceperit.
Qñ p̃poſiti inſanabl'es et cur.
Quib[9] occaſionibus mortifera ĩ his facies appareat.
Si tal' facies cũ aliq̃ ex occaſiõi bus.
Si abſq; occaſionũ aliqua.
Hippo.

nuatis ad eum modum ſpiritu horum et ſanguine, digeſtio ſæpe incidere aſſueuit: ſed etiam expultrice vi per vniuerſam corporis molem ĩmoderatius concitata. Id quod incidere maxime ex imbecillitate retentricis ſolet. Sane nutrire quicqd hoꝝ inciderit, eſt neceſſe. Sicut etiam corporis ſumma denſare. non ſecus q̃ priorũ rarefacere. Cum enim maxime hi affectus diſſideant etiam præſidiorum ſpeciem diuerſiſſimam requirunt. Ergo frigidum his aerem, aſtringentemq; cõparabim⁹. Qui quẽadmodũ fiat, prius eſt dictũ. Vnguẽdi p̄terea ſũt, aſtrictorijs vnguẽtis. Tũ cibi his dãdi, qui nõ admodũ prõpte diſſluant. non aqua mulſa. non ptiſſanæ cremor. ſed panis, & ſorbitio ex alica. & fructus auſteri. qui non facile corrumpant. tum ip̄i p̄ ſe: tũ vero & cũ pane. Etiã alica, q̃ in aqua ſit cocta. Dabis vero aliqñ his, & oua. p̄cipueq; eorum vitellos. Albũ eñ eorum ægre cõcoquit. Præterea gallinaceoꝝ, q lacte ſint alti, teſticulos. itemq; ſuillum cerebrũ. Sed vel diligẽter aſſum (quãdo ſi cruentũ det, ſũmopere lædit) vel in albo iure legitime elixũ. porro & anetho iniectis. Deniq; omni rõne agendũ, vt et ſuccoꝝ materiã craſſiorẽ reddas: et cutim denſes. & exhalationẽ inhibeas. Vinũ vero his aquoſũ neceſſariũ inter initia eſt. ſumptũ poſt cibũ. Quod ſi ex ſñia vobis oĩa rñderint: etiã carnei his aliqd nutrimẽti, poſt alia dabim⁹. Potiſſimũ poſt quartũ diẽ. Succis q febrẽ excitauerũt, iã ad cõcoctionẽ veniẽtib⁹. Tali affectu laborantis iuuenis, in decio libro meminimus. tũ quẽadmodũ (vti dixi) quotidie nutriuerim. idq; ante acceſſionẽ potiſſimũ: tũ quẽadmodũ ſemel dedita opa, nõ exhibito illi cibo, acceſſio cũ ſyncope iuaſerit. Ergo in oibus eiuſmodi curatiõib⁹, ſi iã deprehenſus ſyncope cubans eſt: omnis ſollicitudo medẽtis ad ſymptωma vertit. Sin nõdũ ea p̄mit: vtriuſq; curã habebit: & vt ſymptωma non incidat: & vt morbus paulatim diſcutiatur. Celerius autẽ hunc diſcuteremus, ſi nullus ſymptωmatis ſubeſſet metus. Quippe qui multitudine crudi ſucci grauatur: hunc ſi modo iuſtam ſemel vacuationem ferre poſſet: nec metus aliquis ſyncopes impenderet: ſemel arbitror vacuatum a morbo explicaremus. Eum vero cuius ſpiritus, & ſucci facile exhalant, ſi ante acceſſionẽ cibare nõ cogeremur: lõgiorẽ illi morbũ certe nõ redderemus. Ac de his qdẽ hæc mihi dixiſſe ſit ſatis. Nũc reliqs occaſiões qbus ſyncopæ ſuccedũt referem⁹. Hæ ſũt numero q̃tuor. Dolor vehemens. vigiliæ. ĩmodica vẽtris inanitio. ac in his qui aliena loquũtur, aliqñ motus. ſed et quintã ſi nõ diſplicet addas. Nẽpe principioꝝ intẽperiẽ. de qua in calce libri agemus. Idcirco maxime quod dupliciter ꝓuenit. vel in nuda qualitate particl̄is alteratis, vel vitioſo ſucco in has recepto. Deinceps igit de oib⁹ q̃ memorauim⁹ eſt agendum.

Digeſtionẽ ſpirituũ dupliciter his accedere.

Curationiſ ſumma.

Special' curatio.

Quis aer, q̃ vnctiões, q cibi his apti.

Albũ ouoꝝ ægre cõcoqui.

Quod vinũ his vtile.

Qñ caro dãda.

Si æger ſyncope iã deprehẽſus ẽ.

Si nõdum ſyncope p̄mitur.

Quatuor reliquæ occaſiões qbus ſyncopæ ſuccedunt.

Pricipioꝝ intẽperiem duplicẽ eẽ.

De dolori-bus.

Initio a dolorib⁹ ſūpto. Ergo ſi cauſam vnde dolor excitatur, adimere poſſis: ita vtiq; cōtra ſympt⸗ma nō pugnaueris. ſed ægritudinem curaueris. Sed ſi qua occaſione ꝓhibitus affectui ſummouēdo intētū eſſe nō licet: vehemētiā doloris mitigabis. Verum qm̄ nec doloꝝ cauſas ſūmouere, nec vehemētiā eoꝝ remittere fas eſt, niſi intellexeris, cuius vitio is dolor in cubātis corpore excitet: ꝑpēdēdæ prius tū cauſæ doloꝝ ſunt: tum vero ſigna, qbus hæ dignoſci queāt. Nā cū ſenſui plerūq; parū pateāt: hominē qui in tali ſpeculatione ſit exercitatus nimirū poſtulant. Itaq; cū nobis in alijs operibus, nō pauca de doloꝝ

De dolorū gñatiōe ſū-matim.

gñatione ſint ꝑcepta, ipſorūq; omniū opportunū tp̄s iam venerit: neceſſum arbitror, totā eoꝝ rationem ſummatim ꝑcurrere. Qm̄ igitur in animalis corpore omnibus cōſentientibus ſectis, non omnes partes ſenſiles ſunt: manifeſtū eſt, quæ prorſus ſunt inſenſiles, eas nō dolituras. Igitur cū ſenſilibus dūtaxat dolor accidat: ſequēs eſt, vt æſtimemus, eiuſmodi ne corpora ꝑpetuo ſint dolitura, an vno aliquo tēpore, cū videlicet ortus in his crucians affectus ſit. At ſi ipſa euidentia nos docet, multum eſſe temporis, quo nihil omnino doleamus: non obſcurum eſt, certo aliquo tp̄e, quo ſcilicet excitatur in ſingulis quæ dolent, crucians affectus: neceſſe eſſe ea dolere. Ergo ſi inuētum nobis fuerit, q̄ nā affectio ea ſit, q̄ in ſenſilibus corporibus orta, facit

A naturali-b⁹ noticijs quæ oībus ſunt cōes.

vt animal doleat: vtiq; et quod quærimus iā fuerit inuentū. Hic igit̄ ab ijs naturalibus noticijs, quæ omnibus nobis ſunt cōmunes, procedere methodo ad id quod cōſyderādū proponit̄, cōueniet. Porro naturalis noticia nos docet, vitiū id corporis ex quo ſit doliturum, aut continuitatis diuiſionē eſſe: aut alterationē aliquā. Ita etiā nō incōmode dictū ijs eſt, q ex inſectilibus, vel inſenſilib⁹, vel incōpactilibus elemētis, corpus cōponūt: affectū vñ dolor naſcat̄ prorſus iueniri nō poſſe.

Aſclepia-dis opinio.

Quippe q̄ tātūmodo tāgūt, eoꝝ nihil videt̄ dolorificum. At talia corpora tātū ſe inuicē tangunt. Quod ſi nō cōtingant modo: ſed etiā ſe inuicē in cōcurſu collidant: ad dolorem creandū nihilo pl⁹ cōferūt. ſi q̄ collidūtur: inſēſilia ſtatuūtur. Niſi etiā lapides cū diuidūtur, dolore affici dicem⁹. Verū de his latius, tum alibi: tū in quinto de Aſclepiadis placitis diſſeruim⁹. Nūc cōfeſſum hoc principiū ſumentes, neceſſe eſſe, vt affectus qui dolorem excitet, vel diuiſio ſit, vel alteratio: illud etiam memoria repetamus, ne alterationem quidem

Mutationē q̄ dolorē afferet cōferti fieri & violētā debere

ipſam ſenſim irrepētem, dolorem afferre animali poſſe. Sed quæ dolore animal afficiet, eam mutationē tū confertim factā: tū vero violētā eſſe debere. Vident̄ eñ corpora, nō ſolū cū in nō naturalē habitū cōfertim aguntur, triſtem grauemq; mutationem ſentire: ſed etiam in ipſo ad naturalem ſtatum ſuum reditu, niſi eum paulatim accipiant,

obiter cruciari. Scimus eñ qui in vehemẽti frigore iter fecerunt, eos cũ ſeſe nõ ſenſim, ſed ſemel calfacere ꝓperarent: dolore circa vnguiũ radices adeo vehementi affectos: vt ferre non poſſent. Illud vero inquirere, an ipſum quod vehementer excalfacit, aut refrigerat, diuiſionem aliquam continui efficiat: longiore fortaſſe diſputatione æget. Et vtiq; demonſtratum a nobis eſt, in cõmentarijs de ſimplicium medicamentorum facultatibus. Verũ quid agendo, quæ vehementer vel excalfaciunt, vel refrigerant, dolorem inferant: querere ad rem propoſitam minime eſt neceſſe. Siue enim vt ſubſtantiæ ſenſibilium continuitatem diuidentia: ſiue vt eam ſemel et confertim alterantia, id ad eorum inuentionem quæ dolorem leuabunt, parũ refert. Modo ſciamus, quod violenter vel excalfacit: vel refrigerat, id ſentientia corpora dolore afficere. Ergo ſi cœpiſſe ab euidentibus cõueniet, euidenter autem videntur, eorum quæ corporibus noſtris propinquãt, hæc ſola eſſe dolorifica, et quæ vehementer vel excalfaciant: vel refrigerent, et quæ ſubſtantiæ cõtinuitatem ſoluant, hæc autem ſunt quæ vel contundunt, vel incidunt, vel diſtendunt: vtiq; curationis eorũ inuentionem quæremus, via aliqua inſiſtentes, quæ ad querẽdorum naturã ſit accepta, quæ methodos appellatur. Rurſus igitur ſupra repetẽtes dicamus. Quoniã id querimus, quẽadmodum in morbis dolore affligamur, vbi nihil nobis extrinſecus triſte appropinquat: neceſſum eſt aliquam talem cauſam in corpore queramus, quæ ſcilicet vehementer excalfaciens, vel refrigerans, vel ſubſtantiam ſenſilis alicuius corporis diuidens, nos excruciet. Ac primũ illud ſpeculabimur, cuiuſnam eſſe naturæ debeat, quod cõtinuitatem diuidet. Neceſſe igitur eſt, vel ruptionem, vel contuſionem, vel eroſionẽ eſſe affectum eum, qui diuiſionem continui faciat. At vero ruptio ex diſtẽtione, cõtuſio ex graui quopiam, eroſio ex rodente prouenit qualitate. Ergo cũ nihil extrinſecus ſit, quod vel diſtendat, vel grauet, vel erodat, ſed ex ſeipſo horꝫ aliquod corpus ſentiat: neminẽ latere poteſt diſtentionem ab aliqua intrinſecus ſubſtãtia quæ multitudine ſua corpus ſe continens diſtendat, aut ĩmodica ſiccitate, prouenire. Contuſionem, ex eo quod aliqđ corpus ab externo ſuperceciderit. quod vel durum, vel magnum vel graue, vel ſimul ambo fuit. Eroſionem vero, ex ſucco aliquo, cui mordens natura inſit. Igitur vbi vehemens dolor vrget, ſcrutandũ nobis eſt, an ſuccus plurimus, an ſpiritus, cui non ſit exitus, an grauis moles, an mordens humor, an ſiccus affectus ſubſit. Ad hæc, veluti inter initia eſt definitum, an aliquid, quod valenter excalfaciat, vel refrigeret. Quorũ ipſorum quoq; rurſum cauſæ, vel in ſpiritu, vel in humoribus, vel in ſolidis ipſis ſunt ſtatuendæ. Quicquid enim eorum vehe

Methodos quid.

Cuiuſmodi ſit qđ cõtinuitatem diuidat.

Ruptio, contuſio & eroſio, vnde.

Vbi vehemẽs dolor, quæ æſtimanda.

menter excalfactum refrigeratum ve ſit, quando quod vicinum eſt tangit: graue illi moleſtũq; redditur. Igitur queadmodum ſingula quæ cõprehendimus agnoſci poſſint, tum vero quod non oĩm habeam⁹ manifeſtas notas, quodq; ſi aliud quicq̃, etiam cauſarum, et affectuũ quæ ſenſum fugiunt agnitio, ex multa exercitatione, et curioſa omniũ perpenſione nobis pariatur: alibi monſtratum eſt. Nunc id conſyderare propoſitum nobis non eſt. Imo ſolam ipſam medendi methodũ perſequi. Ex qua ſcienter perſpecta, quãtum auxilium compendiũq; medicis, non ad præſidiorum modo, curationũq; facultatem: ſed etiam ad affectus aliquando agnitionẽ comparetur, ſæpe vobis in ipſis ægrotantibus manifeſte oſtendi. quorum iam duos tris ve, qui haud pridẽ ſunt ſanati referam. Vnus eñ, vt ſcis, quadragenarius erat, qui cum colo laborare putaretur, non modo nihil eſt a fomẽtis, tum humidis tum ſiccis leuatus: ſed nec cataplaſmatis nec clyſteribus, quibus ſcilicet publice vti in eiuſmodi affectibus ſolent: verũ etiam a pleriſq; eorum exacerbatus. Nam a rutaceo oleo per ſedem infuſo, deterius habuit. Itemq; a caſtoreo. quinetiam vbi mel coctum cum pipere aſſumpſit: extremis doloribus eſt afflictus. Iam cum cremorem cocti feni græci, vna cum melle accepiſſet: vehementer eſt irritatus. Ipſe igitur vbi mordentes ſuccos in tunicis inteſtinorum immerſos cõieci, qui ſcilicet ſecum vna corrumperent, tum ea quæ per inferiora eſſent infuſa: tum ea quæ per os accepta: exhibui homini nutrimentum, quod non facile corrumperetur. Deinde cum minus eum cruciatum intellexi: vicioſos humores purgandos iudicaui. Cum vero aptiſſimum ad eiuſmodi vicioſos humores eſſet, medicamentum quod ex aloe componitur, quodq; iam vulgo picran appellãt: vtiq; ſemel hominẽ iuſte purgare, non ſum auſus. quod doloribus, et inedia duobus iam menſibus inanitus eſſet. Verum ex modicis quibuſdam interuallis id faciẽs, quindecim circiter diebus, hominẽ (vt ſcis) prorſus ſanaui. Idq; nullo præterea adhibito preſidio. Atq; hic quidem illo primum tempore ſic eſt vexatus. nunq̃ prius inteſtini dolorem expertus. At alius iuuenis huic quidem ætate ꝓpe par, ſed qui ſæpe ante, colico cruciatu fuerat affectus, accepto ſcãmoniæ ſucco: fuit purgatus. Cum autẽ bene largiter fuiſſet vacuatus: primo quidem die veſperi in balneo lotus, mox ptiſſanæ cremorẽ ſumens, poſt piſcẽ quoq; comedens nocte ea, quæ cœperat, euomuit. Secũdo die itidem lauatus, comedit primũ lactucam. Mox auium carnis aliquid. in albo iure elixæ. ab hac alicã ex aqua ſumpſit. vino auſtero iniecto. Vbi vero ab ijs mediocriter ſe habere eſt viſus: etiam tertio die nutritus ſimiliter eſt. Reddidit tamen per aluum, plura quã pro ciborum portione. eaq; cũ roſione. Deinde

Medẽdi methodũ ad affectus agnitionẽ nõnũq̃ cõferre.

De quadragenario colico.

Curatio galeni.

Alius colicus.

quarto die, etiam magis dolere ſibi ventrem ſenſit. et cum ſe in balneo alicubi frigus accepiſſe imprudentem putaſſet: rutaceum ſibi oleũ per ſedem infundens, non ſolum vehementiſſime eſt vexatus: ſed etiam liquidam deiectionẽ per magnã habuit. quod facile declarauit, aliquid a toto corpore, ad loca ventris deferri. Poſt deinde per circuitus, ſimilis redibat cruciatus. Audientes autem eius ſymptωmata: intellexi mus noxam ex ſcãmonia in illis maxime inteſtinis procubuiſſe, quæ prius, etiam fuerant imbecilla. Sicut quaſi fluxionis quidam exortus eſſet affectus. Ergo quẽadmodum hunc quoq; ſanauerim ſcis. Abijcere eñ iuſſi præſidia colica. alicaq; calente quæ cocta in aqua eſſet, nutriri. imiſſis mali punici granis. Cum autem tota nocte citra dolorem dormiuiſſet: miratus profecto eſt remedij nouitatem. rogauitq; quid eſſet bibẽdum. Dedimus itaq; bibendum dilutum rois cremorẽ. Quo videlicet ſiue aliqua eſſet in ſũmo inteſtino facta exulceratio, eã aſtrin geret: ſiue etiam ex conſuetudine aliquid ex ſuperioribus locis in par tem afflictam conflueret, id reprimeret. prandioq; eodem vti iuſſim⁹. Deinde ad veſperem cenare pane puro ex vino aliquo naturaliter au ſtero. Conceſſimus pæterea, vt auſterum quẽcũq; vellet, fructum ſumeret. ſiue malũ, ſiue pirum, ſiue punicum. Simili ratione etiam tertio die cibatus: in quarto theriacẽ bibit. Sanuſq; omnino eſt redditus. ac de cætero ad conſuetudinem reuerſus: nullum ſenſit incõmodũ. Simili genere & alium quendam in æſtate affectum, cum ſitibundus admodum eſſet: ſupra alia quæ memoraui. etiã frigida potione vti permiſi. Ergo ne requiras in omni affectu eiuſmodi notas, quales in pleuritide, vel dyſenteria apparent. Quippe ſcientifica eſt morborum id genus agnitio, certis videlicet definitiſq; notis comparata. Cum eorum qui proxime ſunt dicti. coniecturalis agnitio fit. ac ſolis ijs inueniri potis, qui exacte cuiuſq; morbi propriam curationem norint. Quare quoniam de hac propoſita nunc diſputatio eſt: ipſam per ſe abſoluamus. Nec affectuũ agnitiones attingamus, maxime quæ ex coniectura libus notis incipientes, cum eorum quæ proſunt obſuntq; cognitione ſunt coniunctæ. Methodum enim de ijs, atq; etiam exercitationem in ea, in morborum agnitionibus ſeorſum per ſe fecimus. quo ſcilicet arte quis inſtructus: in omni ægro, tum locum qui affligitur, tũ ipſius affectum, ſicuti nos, iueniat. Ergo reuertamur ad affectus qui dolores excitant. Si ſanguinis abundantia ſit, quod diſtendat, veluti in phleg mone fieri ſolet. protinus vbi vires ægri valentes ſunt: ſanguis mittẽdus eſt. Sed ſi is, vel ſanguinis miſſionem timeat, vel imbecillis viribus ſit: tum auertendus in diuerſum ſanguis eſt: tum per propinqua deriuandus. Dictũq; nobis prius eſt, quẽadmodum hæc fieri conue

Curatio galeni.

Tertius curatus.

Nõ eſſe in quoq; affectu, quales in pleoritide vel dyſẽteria, notas reqrendas.

Regreſſus ad dolores

Si ſãguinis abũdãtia diſtendat.

Si æger ſanguis miſſionem timeat vel imbecillis ſit.

Signum.

niat. Quod ſi his peractis, dolor etiam perſtat: patet ꝑfecto in ægrotante particula impactum eſſe quod contriſtat. Patet vero nõ minus, et quod curatio ipſa, per digerentia medicamenta ſit molienda.

Si ex flatuoſo ſpũ dolor ſit excitatus, curatio.

Pari ratione, et qui ex flatuoſo ſpiritu dolores fiunt, curabimus. Sed ſimul in his potius, tum ex tenuantibus cibis, tum potione, tum per ſedem iniectionibus, tum cataplaſmatis, tum humidis ſicciſq; fomentis auxiliantes. Sin moles aliqua grauando contundendo ve, dolorẽ excitet: moli ipſi eſt medendum.

Si rodens humor affligit.

Sin rodens humor eſt qui affligit: aduerſiſſima huic ſunt, quæ extenuant, et calfaciunt. Poſtulat nanq; huius generis affectus, ſi modo curandus eſt: vt ea quæ contriſtant vacuẽtur. Si id omnino fieri nequeat: vt per epicraſin ſanetur. Sin id quoq; fieri nõ

Soporifera anodyna minus hos q̃ alios ledere.

poſſit: vt quæ torporẽ inferant, medicamenta exhibeãtur. Quæ quãq̃ ſunt reliquorũ cõmunia: minus tamen hos affectus, quã alios ledunt. Quippe tenuis conſiſtentiæ, et calidarum virium, pleriq; talium humorum ſunt. E diuerſo quæ ex papaueris ſucco, et alterco, et eo modo frigidis compoſita medicamenta ſunt, ſimul omnino et refrigerant: et ſiccant. qua ratione, non ſolum vt ſenſui torporem inducentia ſalutaria ſunt: ſed etiam vt humorũ tenuitatẽ cogentia, atq; craſſantia. præ-

Quibꝰ alieniſſima ſint torporẽ inducentia.

terea vehementem calorem refrigerantia. Vbi vero craſſi glutinoſiq; humores habentur: alieniſſima ſunt, quæ torporem inducunt. Cauenduſq; magnopere in eiuſmodi affectibus, eorũ vſus eſt. Sed nec alioq; comitatur eiuſmodi ſuccos, modo ſoli ſint, dolor vehemens.

Si cũ craſſis ſuccis cõiũctꝰ halituoſus ſpiritus ſit.

Si vero ex accidenti aliquo, coniunctus his halituoſus ſpiritus eſt, qui ex ijs quibus continetur corporibus erumpere prorſus nõ poteſt: grauiſſimis omnino doloribus, qui ita ſe habent cruciãtur. Porro accidit id illis, duplici ex cauſa, vel obſtructione, vel calore. Nam et obſtructio ſpiritum cohibet: nec exire permittit: et craſſa glutinoſaq; cũ caleſiũt:

Dupliciter cum craſſis adiungi talẽ habitũ.

flatuoſum ſpiritũ gignere ſolent. Eiuſmodi ſane affectus, ijs qui ſe cibis natura frigidis, et conſiſtentia craſſis, ac glutinoſis referſerunt, quando in ipſis inteſtinorum tunicis flatuoſus ſpiritus cõtinetur: po-

Quibꝰ potiſſimũ icidat talis affectꝰ, et qñ.

tiſſimum incidit. Nam cum hæ duplices ſint: vbi medio earum ſpatio eiuſmodi collectus humor eſt: in flatulentum mutatur ſpiritum. Sane is et craſſus: et tardi motus, et frigidus eſt. Vbi igitur tum retinetur: tum tunicas diſtẽdit, tum ſuccus vnde oritur inteſtini partes, quas cõtingit, vehementer refrigerat: duplici occaſione affliguntur, qui ſic laborant.

Quẽadmodũ hi a torporiferis ledantur.

Ac ad tempus quidem, vbi torporem faciens medicamen biberunt: prorſus indolentes redduntur. Cæterum affectus his omnino fit maior. Nam et inteſtinorum tunicæ medicamentorum frigiditate denſiores, minuſq; flatui tranſmittendo habiles redduntur: & humor ipſe tum craſſior, tum ad motum ineptior euadit. Itaq; et ſpatio lon-

giore, ad ægri curationem: et medico qui ægregie in arte ſit exercitatus, eſt opus. Niſi enim certa ratione poſtmodum curationem aggredietur: verendum erit, ne ſucci ſecundo loco in flatuoſum ſpiritum verſi, eundem dolorem renouent. Vnde rurſus ſtupefacientium aliquid medicamentorum exhiberi ſit opus. eadem ſcilicet neceſſitate vrgente. Ac pari modo tertio & quarto & ſæpe deinceps. quoad homo inſanabilis effectus: in malum totius corporis habitum perueniat. et poſt longa tandem tedia pereat. Quo pacto igitur dolores eos, quos frigidus humor in medio inteſtinorum interclusus excitauit, ſanare conueniet? Sane non perfuſionibus, & cataplaſmatis, quæ valenter excalfaciant. Quippe lenti omnes craſſiq; & frigidi humores, ab ijs quæ calfaciunt, niſi etiam valenter digerant, liquantur. ac in flatum mutantur. Oportebit igitur eos incidere ſimul & concoquere. Quas res tenuantia medicamenta præſtabunt. Potiſſimum tamen, ſi calida vehementer non ſint. Quod autem horum quoq; ipſorum, ea maxime deligenda ſint, quæ magis flatum diſcutiant, magiſq; ſiccent: nemini poteſt dubium eſſe. Sæpeq; ex plebe non paucos audias, minus ſibi dolere colon affirmantes, cum nec ipſis cataplaſma imponitur, nec oleo aliquo perfunduntur. nec per clyſtere aliquid infunditur. Et ſane qui generoſi animi, forteſq; ſunt: ſi mediocri vtuntur victu, tutius longiore in tempore percurantur: quam qui violenter (vt dictum eſt) calfacientibus vtuntur. A nullo enim in eiuſmodi ſuccis, tam eſt metuēdum: quā a calore, qui eos liquet. atq; in flatum vertat. Sed digerere non valeat. Vidimus nanq; ex agreſtibus operis quempiam, qui vbi coli dolorem ſenſit: protinus ſe cinxit. Cum cingi ante non ſoleret. comedit autem cum pane, allium. nullum dimittens conſuetum opus. nec toto die quicq̄ bibit. ſed veſperi meracius. Ab his et tota nocte dormiebat: et mane ab omni dolore plane liber ſurrexit. Eſt enim profecto allium, ex eorum ciborum genere quæ & flatum diſcutiant: & minime ſitim inferant. Sunt qui parum id experti exiſtiment, maiorem: quam cepas ſitim excitare. ſed plane errore. Cum non modo non maiorem quam cepæ: ſed nec omnino ſitim faciat. Idem omnium plane eduliorum, maxime flatum diſcutit. Itaq; ipſe certe agreſtium theriacen id appello. Ac ſi quis vel thracas, vel gallos, vel deniq; qui frigidam regionem incolunt: veſci allijs vetuerit: nō leuiter ijs hominibus nocuerit. Ac quos ex ſupra dicta cauſa, vehemens inteſtinorum dolor citra febrem exercet: his et allium eſſe licet: et Theriacen bibere. Quippe quæ eiuſmodi affectibus magnopere ſubuenit. At ſi cum febri vna, talis dolor incidat: principio quidem, ſi id ferunt, fomentum ſiccum ex milio, eſt adhibendum. Si ab

Doloris ex frigido humore ī medijs inteſtinis incluſi, curatio.

Agreſtis quidā colicus, allio curat⁹

Alliū flatū diſcutit, nec ſiti infert.

Alliū agreſtiū theriacen eſſe.

Quib⁹ vehemēs inteſtinoꝶ dolor ſine febri eſt, quæ vtilia.

Quib⁹ eiuſmodi dolor cū febri, qd agendū.

hoc non quieſcant: ſemen aliquod, quod flatum diſſipet, in oleo quod tenuium ſit partium, coquere, mox per linteum, quo purum ſit oleum colare, deinde anſeris ſeuum in oleo liquare, & per ſedem infundere oportebit. Si anſeris ſeuum non ſit: gallinaceo eſt vtendum. impriſmiſq; curandum, vt ſit expers ſalis. Eſto autem nec admodum vetus. Licet vero et recenti vti. præſertim anſerino. At ſi neq; ex hoc remittuntur dolores; ſecundo rurſus inijciendum idem eſt. adiecta etiamnũ caſtorei et papaueris ſucci, vtriuſq; fabæ non amplius, magnitudine. Olei vero, hemina modus eſto. excipitur & lanula ex hoc medicamento aliquid. Debebitq; appenſa forti filo, quã penitiſſime in rectũ inteſtinum dimitti. Quo vtiq; et cum libet, id facile recipiatur: et euidentem conferat vtilitatem. Ad eundem modum, et oculorum et aurium dolores, qui ex huiuſmodi humore, aut ſpiritu flatulento in febri excitantur, ſedare conueniet. Tum fomento ex milio, quoniam id omnium et leuiſſimum eſt: et maxime ſiccans: quodq; ab eo defluit innoxium experſq; roſionis eſt: tum auribus medicamentum id, quod ex caſtoreo et papaueris ſucco conficitur infundentibus. quo ſcilicet ad talia vti ſolemus. Liquor quo hæc liquantur, ſapa eſto. quod apud nos vocant epſema. pleriq; medicorum ſireon græce appellãt. Quod ſi imponi cataplaſma res aliquando ſuadebit: papauerum capitibus in aqua diſcoctis, ac fenigræci vel ordei vel lini ſeminis farina aquæ immiſſa, cataplaſma conficies. Scire autem licet, medicamẽtum quod caſtoreum recipit, non ſolum aurium ſedare dolorem: ſed etiam oculorum & dentium. ſi auribus inſtilletur. Iam vero collyria quæ ex opio fiunt, vehementiſſimos oculorum dolores remittere, omnes norunt. vtendumq; (vt prædiximus) his eſt, cum maxima neceſſitas vrget. Illud minime ignorantibus, particulas ipſas non nihil ledendas. imbecillioreſq; in reliquam vitam ex frigore futuras. Cæterum ſaluti hominis in præſens, ipſam futuram noxam poſt habentibus. Siquidem nõ paucos eorum, qui his ſunt vſi, eo infirmitatis veniſſe, vt alij fere nihil omnino viderent, alij propemodum ſurdi forent, id omnibus iam notum eſt. Itaq; nos ſi quando cogimur his vti: poſtmodum in ſanitatis tempore, particulas ipſas excalfacimus. Nempe auribus oleum id, quod ſolum caſtoreum habet, infundentes. Oculis vero, collyria quæ tantum excalfaciant. Ad quod ſcilicet munus, maxime id probamus, quod ex cinamomo conficitur. Ac de doloribus quidem, qui ex craſſis glutinoſis ve, aut frigidis ſuccis, vel etiam vẽtoſo ſpiritu excitantur, hactenus abunde. Similis nanq; eſt eorum omnium curatio, & quæ per comprehenſas iam materias perficiatur. Niſi q; is qui ſpiritum flatuoſum comitatur, propriam quandam cu-

Oculorum et auriũ doloris in febre ſedatio.

Cataplaſma.

Medicamẽtũ qđ ex caſtoreo fit, q̃bus vtile.

Collyria diopiu oculorũ maximos dolores remittere.

Collyriorũ diopiu noxa.

Noxæ dictorũ collyriorũ correctio.

Diacinamomũ.

rationem eſt ſortitus, ex cucurbita cum flamma copioſa ſubinde admota. Videbiturq́ tibi præſidium hoc in huiuſmodi affectibus, incantamenti cuiuſq́ ſimile quid efficere. Siue hi in inteſtinis: ſiue in quauis corporis particula ſunt excitati. Illico enim cucurbita admota: qui ſpiritu flatuoſo crucientur, tum a dolore liberi: tum omnino ſani redduntur. Quos vero non ſpiritus modo flatuoſus: ſed etiam humor quiſpiam vnde is oritur male habet: his illico ad tempus dolor ſedatur. Redit tamen vel in ſequente nocte: vel poſtridie. vel etiam tertio die ſimilis dolor. Ac potiſſimum, vbi in victu aliquid deliquerint. aut importunius particulas excalfecerint. Tibi vero hoc quoq́ maximum indicium affectus erit. ac curationem pro ratione proſequeris. Nec impenſe particulam excalfaciens: & tenuatoria curationis ratione vtens. Quod ſi in ventre quoq́ talium quippiam incidat: mirifice hi ex acrium iniectione leuantur. Sed percuranda in his primum doloris acceſſio eſt. admota ſcilicet cucurbita. quo ventoſus digeratur ſpiritus. Poſt id vacuandus humor eſt. infuſo per ſedem eiuſmodi medicamentorum aliquo. Ego vero oleo quopiam tenuis ſubſtantiæ vti aſſueui. rutam incoquens. Porro aliqui in tali curandi ratione, vbi oleum acceperunt, maximo dolore cruciantur. poſtea exiguo interpoſito ſpatio, excernunt humorem vitreum. atq́ ex hoc protinus ſimul & a dolore & ab affectu liberantur. Quippe ſublata cauſa quæ ſpiritum flatuoſum genuit: omnia conquieſcunt. His humoribus contrariam maxime naturam habent, qui tenues ſunt, atq́ acres. Sed ſimilem dolorem inferunt. nõnunq̃ autem & conuulſiones crebras acceſſunt. vtiq́ cum in ore ventris ſunt collecti. Veluti dudum illi contigit, qui paulopoſt æruginoſum humorem euomuit. Satius vero ſit, nõ æruginoſum dicere: ſed exactam plane æruginem. Talis nãq́ erat qualis pulcherrima eſt ærugo. Verum huic adoleſcenti cum conuulſione & ſyncope, etiam guttæ quædam frigidæ, & pulſus in ſummo gradu parui erant. Ex quibus cum conijcerem, in ore ventris, quem publice ſtomachum vocant, rodentem aliquem contineri humorem: dedi illi aquam tepidam bibere. poſt quam protinus tale quid euomuit, quale ſi ipſe facere velles, floridiſſimam æruginem aquæ miſceres. Cum igitur talis humor in ventre conſtitit: vomitu eſt expellendus. Cum in inteſtinis, inijcere per ſedẽ conueniet, quod eluere eiuſmodi humorem ſit aptum. At id deterſiuum ſit omnino oportebit. Cũ autem talium pleraq́ mordeant: commodiſſime ex his aliquod deligitur, cui roſio abſit. Eius generis maxime eſt ptiſſanæ cremor. Cibi vero exhibendi his ſunt, qui & boni ſint ſucci, nec facile corrumpantur, quorum exemplum in priore libro iam traditum habes. Quoniã

Doloris q ex flatuoſo ſpũ eſt excitatus, ꝓpͣ curatio.

De cucurbita cũ flãma copioſa.

Qui a cucurbita ſtatĩ pſanent, et quib⁹ redeat dolor.

Signum.

Curatio doloris ex flatu cũ humore.

Aliquos a ꝓpoſita curatione cruciari, & poſtea vitreũ humorẽ excernere.

De dolore q extenui et acri humore excitat, qui etiã cõuulſionẽ aliqñ accerſit.

De iuuene q ærugnoſum humorẽ vomuit.

Ptiſſana ſine roſione deterget.

De ijs q̄ ex ſiccitate nimia diſtendunt et cruciantur.

vero etiam eorum, qui ex ſiccitate nimia tenduntur crucianturꝗ, mentionem feci: non alienum fuerit de his etiam aliquid apponere. Scire nanq; licet, eiuſmodi affectum, ſi modo curabitur: humectationem poſcere. Cæterũ curatu per difficilem eſſe. vel potius qui curari omnino non poſſit, ſi febris occaſione eſt contractus. Succedit maxime excitiali phrenitidi. nec ſanatum quempiam ita conuulſorum, aut ipſe vidi: aut alium narrantem audiui. Nam temere conuulſio, vel ex plenitudine neruoſarum partium incidit, qua ratione, eos quos magna phlegmone præmit, adoritur: vel ex mordente & tenui humore, qui neruoſa corpora rodat. vel ex ingenti frigore. quod tale quippiam quale gelu efficit. Atq; hæ tres conuulſiones ſubinde percurantur. Sed quæ ex neruoſarum partium ſiccitate prouenit, inſanabilis eſt. Quippe etiam in libro de maraſmo docuimus, ſolidorum corporum ſiccitatem omnino eſſe inſanabilem. Quo minus adijciendum quicq̄ de eiuſmodi ſympt☉matis præterea puto. Sed nec de ijs quæ vitio immodicæ vacuationis, vel per aluũ, vel per vomitũ, vel ſanguinis profuſionem incidunt. Quod & antea de his mediocriter ſit dictum: et poſthac dicere ſit neceſſum. Potiſſimum cum mihi de tumoribus, qui præter naturam incidunt, erit agendum. Itaq; librum hunc iam claudam. quando de ſympt☉matis ijs, quæ vtiq; tractatu maxime erant neceſſaria, & præcipue quæ cum febrium affectibus ſunt connexa, abunde diſſerui.

Triplex cõuulſio curabilis.

Cõuulſionẽ q̄ ex neruoſarũ ptiũ ſiccitate oritur inſanabilẽ eſſe.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER DECIMVSTERTIVS.

DVo iam genera morborũ quẽadmodum quis methodo ſanet, docuimꝰ. Alterũ in tẽperie poſitum, cui antiqua eſt appellatio: alterũ cui nos nomẽ indidimꝰ, cõtinuitatis ſolutionẽ. de hac primũ in tertio quarto, quito ac ſexto horũ cõmẽtarioꝝ præcepimꝰ. Poſt eã de ijs quæ in intẽperie cõſiſtunt, vſq; ad duodecimũ egimus. In hoc vero totiꝰ operis tertiodecimo de tumoribꝰ qui præter naturã incidunt differere incipiemus. in quibꝰ ſcilicet partes a naturali habitu in quantitate receſſerunt. Sane ſanitatẽ an naturalẽ habitũ dixeris: ad ea quæ nunc paramus, nihil intereſt. At cum plures ſpecie affectiones in his ſint: primum agemus de phlegmõe. Expedit enim ab hac cœpiſſe. et quod frequentiſſime incidit. & quod febres aliaq; ſymptωmata periculoſiſſima excitet. Cum autẽ veteres phlogoſin quã inflammationẽ interpretere, ſubinde phlegmonẽ appellent: ſciri volumus, non hoc loco nos de hac phlegmone diſſerere. ſed ea quæ ſupra inflammationem, tenſionẽ quoq; in particula facit. quã non modo ipſi tactu deprehendamus; ſed etiã ipſe æger proprio ſenſu aduertat. Quinetiam pro tenſionis modo, tangenti quoq; renititur pars phlegmone obſeſſa. auctiorq; eſt: q̃ pro naturali habitu. nec dolor illi deeſt, maior minor ve. Cum quo non nunq̃ & pulſationis eſt ſenſus. cum ſcilicet malum amplius increuit. ac potiſſimũ cum ſuppurat. Rubor quoq; in parte quæ phlegmone laborat, maior minor ve ſemp viſitur. Adeo ſiue in ipſo pedis veſtigio, ſiue in parte interna manus, magna phlegmone incubuit: hæc quoq; magis rubra videntur: q̃ ante. Etenim demonſtratum eſt phlegmonen omnem, e ſanguinis confluxu conſiſtere. Qui alijs ſtatim calidior eſt: q̃ pro natura fuit. omnibus certe in ipſa parte quæ phlegmone vexatur. Atq; hoc omnium ſectarum commune eſt. Siue impactum tantum ſanguinem in finibus vaſorum, phlegmones cauſam velint: ſiue intercidentiam eius (paremptoſin vocant) in ſolis arterijs, ſiue obſtructionem aliquam. ſiue in raritatibus ratione contemplabilibus reſiſtentiam. Quo fit vt etiam curationis indicatio, omnibus ſit cõmunis. Nempe vacuatio redundãtis in particula

Sanitatem aut naturalẽ habitũ dicere hic parũ referre.

Cur a phlegmõe incipiet.

Phlogoſis Veteres ſæpe phlegmonẽ pro phlogoſi vſurpare.

Phlegmones deſcriptio.

In oi phlegmõe calidũ eſſe ſanguinem.

Variæ opiniones de phlegmones cauſa.

phlegmone obſeſſa, ſanguinis. Phlegmones vero q̄ i gñatiōe adhuc eſt: duplex indicatio eſt, veluti in reliquis morbis oibus, quicūq; in gignēdo adhuc ſūt, nec dū abſolutionē ſunt nacti. Nā qđ eoꝶ generatū iā eſt, id medicinæ artis parti, q̄ morbos curat ſubijcit. Qđ in generatiōe adhuc eſt: parti quæ futurū morbū p̄cauet. Atq; idcirco diximus nō ſimplicē ſed cōpoſitā eſſe, totā de ijs ægritudinib⁹ quæ in generatione adhuc ſūt, medētis ſollicitudinē. Ex ea ſcilicet quæ ꝓuidet. et ea q̄ curat. Sicuti etiā ſi oīno phlegmone laborare adhuc nō cœperit, ſed tamē appareat iā ſubeſſe in corpore gen⁹ aliqđ eoꝶ, q̄ phlegmonē excitare poſſint: in talib⁹ quoq; oibus ſola ꝓuiſio indicat̄. At ſi nulla adhuc in corpore cauſa ſubalit̄: ijs q ita ſe habēt, ea q̄ ſanitatis eſt tutrix, ꝓuidet. Ergo q̄ cauſæ phlegmonē accerſere videt̄: has cū iā in corpore ſint cōceptæ: ſed tamē exiguæ adhuc, et incipiētes: vtiq; ne maioris fiant, inhibere cōueniet. Atq; hoc cauētis phlegmonē eſt officiū. Cū vero ea magnitudine ſint, vt iā phlegmonē creent: eas ſūmouere oportet. ac quātū iā phlegmōes genitū eſt ſanare. Ac cōmunis oīm phlegmonaꝶ generatio, ex ſāguinis influxu eſt, copioſioris ſcilicet, q̄ ſit parti ex vſu. veluti tū in libro de tumorib⁹ p̄ter naturā oſtendim⁹: tū in eo q de iēquali tēperamēto eſt inſcriptus. Sane copioſior ſāguis influit, alia quapiā, alijs ve particl'is aliqñ eū mittētib⁹. ac ea q̄ phlegmone laborare icipit, recipiēte. Aliqñ particula q̄ affligit̄, hunc ad ſe trahēte. partes quæ mittūt, vel vt copia ſupuacuū: vel vt qualitate moleſtū, vel vtroq; nomine ſuccū pſequunt̄. Quæ attrahunt, ea morboſo calore trahūt. Porro in dolorib⁹, incipit quidē cauſa, ab eo qđ affligitur. Sed qcqd eſt phlegmones: id ſuppoſitæ partes efficiunt. Ergo qđ ad partē excalfactā vel trahūtur vicini ſucci, vt nos cenſem⁹, vel confluūt vt Aſclepiades putat, euidēter cernit̄. & conſtet hoc loco ex ipo qđ cernit̄, ſermoni fides. At vero quæ dolēt cernunt̄ ea quoq; phlegmonē ex dolore pati. ſed cauſam eius quidā oīno nō aſſignāt, quidam nullo modo ꝓbabilem. Noſtra vero ſentētia talis eſt. Docuim⁹ in eo opere, qđ de naturalib⁹ facultatib⁹ edidimus: vnā eſſe naturæ facultatē quā excretoriā dicimus. Ea ſuo munere tum fungitur, cū triſte aliquid ſentit. Vnū vero quiddam eſt ex ijs quæ eā contriſtant, ipſa quæ dolorē excitat cauſa. quæcūq; ea ſit. Hanc igitur eijcere dum ꝓperat: phlegmonē interdū in particula concitat. cum eñ primis ſuis conatibus, nihil profecit: vehemētius aggreſſa, qđ infeſtat expellere: ſanguinis aliquid, et ſpiritus ex ſuperpoſitis partibus, in afflictam ſimul exprimit. Atq; hinc ſit, quod ex dolore, particula pro portione cōfluentis in eam humoris, in tumorē attollitur. Quinetiam omnium tumorum qui præter naturam ſunt, varietas, ex eius quod influit, natura

Oīs morbi q adhuc in gignēdo ē, duplicē eſſe idicationē.

Omniū q̄ i gñatiōe ſūt cōpoſitam eſſe curationem.

Quid ad medicū ſpectet qd ad ſanitatis torē.

Cōis oium phlegmonaꝶ generatio.

Cōflux⁹ ſāguinis duplex cauſa.

Queādmodū ꝑtes ſanguinem trahunt.

Aſclepiadis opinio

Cur phlegmōe ex dolore cōtrahat̄. cauſa.

Expultrix vis, quādo agat.

naſcitur. Vbi enim flatulenta materia copioſior acceſſit, flatuoſi magis tumores fiunt. Phlegmone vero magis ſimiles, vbi ſanguis. ſicut eriſipelati, vbi flaua bilis. et tumentiores, vbi pituita. Similiter ſcirroſi, vbi vel craſſus, vel vehemẽter lentus humor eſt, qui parti eſt infixus. Sane craſſus humor, quodãmodo iã melãcholicus, magis minus ve eſt. Lentus autẽ ex glutinoſis ꝓuenit cibis. Sed et ex ipſis aliquando neruoſis partibus. vtiq; cum multum excrementi genuerint. Verum de cæteris tumoribus poſt dicetur. Nunc de phlegmone agemus. Ac prius quæ oĩm ſunt cõmunia, ad diſputationẽ propoſitis: ſic deinde quæ ſolius eius vicij ſunt propria adijciemus. Cũ igitur particula aliqua phlegmone vrgeri cœperit: vidẽdum eſt, an propter calorem aliquem, qui in illa præter naturam ſit orta, an propter dolorem, vel ipſius, vel propinquæ alicuius partis: hanc contraxerit. quo ſcilicet adempta cauſa: phlegmone non amplius increſcat. Poſt hanc conſyderationem, proxime illa contemplabere. Nunquid vicina aliqua particula ſanguinem largius ad phlegmonẽ tranſmittat. Deinde num totum corpus ſanguine nimium abundet. plethoran vocant. Nã tibi arbitror non excidit, vt pote ſæpe a nobis monſtratũ, ſuperuacanea quæ valentioribus partibus ob redundantiam, vel qualitatẽ expelluntur: ea in imbecilliores procumbere. Atq; hinc accidere, vt glandulæ, quas adenas vocant facile fluxiones recipiant & maxime quæ rariores natura ſunt. Quippe valentius eſt arteriarum & venarum, & neruorum & muſculorum robur. Imbecillius autem ac forte nullum, corporum quæ glandularum ſunt naturæ. Sic igitur fit, vt & propter vlcus, quod in manus aut pedis digito fit, eiuſmodi glãdulæ in inguinibus & alis, tum intumeſcant: tũ phlegmone occupentur: cum defluentem ad vltimos artus ſanguinem, priores exceperint. Quinetiam in collo, et ſecus aures, ſæpenumero glandulæ, his quib⁹ in collo, capite, vel aliqua vicina parte vlcus eſt natum, intumeſcũt. Nominant autem ĩpos adenas cum ſic intumuerunt, bubones. Quod ſi ſcirroſior earum partium phlegmone aliquando fuerit: hæc & ægre ſanabilis eſt: et ſtruma dicitur. Quænam vero ſit ſtrumarum curatio, in proximo dicetur libro. Nunc de phlegmonis, quoniam de ijs diſſerere propoſuimus: denuo repetentes, dicamus, quod inhibitio earum incipientium. ex generãte illas cauſa tollenda præſtatur. primũq; de ijs quæ vlcera ſequuntur agamus. Poſtea enim q̃ prope magnã arteriã, aut venã vlcus ortum eſt: celerrime bubones excitanť. Cerniť autem aliquãdo ipſa quoq; vena, per totum membrũ rubra. & calens et diſtenta. ac ſi quis eam tangat, dolens. Ergo ſi vel ſanguine totum corpus, vel malo ſucco redundet: difficilis curatio redditur. Sin ſanũ

Varietas tumoꝝ ex ei⁹ qđ cõfluxit natura oriť Exempla.

Craſſũ humorẽ quodammõ melancholicũ eſſe.

Lentus humor vnde.

Cũ phlegmone ĩ pticula ĩcipit, quæ conſyderanda.

Glandulas facile fluxiones recipere.

Glandulas occaſiõe lõginq vlceris ſæpe intumeſcere.

Glandulas cũ itumuerũt bubões græce dici.

Struma qd

De phlegmone cõmitãte vlcera.

Curatio bubonis ex vlcere vbi corpus eſt purum.

plane ſit: facilis. Quippe excalfacere, & humectare modice totum mē-
brum, quo dolor mitigetur, oportet. (Noſti autē eiuſmodi præſidio-
rum materiam) ipſi vtiq; vlceri tetrapharmacū in linteolo imponēs.
(Liquatur id oleo potiſſimū roſaceo. vel ſi id nō ſit: relaxanti aliquo)
Totum vero mēbrū, hapſo lanæ ex calente oleo imbuto circundans.
Quinetiam ipſi vlceri, calidum imponi medicamētū oportet. Ac ſup
calidum extrinſecus cataplaſma dare. quod ex farina, vel ordeacea,
vel triticea, vel ambabus mixtis, conſtet. Humorē autē habeat, aquā
cum oleo pauxillulo. Non ſecus vero etiam ipſi adeni quæ phlegmo-
ne vrgeri cœpit, vt mitigetur imponi debebit, p̄mo die lana, ex oleo
calente madens. non autem ſicut non nulli faciunt, ſtatim addito ſale.

Quādo ſale vtendum.

Poſt enim ſale vtemur. cum & tumor per totum membrū fuerit remiſ
ſus: & dolor vlceris ſedatus. Quinetiam macedonicum quod vocant
pharmacum, ſimiliter ſicut tetrapharmacum, ipſi vlceri imponere li-
cebit. Etenim ſimilia inter ſe ſunt. ſolo thure tetrapharmacū macedo-
nico ſuperante. At ſi vel plethoricum corpus ſit, vel malo ſucco redū
det: curatio per ea quæ ſic calent, fluxionē ad membrū citat. Atqui nec
alia vlla vti datur. Cogimur ergo alias ſanguinē mittere. idq; aut ve-
na inciſa, aut membris ijs, quæ læſa non ſunt, ſcarificatis. Manu enim
laborante: ſcarificabis crura. Altero crurum male habēte: reliquum.
Has nanq; vacuationes, indicat ipſa copia. ſicut etiā ſuccorū vitium,
redundantis ſucci eductionē. Ac plerūq; poſt hæc p̄ſidia, glandularū
phlegmone deſinit.

Si vel plethoricū corpus ſit vel cacochymū.

Duplex ſāguinis miſſio.

Sæpe tamē vel ipſo qui curat, ad corporis vacua
tionē ſegniore: vel ip̄o qui laborat præ mollicie eam non admittente:
earꝝ phlegmone maior efficit̄. ſic vt ad ſuppurationē ꝑueniat. Sed et
quæ phymata quoq; græce appellant: memoratis carnibꝰ, ſic vbi flu-
xio in eas ꝓcubuit: citra vlceris occaſionē accidūt. vbi ergo diſtentæ
vehemēter glandulæ ſūt, aut alia deniq; particula quæuis, quā phleg-
mone p̄mit: cogimur toto corpore priꝰ vacuato ipſā ſcarificare. Sane
vacuamꝰ totū corpus (ſicut in libro de plenitudine diximꝰ) nō modo
cū in redūdātiæ ſuccoꝝ eſt habitu: ſed etiā vbi magnitudo morbi ſua
det, cū mediocritatē ſuccoꝝ cōtinet. Siquidē dolor, & membri in quo
phlegmone ſedet, calor, etiā ſi purū ab excremētis totū corpus ſit, flu
xionis cauſa fiūt. Expedit igitur parciꝰ id hoc caſu facere. ac vacuare
prout maxime, tū ætati laborātis, tū naturæ congruit. æſtimatis præ-
terea tum anni tēpore: tum regione, tum hominis ipſius cōſuetudine.
de quibꝰ ſæpe iam in multis diximus. ſic vt etiā ſi adhibita in ſermōe
non ſint: ſubaudire ea cōueniat. Vbi vero phlegmōes, ipſe veluti fer-
uor iam ſubſedit: mitigatorijs cataplaſmatis dimiſſis: ad ea quæ dige-
runt, paulatim eſt trāſeundum. ac primū cum mitigatorijs, paululum

Phymatis i glandulis generatio.

Qn̄ pticula ip̄a q̄ phlegmone laborat, ſcarificanda ſit.

Duplex cā corpus vacuādi.

Eſtimāda, cum vacuādū ſit.

Vbi phlegmones feruor eſt remiſſus.

mellis miſcendum . mox triticea farina in totum prorſus auferenda. contentis ordeacea cum melle vberiore. Deinde ad aliquod eiuſmodi digerentium medicamentorum eſt veniendum .quæ vel humida cõſiſtentia ſint, ſimiliter ijs quæ in linamentis vel linteolis excipiuntur (ἔμμοτα græce vocant) vel cerati ſpecie. A duris autem abſtinendum eſt. qualia pleraq; emplaſtra ſunt. Nam & phlegmonarum reliquias contrahunt : et rurſus phlegmonen in ægra parte excitant. Quin ſi pus aliquod notabile in ſuppurante particula ſit contentum: non expedit, quod non nulli faciunt, protinus incidere . imo exhalationem moliri . medicamentis ad id valentibus . quorum vſus ex affectu ſit coniectatus .Quippe cum phlegmones naturæ quicq̃ in membro adhuc reſtat : acria medicamenta magis irritant: q̃ digerũt. Cum vero quod ex phlegmone relinquitur, ſcirroſum effectum videtur: fidenter iam valentibus medicamentis vteris . ſed obſeruato bis in die quem præſtent effectum. primum mane, ſecundo veſperi . Quod ſi balneo quoq; vtatur: etiam eo tempore. Si quando ergo ægram partem medicamenti acrimonia irritatam videris : ita vt tumentior aut rubicundior ſit, aut magis indoleat: mitigabis eam, interea fomẽto quod per ſpongiam adminiſtrabis .Id autem aliquando ex aqua dulci eſto. aliquando etiam ſal habente. vbi ſcilicet ſcirroſiores phlegmone ſunt. Sin aliquando puris copia medicamenta ſuperet: nec ea videãtur tibi totum digerere poſſe: ſecare exitum ei quod digeſtioni non ceſſit: eo potiſſimum loco oportet, quo eſt editiſſimum. Quippe tenuiſſimã etiam illic inuenies cutim. Memineris præterea in ſectione & alteri⁹ indicationis, quæ ad effluxum pertinet. atq; ad ambo reſpiciens , ita quod ſuppurauit incide. ac deinceps medicamentum aliquod eorum quæ ſine eroſione ſiccent, impone. Quod ſi cõputruiſſe portio aliqua ſuppurantis partis videbitur: excidi eam eſt neceſſe. Sane quidã in ijs quæ in axillis & bubonibus ſuppurant : in myrtei folij ſpeciem, ſemp excidi cutim iubent. quoniam in his laxa ea naturaliter ſit. ideoq; omne quod aduenit prompte recipiens . præterea ipſi ex leui occaſione phlegmonẽ facile contrahant. At maximas aliqui ſectiones faciunt. quarum occaſione particula, vbi ad cicatricem eſt perducta, nõ ſolum turpiſſima redditur : ſed etiam ſit imbecillior. & quæ ſæpe homini ad motus ſit in mora. Hæc igitur ipſi vitantes : plurimum certe ſola inciſione, & medicamentis valenter ſiccantibus , huiuſmodi affectus ſanauimus . quod ſi aliquando excidere aliquid propter multitudinem, non puris modo: ſed etiam corruptarum partium fuit opus: contenti eramus ſectione quæ myrti folium imitatur plane non magna. Cum autem in ea exciſione longitudo maior, quã latitudo ſit:

Qñ triticea faria dimittenda.

Emmota q̃.

Cur a duris cuiuſmodi emplaſtra ſũt, abſtinẽdũ.

Quib⁹ digerẽtib⁹ tunc ſic vtendũ.

Obſeruãd⁹ effect⁹ digerẽtiũ.

Si irritata ex digerẽtibus ægra pars eſt.

Si puris cõpia, medicamẽta ſupet.

Vbi potiſſimũ apiẽda ſuppuratio

Quõ poſt inciſionẽ medicãdũ.

Si ſupparãtis ps aliq̃ cõputruit.

Noxæ ex amplis ſectionibus.

Sectio myrtaceũ foliũ imitans.

Quomodo ꝓpoſita ſe‐ctio in bu‐bone ſit ad hibenda. eſto in bubone, longitudo per tranſuerſum ducta: non autem per cru‐ris rectitudinem. Quippe ita cum crus inflectimus: naturaliter cutis ſibi applicatur. poſt exciſam cutim, medicamento quod græci man‐nam vocant affectam partem implebimus. Eſt autem ea purgamen‐tum thuris, leui aſtrictione prædita. atq; hoc nomine etiam thure ipſo ad nonnulla vtilior. Thus enim puris tantum mouendi facultatem optinet. vtpote nullam aſtringendi vim habens. Magiſq; id facit qđ pinguius ex eo eſt. et magis albicans. Sicuti etiam quod flauum ex eo magis eſt: validius ſiccat. Mannæ vero, etiam corticis thuris paulu‐lum eſt admixtū. vnde ſcilicet aſtringendi vim habet. Ipſe vero cor‐tex thuris, tum aſtringit, tum ſiccat inſigniter. Itaq; etiam ad modera tiores ſanguinis profuſiones, eo vtimur ſolo. Sicut etiam ad valen‐tiores, ſolo vſto. ſed tunc & cribrato: et in moliſſimum puluerem re‐dacto. Quinetiam mitigare prius inciſam partem (ſicut dictum eſt) quantum poſcere videbitur, oportet. fomentis primū, dein cataplaſ‐mate. mox humectante aliquo medicamento. aut non ſiccante. ſingu‐lis ſcilicet extrinſecus impoſitis. Nam in ipſo vlcere, tum mannā (vt dictum eſt) tum ex præſidijs quæ linteolis excipiuntur, primū ea quæ pus citant, dein ea quæ expurgant ſunt imponenda. poſt quæ, ſi caui‐tas etiamnum ſit: quæ impleant adhibenda ſunt. Sin aliter: ea quæ ci‐catricem inducūt. græce Synulotica et epulotica vocant. veluti quod ex cadmia conficitur. At quoniam in horum quoq; vſu, pleriſq; me‐dicorum non paruum quiddam omittitur: non ab re fuerit etiam de hoc diſſerere. Tum nanq; ducere vlcus ad cicatricem incipiunt, ac idonea illi rei medicamenta applicant, cum iam penitus ſit imple‐tum, nec quicq̄ illi reſtat cauum. Hinc illis accidit, vt cicatrices effi‐ciant, circumpoſita cute magis eminentes. Quo igitur illi, cuti ſint æquales: conueniet id genus medicamentis vti, priuſq̄ vlcus ad æqua litatem prorſus ſit impletum. Impoſito ſuper ipſas vlceris oras ex ſpecilli mucrone medicamento aliquo ſicco, ex ijs quæ in vlcerum cu ratione retulimus. ſuper reliquum linamento dato, quod aliquo me‐dicamento ex ijs, quæ cicatricem inducant, & humida ſint conſiſten‐tia, fuerit imbutum. Cædente autem proſpere curatione: etiam id ammouebis. ac poſtea, ſicco tantum medicamine vteris, lato ſpecilli mucrone, ex eo ſuper toto vlcere volutato. Foris autem ſuffecerit li‐namentum, vel ſiccum, vel ex vino madens. ac potiſſimum quod ex mollib⁹ ſit elychnijs cuiuſmodi tharſenſia ſunt. Quoniā illa quoq; ad vlcera, quæ ſupercreſcant ſubmittenda, vim optineāt. atq; hæc du‐cēte nos rerū ſocietate, dixim⁹. Nūc ad ſermonē de phlegmone reuer ſi, dicamus cōmunē omniū phlegmonaꝝ curationis indicationē, eſſe

[Marginal notes:]
Manna qd
Thuris vis
Mānæ vis.
Corticis thuris vis.
Mitigandā prius inciſā eſſe partē.
Quæ i vlcere ponēda.
Epulotica.
Synulotica
Error i epuloticoꝝ vſu
Qn̄ epuloticis vtēdū.
Elychnia tharſenſia.
Reuertitur ad phlegmonaꝝ indicationes.

vacuationem. Quæ vero adhuc in generatione ſunt: in his prior vacuatione eſt, confluentis ad affectum locum ſanguinis inhibitio. Inhibebitur is commode, ſi ipſam fluxionis cauſam inuenerimus. Sane ea duplex eſt. aliquando enim ex ipſa parte quam phlegmone vexat, oritur. Aliquando ex alia quapiam alijs ve. Ex ipſa quoties aut calidior eſt facta: aut dolore (ſicuti ante diximus) vrgetur. Non ex ipſa, quando vel alia quapiam, vel alijs ſuperfluum illi tranſmittitur: vel etiam ex totius corporis affectu. Fit igitur calidius, vel propter immodicum motum: vel aliquem ex ſole, aut igni teporem. vel acre medicamentum. Dolore vero angitur, et propter intemperiē, et vulnus, et contuſionem, & diſtorſionem, & tenſionem, & obſtructionem, & ſpiritum flatuoſum. Intemperies modo extrinſecus illi prouenit: modo ex ſuccis, qui in ipſo habentur corpore. Et extrinſecus, vel ab aliquo venenatorum animalium: vel pharmaco, quod vehementer excalfaciat, aut refrigeret, etiam ex ambiente non nunq̄. Ex ipſo vero laborantis corpore, cum id iam vitioſos ſuccos, qui facultate ſint diſſimili, congeſſit. His igitur omnibus æſtimatis: quæ phlegmone adhuc in generatione ſunt: earum cauſas prius abſcindes. Quæ vero iā factæ ſunt: has vtiq; curabis ſolas. Ergo quidnam medenti agendum ſit, ſi totum corpus male ſit affectum: et dicta prius tum in his nō pauca ſunt: tum in libro de plenitudine. et nunc ſummas eorum quæ dicta ſunt, recenſebimus. vbi enim æquabiliter inter ſe ſucci ſunt adaucti: id & pletoran græci vocant, nos plenitudinem, & ſuccorum redūdantiam dixerimus. vbi vero vel flaua bili, vel nigra, vel pituita, vel ſeroſis humoribus refertum corpus eſt: eum habitum cacochymian, quaſi ſuccorum vitium dicas, nominant. Ergo plethora, tum ſanguinis miſſione curatur: tum frequēti balneo. tum exercitatione. tum frictione. Præterea digerentibus medicamentis. Et præter hæc omnia inedia. de quibus in his quæ de ſanitate tuenda ſunt prodita, dictum abunde eſt. Succorum vitium, purgatione quæ cuiq; ſuperanti ſucco ſit accōmodata, corrigit̄. Dictum porro et de hac eſt, in ea parte operis de ſanitate tuēda, quæ de vitādis morbis eſt inſtituta. Illinc igitur huc ea tranſferas oportebit. ac cōſyderes, quo vti maxime expediat. Siquidē ſi iam febricitet æger: nec exercitatione vacuare exuperantiā licet: nec vnctiōe quæ excalfaciat. ſed nec multa frictiōe, nec balneo. Imo ſāguinis miſſione, vna cū inedia. vel purgatiōe aliqua. At ſi nō dum febricitat: oib⁹ iam dictis vtare: optimū quodq; ad id qđ inſtat, deligens. Illud em̄ patere vel me tacente arbitror, eū cui crura phlegmone laborant, non eſſe vel ambulatione, vel curſu exercitandum. Sed nec ſtare illi eſſe iubendum. Imo ſedenti plurimum fricari, mox

Fluxionis cauſæ.

Vnde calor particulæ accedat.

Vnde dolor illi accedat.

Intēperies ptis vnde.

Vbi totum corp⁹ male affectū eſt, qd agēdū.

Plethora quid.

Cacochymia quid.

Plethoræ curatio.

Cacochymiæ curatio.

Si iā febricitet æger, qua vacuatiōe vtēdū.

Si nō dum febricitet.

Phlegmōe laborātem ptē nec eſſe exercitādā, nec fricādā.

manuum motu exercitari, illi eſt ſatius. At ſi cui in ſupernis partibus cæperit pars aliqua phlegmone tentari: huic motus ex inambulatione, aut curſu eſt ſalutaris. Similiter & frictio, his quidem ea potior eſt, quæ cruribus adhibetur. illis, quæ in ſupernis partibus adminiſtratur.

Ad partes maxime remotas auerſionẽ ſemp faciẽdã.

Quippe præceptum in contrarium auerſionis, in omnib⁹ talibus commune eſt. Neq; igitur cũ vel circa ſedem, vel aliquam huic vicinam partem, initium phlegmones incidit: aluum deijcies. Neq; cum in veſica, vel cole, vel renibus eſt cepta, pharmaca quæ vrinas ꝓuocent bibenda dabis. Nec ſi mulieri in vtero vel pudendo inſedit: menſes huic prouocabis.

Si phlegmões iitiũ circa ſedẽ, veſicã, colẽ renes mulieris ve pudẽdum ſit.

Sed ad partes quæ maxime lõginquæ ſint: ſemp auerſionẽ facies. æſtimata ſcilicet tũ phlegmones magnitudine: tum corporis totius ſtatu. Nam ſi plurima ſuccorum abundantia ſit: nec exercitatione, nec balneo, ſine periculo vtare. Sin exigua ſit: licet et per hæc vacues. Cæterũ (quod dixi) hæc tum in ea parte operis de ſanitate tuenda quæ morbos præcauet ſunt ſcripta: tũ in libro qui de plenitudine inſcribitur. tum in his quæ de phlebotomia, ſiue incidenda vena, tum quæ de purgantiũ medicamẽtoꝝ facultatibus edidim⁹.

Phlebotomia.

Sed quod ad cõmouefaciendum tantum de ijs ſit ſatis: nũc etiã abũde eſt dictum.

Propria de phlegmõe tractatio.

Itaq; ad ꝓpriam de phlegmone diſputationẽ, nunc eſt veniẽdum. In qua primũ merito verba faciemus de phlegmone, prout ab affectu partis cui inſedit eſt orta.

Vbi phlegmõe & affectus ſimul curantur.

Quippe ſatis cõſtat affectum illũ principio tibi eſſe ſanandum. Mox quicquid iam phlegmones eſt factum. Porro interim ijſdem præſidijs ambo tolluntur. veluti cum ex flatulento ſpiritu & denſitate particulæ dolor eſt ortus.

Chalaſtica quæ.

Hoc eñ caſu eoꝝ quæ modice calefaciũt, quæ etiã chalaſtica. i. relaxãtia ſiue remittentia vocamus vſus eſt cõmodus. Vt qui pariter & conniuentia corporis laxet: & flatuoſum ſpiritũ tenuet. et qđ phlegmones iam cõflatum eſt digerat. Ad eundẽ modũ & ſi ex frigido dominante, intẽperies ſit oborta. Nã tunc quoq; calefaciẽdo, nõ ſolũ intẽperantiæ: ſed etiam phlegmone vna medeberis. Itidẽ ſi calor vehemẽtior intẽperiẽ fecit: refrigerãtib⁹ p̃ſidijs ambo ſiſtes. Siquidẽ intẽperãtia cõtraria ſemp requirit.

Aſtringẽtia et refrigerãtia vacuare et vbi maxime eoꝝ vſ⁹

Vacuat autẽ qđ impletũ eſt, nõ modo medicamẽtis ijs, quæ digerũt: ſed etiã q̃ aſtringũt. et refrigerãt. Magiſq; ꝓfecto ad incipiẽtes phlegmonas frigidis adſtringẽtibuſq;: q̃ ijs quæ digerũt eſt vtẽdum. Atq; etiãnũ magis, vbi craſſum qđ cõfluit nõ eſt.

Digerere qñ eſt tẽpeſtiuum.

Sed ſi ſãguis in particula quã phlegmone p̃hendit, vehemẽter eſt ipactus: nõ eſt amplius repercutiẽtib⁹ vtendum. Sed tum digerere eſt tẽpeſtiuũ.

Ex punctu aĩalis morſu ve, doloris ſedatio duplex.

Vbi autẽ ex animalis punctu morſu ve, dolor incidit: duplex ſedandi doloris ratio eſt. Vel virus ipſum vacuãdo: vel quod dolorẽ excitat, alterando. Sane vacues id, eorũ medicaminum ope, quæ vehementer attrahunt.

Alteres, ijs quæ ſunt contraria.idq; vel qualitatibus, vel tota ſubſtantia. Monſtratũ nãq; eſt, in libris de medicamẽtis q a nobis ſũt editi, quædam eſſe totis ſubſtantijs inter ſe contraria: quædam ſola qualitate. Sed & illud indicatum æque eſt, quod eorũ quæ cõtraria qualitatibus ſunt, methodus quæpiam ſit. eorũ quæ tota ſubſtãtia ſunt aduerſa, methodus nõ ſit. Sed oĩa ſint per experientiam inuenta. Tu igitur quæcũq; methodo explorentur: hinc diſces. Que experientia tantum deprehendit: ea in his operibus, quibus de medicamentis agit̃, omnia ſunt collecta. Vno quod de facultate eorũ inſcribitur. altero quod de compoſitiõe. & tertio quod de facile parabilibus. In qbus operibus oſtendimus quænã ex ſola experientia, quænã ex ſola ratione, et quænã ex ambabus inuenta ſint pharmaca. Ergo methodus quam hoc ope tradere inſtitui, in doloribus vniuerſis, qui vł ex animaliũ, medicamentorum ve noxa excitantur: duplicem indicationẽ habet. Nempe eius quod dolorem creat vacuationem, atq; alterationẽ. Vacuant id, tum excalfactoria oĩa: tum quæ citra calefactionem vehemẽter trahunt. veluti & cucurbitulæ, & cornua quædam, quibus nonnulli cucurbitularum vice vtũtur. Sunt aũt et qui ore ſuo virus extrahũt, ægre videlicet particulæ admoti. ĩpmq; labijs complexi. Huc ſane ptinet & cauterium: & medicamenta, quæ cauterijs ſimiliter, eſcarã efficiunt. Atq; hæc omnia totam eius quod infeſtat, ſubſtãtiã exinaniũt. Alterum auxiliorum genus eſt, eorũ quæ qualitatem per contrariam qualitatem alterant. Scilicet exhibentibus nobis ſi vehementem calorem æger vel in ipſo demorſo loco, vel in toto corpore ſentiat, auxilia refrigerantia. Sin frigus ſentiat, calefaciẽtia. Docuimus autẽ vtraq; in ijs operibus quæ de medicamẽtis ſunt ſcripta. At tales quidem, omnis phlegmones, cõmunes medicationes ſunt. Variantur autẽ pro laborãtium particularum ratione. Etenim id iam quoq; oſtẽſum eſt, vbi de vlcerum curatione egimus. Nec longo ſermone eſt opus, ei q meminerit, eorum quæ ibi ſunt dicta. ſed ſat erit, paucis ea tranſcurriſſe. Vna itaq; indicatio ex ĩpis ſimilaribus accipitur partibus. altera ex inſtrumentarijs. & ea quæ ex ſimilaribus ſumitur, modum calfaciendi, refrigerandi, ſiccandi, ac humectandi determinat. Quæ vero ex inſtrumentarijs, tum locum ipſum, per quem vacuare oportet: tum vacuationis rationẽ. tum vero in ſimilis ſpeciei medicamentorũ vſu, ipſum pluris minoriſq; modum. Ac de ſimilariũ partium indicatione, ſupra vbi de vlceribus eſt tractatum, diximus. de inſtrumentaria vero, hic agemus. Cũ eñ phlegmone duplici ratione a natura receſſit, & quod pars ĩpa multo ſãguine ſit referta: & quod eadẽ ſit calidior: vtiq; vacuatiõis indicatio, refrigerationis indicationem vin-

Quædã eẽ totis ſubſtãtijs inter ſe cõtraria.

Quorũ methodus aliqua ſit, quorum nõ ſit, ſed expientia.

In hoc ope ea tantũ tradi quæ methodo inueniant̃.

Quæ vacuent.

Cucurbitæ & cornua q̃dam.

Cauteriũ.

Quæ alterent.

Cõem oĩm phlegmonarum curationẽ pro laborãte particła variari.

Indicatio a ſimilaribus & inſtrumẽtarijs, quid præſtent.

De inſtrumentaliũ indicatiõe.

cit.contra ſcilicet q̃ in eryſipelate.In illo nãq; refrigerationis indicatio, magis vrget: q̃ vacuationis. quãq̃ vtriuſq; affectus curandi, commune caput eſt infeſtantis humoris vacuatio.Ideoq; poſtq̃ refrigeratum eryſipelas eſt: ad ea quæ digerunt medicamenta cõuertimur. In phlegmone igitur tantiſper eſt refrigerandum: quatenus et ad incrementum eius ſiſtendum inhibendũq; eſt cõmodum. Etẽ cum imoderatus calor dolorem excitet, atq; etiã aliquid ad ægram partem attrahat: vtroq; nomine augeſcere phlegmonen accidit. Ergo quãtũ refrigerationis, phlegmone ceu calido morbo cõgruit: tantũ certe & incremẽtum eius inhibere eſt aptum. Idẽ parem gratiam præſtat, & cũ repercutit, id quod affluit. Quod vero eius quicquid in laborãte mẽbro continetur, in proximas partes repellit, hoc phlegmones iã genitæ medela eſt. Simili modo et quæ modice excalfaciũt: vtraq; interdum ratione proſunt. Quoniã & dolorem ſedent: & quod cõtentũ in laborante particula eſt, digerant. Quippe dolorem mitigando, augeri phlegmonas vetant. digerendo, quod earum iam cõceptum eſt, ſanant. Quoniam igitur momentum omne laborantis phlegmone partis, in redundantis in ipſo ſanguinis vacuatione conſiſtit: vacuatio aũt hoc genus affectorum excogitata eſt duplex: aut tranſlato ad alias partis, qui in ægra continebatur ſanguine, aut foris a corpore expulſo: ſatius profecto eſt, vtraq; vti. obſeruantibus diligenter, ne qua ex accidenti læſio ſequatur. Ergo cum gemina ſit dictarum vacuationum vtraq;: quadruplex in vniuerſum naſcitur vacuantium auxiliorum genus. Trãſlationis eñ ſanguinis ad alias partes, alterũ genus eſt, vbi ipſa pars quæ phlegmone laborat, ſanguinẽ abigit. Alterum cũ eæ que integræ ſunt, ad ſe trahunt. Eius autem quæ extra corpus educit, alterum ſenſibili effluxu, alterum ratione tantum contemplabili, perficitur. Atq; id quod ſenſibili effluxu peragitur, alias per ipam fit partem, in qua phlegmone reſidet, alias per ea, quæ vna cum hac aperiuntur. Proinde etiam diſſectionũ noticia, ad eiuſmodi conſortium intelligendum, eſt opus. Ergo tum hæ indicationes, phlegmonarum curationem imutantes a partium natura præſtantur: tum ſupra has quæ tum ex poſitu, tum figuratione partium ſumuntur. Quas nimirũ laborans locus, qua inſtrumentalis, non qua ſimilaris eſt idicat. Sũt etiam aliæ quæ tum inſtrumentalium: tum ſimilarium cões ſunt. ſicuti cum actionem earum inſpicimus. Præterea an rara pars ſit, an denſa. an acuti ſenſus, an hebetis. Ad quæ omnia intentum eſſe oportet, qui recte curare ſtudet. Quoniam vero (vt ſemper teſtati ſumus) non ſatis eſt ipa tantũ vniuerſalia nouiſſe, niſi quis etiam in particularib[9] ſe exerceat: ita vtiq; et nos nunc faciamus. non tamen omnia particu-

Refrigerationis i phlegmone quæ cõmoda.

Modice calefaciẽtium in phlegmone cõmoda

Duplici vacuatiõe vtẽdum.

Quadruplex vacuãtium genus

Diſſectionũ noticia hic vtilis.

Quæ laborans locus vt iſtrumẽtalis eſt, indicet.

laria percurrentes. ſed ea tantum quæ nobis neceſſaria lectori videbuntur. Proponatur itaq; iecur iam phlegmonen contrahere cœpiſſe. tum quænam mali eius, cõmodiſſima ſit curatio q̃ratur. Omnium ergo primũ ab ijs quæ retuli incipiens, an totum corpus inanitione indigeat, conſyderabis. Quod ſi indigere inueneris: mox ægri virtutem æſtimabis. poſſit ne ſemel iuſtam vacuationem tolerare. Primũ ergo valida virtus eſto. Ab hac æſtimabis ætatẽ. Nam ſi puer ſit, quæ per deſectam venam fit (vt ſupra eſt monſtratum) vacuationem non feret. Verũ cum pubertatem attigerint: iam pueri miſſionem ſanguis tolerãt. Ergo pariter tũ reuellẽd⁹ tũ educẽd⁹, q ad iecur fluit ſanguis eſt. interna in dextro cubito inſecta vena. propterea quod & e regione: et ampla via cum vena quæ caua dicitur, ſocietatẽ habet. Hac nõ comparente, media ſecanda eſt. Quod ſi nec ea ſe oſtenderit: reliqua ac tertia eſt incidenda. Modũ vero vacuationis, tum ex redũdantiæ modo: tum ex reliquis quæ in ſuperioribus diximus, inuenies. ætate. natura. tempore anni. regione. & conſuetudine. tum ante hæc, ipſa laborantis virtute. Hæc eñ in oĩbus ſunt cõmunia. Illud vero interna ne, an media, an humeralis ſecãda ſit, an ea q̃ iuxta malleolũ eſt, an quæ in poplite: id vero ex laborante particula indicatur. ac definitum iam eſt, in ijs quæ de incidenda vena ſcripſimus, de vacuationib⁹ id genus omnibus. diceturq; nunc, quantum ſit ad rem propoſitã opportunũ. primũq; hoc ĩpm, non eſſe ſcilicet ſolum illud ſatis, quod vacuandum ſit inueniſſe. veluti ſentiunt qui amethodon ſectam colunt. quibus nulla de laborantium locoꝝ differentia habetur ratio. Non eñ ratio ſolum: verũ etiam vſus ĩpe indicat, aliam alij parti vacuationem congruere. Siquidem ex ijs quibus oculi tentari phlegmone cœperant, non nullos ſola purgatione per aluũ, vno die ſanatos vidi ſti. Quam rem ſi quis in iocinore cum phlegmõe laborare incipit: tẽtet: maximã excitabit phlegmonẽ. Aeque vt ſi cum in renibus, aut veſica incipit, quæ vrinas cient, exhibeat. Aut ſi cum vterus phlegmone laborat: menſes deuocet. Siquidem longiſſime a tentata fluxione parte, auellere, nequaq̃ ad eam trahere, conuenit. Hac itaq; ratione, nec ſi ventrem, aut inteſtina phlegmone occupare iam cœperit: medicamen quod aluũ deijciat, vti conueniat. eãdem cum his indicationẽ et vterus ſortitur. ſicuti cum vrinæ vaſis, pudenda. At vomitu vti pudibundis laborantibus, in diuerſa reuellens auxilium eſt. græci antiſpaſticon vocant. Eadem ratione in omnibus quæ circa caput accidunt, purgatio ad contrariũ auertit. Si qua vero circa fauces, & palatum, aut linguam aut deniq; ĩ ore, phlegmõe laborare incœperint: in his oĩbus cauẽda ſunt, quæ pituitã per os euocant, Apophlegma-

Exercitatio lectoris mẽbratim.

Phlegmones in iocinore curatio.

Si valẽs ꝑpoſiti laborãtis virt⁹ ſit.

Qñ pueris mittẽd⁹ ſanguis.

Vñ in ꝑpoſitis mittendus.

Venæ electionẽ a laborãte ptícula indicari.

Aliam alij parti vacuationem congruere.

Quã lõgiſſime eſſe a pte fluxiõe petita auertẽdum.

Exempla.

Antiſpaſticon.

Apophlegmatiſm⁹.

tiſmos vocant. Quippe cum id ſimile ſit, ac ſi deijcere aluū inteſtinis ægrotantibus velis. aut vrinas mouere cū renib⁹, aut veſicæ ſit ægre. aut vomitum laceſſere, cum partes ſtomachi ſint afflictæ. Satius igitur ſit, vbi partes quæ in ore ſunt, phlegmonē accerſere cœperint: deriuare ad nares. Pari modo venam quoq; vbi hæ partes ſic laborāt, incidere humeralem in manu. ſi ea non cernitur, mediam. vbi iecur, pectus, pulmo, aut cor ſic afficiuntur: internam. In angina, quā ſynāchen græce vocant, primas in manibus. Secūdas eas, que ſub lingua habentur. At ijs quę in occipite ſunt, ſic afflictis: etiam eam quæ in cubito eſt. nec nō eam quæ habetur in fronte. Renibus vero, & veſica, & pudendo, & vtero ſic habentibus: eas quæ in cruribus ſunt ſitæ. ac potiſſimum quæ circa poplitem ſunt. Sin minus, eas quæ iuxta malleolum. ac perpetuo quidem in omnibus, quæ e directo eſt. Vbi iecur phlegmone inuadit: quæ in dextra ſunt manu. vbi lienē, cōtra. Itaq; ſtatim prima vacuationis diuerſitas, pro particularū diuerſitate variat. conſtatq; cōmunē indicationem, non magis eſſe vtilitatis: q̄ noxæ cauſam. Siquidem quod vacuandum ſit: id cōmunis indicatio eſt. vnde autem, aut quomodo vacuatio ſit facienda, id æger ipſe docet locus. Ad eūdem nāq; modū, vbi pectus aut venter, aut partes circa collum, caput ve, phlegmone laborant: excogitatum eſt artus vincire. Quippe ipm quod phlegmone infeſtatur, vinciendum non eſt. Sed ſi in manibus phlegmone eſt orta, crura. Sin in crurib⁹, manus. ſed nec refrigerare inter initia, aut aſtringere, citra laborantis particulæ indicationem, vtilitatis magis q̄ noxæ ſunt cauſæ. Nam in particulis q̄ circa artus ſunt ſat fuerit, etiam ſpōgiam, vel ex frigida aqua, cui paululum aceti ſit immixtum, vel aquā ſola imponere. Sicut etiam ex vino aliquo auſtero. in iocinere vero, ſi phlegmone laborare cœpit: nemo compos rationis his vtatur. imo nec ſi malino infundas, aut myrteo, aut maſtichino, aut nardino, aut lentiſcino, aut aliquo oleo quod aſtringat, aut etiam alio quopiam, cui apſinthium ſit incoctū: ne hoꝝ quidem vllum cōueniet, frigidū. ſicut nec vllum cataplaſma frigidū. Sed ſi mala, præcipue cotonea, vino incoquēs, cataplaſma ex eo præparaueris: ſi iecur phlegmone laborare cœpit: ne id quidem admouebis frigidum. veluti nec oleum (vt dictum eſt) præparatum. vel oculis, vel oris partibus. ſicubi hæc tentari phlegmone cœperint. Auri vero etiam ſi acetum cum roſaceo infundas: nil offendes. At non eſt hoc oculis laborantibus vtile. veluti nec medicamen, quod ex moris conficitur. aut aliud quippiam eorum quæ ſtomatica græce dicuntur. Sunt em̄ eiuſmodi omnia oculis triſtia. quāq̄ genere. ſunt ex ijs quæ indicentur. Glandulis vero phlegmone tētari cœptis: ſæpe ſolū oleū

Venæ ſecādæ p̄ partium rōne electio.

Artuū vinctio, vbi.

Quid p̄ fluxione auertēda, vinciendū.

Refrigerare & aſtringere tū noxę, tū commodi occaſionem eſſe poſſe.

Diamorō; Stomatica.

calens, ſat fuit. Sed et reliquus victus ordinandus, ijs quibus glandulæ aut etiam aliquid circa artus phlegmone tentatur: vnam tantũ indicationem habet. quæ tot ac talia exhiberi iubet: quot & qualia facillime concoquentur. Nec quicꝙ refert, alica, an ptiſſanã, an mulſam, an punicum, an malum, an tale quippiam exhibeas. At ſi iecur phlegmone infeſtatur: exquiſitiſſimo victu eſt opus. Aeque profecto et ſi vẽter ſic laborat. quippe mutuus eorum, toti animali eſt commune. Acceditꝙ omnibus animalis partibus maximũ incõmodum, ſiue nõ probe concoctum alimentum ſit: ſiue non rite in ſanguinẽ conuerſum. Artuum vero partes, tantum alimenti capiunt: quanto ſunt nutriẽdæ Quo fit, vt ſiue ex malo quod probe in ventre ſit concoctum, alimentum ad eas perueniat: ſiue ex alica, ſiue ex ptiſſana, non multũ interſit. In iocinore vero, quantum referat nutrimentorum differentia, tũ quod maximam in vtrãꝙ partem vim habeat, hinc diſcas licet. Nam expelli e iocinore oportet, quicquid in eo, tum amaræ bilis: tũ ſaniei, quæ ex phlegmone prouenit, eſt collectum. Id vero fieri nequit, niſi et vaſa quæ ſunt in viſcere, detergeantur: & meatus qui ad ieiunũ ptinet, ſit apertus. Ergo alica cum et huic inhereat: & vaſa quæ in viſcere ſunt condita, obſtruat: præcipueꝙ eorum ora: & bilem in inteſtinum deſcendere, et alimentum in totum corpus digeri prohibet. Poſcit ergo tum iecur ipſm: tum meatus qui bilem tranſmittit, cibos et pharmaca quæ obſtructa recludant. Talia vero omnia ſunt, lenta quidem minime, ſed tenui conſiſtentia, & qualitate mordẽte. At vero ab his, vtpote rodentibus, phlegmone irritantur. Quare quæ citra roſionẽ ea detergeant, indigemus. Cuiuſmodi ſcilicet mulſa eſt. at nouimus dulcibus omnibus, tum iecur, tum lienẽ maxime intumeſcere. Superſũt igitur, quæ culpa vacent, vt in cibis ptiſſana, quippe quæ ſine roſione deterget, vt in pharmacis oxymeli aqua mixtum. Nã & punicum malũ, & cætera quæ aſtringunt, dum bilis meatum artant: bilem ipſam excerni prohibent. Atꝙ inde iocinoris phlegmõis, ſunt incõmoda. præſertim ijs quæ in cauo viſceris conſiſtunt. Quibus ad anguſtias quas facit ipſa phlegmone, etiam ea quæ ex aſtringentibus, et lentis ſit cibis, accedit. ac quæ mordent, ea phlegmonas ipſas quæ in cauo ſunt viſceris, magis irritant. Quippe his quæ in gibbis eius conſiſtunt, mutata iam veniunt, ea quæ aſſumpta ſunt. ita vt nec quæ aſtrictoria ſunt, ſimiliter adhuc aſtringant: nec quod mordens eſt, ſimiliter mordeat. nec quod propter lentorem in anguſtis vaſis herebat, ſimiliter etiãnum maneat lentũ. Eſt aũt his occaſio mutatiõis duplex. et quod prius ſunt cõcocta: & quod ſanguini, q i iocinore prius erat, ſunt admixta. Cauo autem iocinoris phlegmone obſeſſo: protinus

Victum p ptiũ rõne variari.

Iecur & vẽtriculum ſi phlegmõe tentent, exqſitiſſimũ victũ poſcere. & cur.

Quãtũ i iocinore referat nutrimẽtorũ dĩa.

Ex dulcib⁹ iecur & lienẽ intumeſcere.

Quæ mordent, cur cauitatis iocinoris phlegmonas, q̃ gibbi magis irritẽt.

Si in cauo iocinoris phlegmõe ſit, etiã i venis meſẽterij neceſſario eſſe.

etiam venas quæ in meſenterio ſunt, vna phlegmone laborare eſt ne
ceſſe. Quando ex ea quæ ad portam pertinet, omnes ſint ortæ. proti-
nus etiam quæcũq; oſculis earum inciderunt, vim ſuam oſtendere. An
tibi ad cõmunem phlegmones curationem, parua ex particulis ipſis
accedere differẽtia videtur. Mihi ſane maxima videtur. quis ij q theſ
ſali ſtupiditatem emulantur, cõmunem indicationem ſatiſfacere pu-
tent. Placet autem nũc ad memoriam reuocare tibi ægregiam eorum
curationem, quam Theageni philoſopho cynico adhibuerunt. Siqui
dem hanc norunt plurimi. propter viri famã. vt qui publice diſputa
re in Traiani circo quotidie ſit ſolitus. Erat qui hominẽ curabat, vnꝰ
ex Sorani diſcipulis, nomine Attalus. Is impoſuit quotidie iocino-
ri cataplaſma ex pane & melle. Haud intelligens viſcus hoc medio-
criter aſtringi debere. propterea quod animalibꝰ, altricis facultatis
principium ſit. & venoſum ab hoc oriatur genus. Ita igitur viſcus cu
rauit: ſicut bubonas. meris ſcilicet & ſolis relaxantibus vtens. Cata-
plaſma ex pane & melle imponens. ac prius oleo calente perfundẽs.
tum ſorbitione ex alica cibans. Hæc nãq; tria ferme omnibꝰ nũc ame-
thodis iſtis theſſalijs ad acutorum curationem ſufficiunt. Viſum aũt
eſt mihi ſeorſum Attalum monere, vt aſtringens aliquid admiſceret.
nec nudis vteretur relaxantibus. ac de viſceris quidem natura nihil
eram homini dicturus. Id eñ fuiſſet, plane aſino fabulam narrare. ſed
quo me perſuaſurum homini arbitrabar, & cui omnes facile aſſenti-
re video, id tantum expoſui. Nempe longam experientiam medicos
docuiſſe, vt iecur mixta medicamentorum materia curarent. Eam au
tem ſcriptam inuenturũ in ijs medicorum libris, qui ſint de medendi
ratiõe conſcripti. Si ergo inq̃ tibi videtur: miſce aliquid de apſinthij
coma diligenter tunſa, cataplaſmati. Oleo vero, totius herbæ aliqd,
modice id quẽadmodum alios cernis, in illo incoquentes. Cataplaſ
mati vero, id quod ex vnguento, & palmulis fit. Mirabolanu pieſma
vocant. & irim, et iunci florem. aut narditidos herbæ radicem. aut cy
peri miſcebis. non inutile fit, & ex vino ea aliquando ꝑparare. ac mi
ſcere, interim etiam de fece ipſa. Quinetiam aliquid aſtringentiũ in-
coquere maloꝶ. cuiuſmodi cotonea ſunt. et quæ vocantur Struthia.
Præterea quæ romæ abundant, vocata Ceſtiana. Oleum vero (nam
id quoq; video miſcere te) non quodlibet eſto. Sed vel hiſpanũ: vel
hiſtricũ, vel crudum, vel lentiſcinũ, vel myrteũ, vel melinũ, vel nar-
dinũ vnguentũ. Porro aliam materiam plurimam eſſe dixi, eorum
quæ incoquere liceret. Nam et lentiſci tenera germina: & myrti et ru
bri & vitis præſertim ſilueſtris. A qua oenãthen vocatã decerpimus.
Non alienũ etiam ſit, & atticũ hyſſopum, tum cataplaſmati, tum etiã

Theagenes a methodicis curatus

Iocinoris recta curatio.

Mirabolanu pieſma.

Oenanthe.

ceratis miſcere. Nam et cerata quæpiam illi ex eiuſmodi materia imponere poſt cataplaſma ſuaſi. et apponere illi tentabã vniuerſam deinceps curationem. Quo ſcilicet etiam quæ a medicis græce Epithemata vocantur ex mixta materia cõponeret. Nã melius inq̃ eſt ſublato cataplaſmate, aliquid ſuper viſcus eſſe. Attalus vero ſermonẽ interpellans, niſi multum inquit tibi tribuerem: nihil horũ toleraſſem. nam in quibus ſuperiores medici paſſi naufragia ſunt, priuſq̃ vera medicina inuenta a noſtris eſſet, ea mihi veluti ignaro ſuades. Cætera tris inquit aut quattuor dies ſine me theageni ex mea ſententia proſpicere. & ſanum eum penitus conſpicies. Sed quid inq̃ ſi cum ſubito pauci, & hi læti apparuerint ſudores moriatur, recordaberis ne quæ promiſeris, ac de cætero ſentẽtiam mutabis? Atq; Attalus poſt hæc abijt. irridens nec quicq̃ præterea reſpõdens. ſic vt neq; de alica qcq̃ me conſulere permitteret. Sed nec quod ex ijs quæ vrinas cient, miſcere aquæ paulo poſt oporteret. Quod ſcilicet iocinoris gibba eſſet afflicta. Nam ſicuti iocinoris cauũ per aluũ purgatur, ceu paulo ſupra diximus: ſic gibba eius per ea quæ modice vrinas mouent: cuiꝰ generis eſt apium. Procedente autem tempore, vbi phlegmone iam cõcoquitur: etiam valentioribus vti licet. aſſaro & celtica nardo. et phu et petroſelino. & ſmyrnio et Meo. Sicut etiam per ventrem vacuare, ſi cauũ afficitur. Cnico cibis admixto. & vrtica et mercuriali. & epithymo. & filicula. omnibꝰ præterea quæ modice aluũ deijciũt. magiſq; in remiſſionibus, tum his ipſis audacius vtendum: tum vero quæ his ſunt valentiora. partim in ptiſſana incoctis: partim tunſis, ac in molliſſimũ puluerẽ redactis. exhibenda vero & hæc ſunt, vel ex ptiſſana: vel ex aqua. Ego nãq; etiam filiculæ aliquid in ptiſſana aliquãdo incoxi. et nigri veratri corticẽ. Etiam clyſteri vacuare eos cõueniet. Inter initia vel ſale, vł nitro, vel aphronitro aquæ mulſæ admixto cõtentis. in remiſſiõe vero potiſſimũq; ſi quid ſcirroſum relictũ e phlegmone eſt: etiam valentiora medicamenta miſcentibus. Quippe hyſſopum eo caſu aquæ incoquimus. & origanũ et colocyntida. & minus centaũriũ. Oportuniſſima nãq; ad ſcirrum ſunt iecur & lienis. ſiue qs parum habita de his ratione, glutinoſo cibo vtatur. ſicut Attalus qui Theageni quotidie alicam exhibuit: ſiue nihil offerat, quod tum obſtructiones eximat. tum detergeat. verum quod cõtigit Theageni, vł potius Attalo, dici eſt tempus. vt eñ promiſerat poſt tris dies daturum ſe hominem a iocinoris phlegmõe liberatum: tum magis q̃ priꝰ calente oleo viſcus plurimũ perfudit: tum cataplaſmata frequentius eſt vſus. Hac diligentia felicius ſibi curationem ceſſuram ſperans, reſponditq; percõtantibus de Theagene gloriabũdus meliora: Cæ

Caua iocinoris p aluum,

Gibba per vrinas purgari.

Vrinas mouetia.

Caui iocinoris vacuatoria.

Clyſter.

Iecur et lienis ad ſcirros oportuniſſima.

terum contigit prout ipſe prædixeram, ſubito hominē mori. Et quod omniū maxime dignum riſu fuit, ducebat attalus ſecum, ex ijs qui de hominis ſtatu rogaſſent quoſdam, quibus oſtenderet adeo rectum eū ſe habere: vt iam eſſet lauandus. lætuſq; cum multis ingreſſus eſt domū in quo iacebat. Cum Theagenē mortuū quidam ex amicis, qui & Cynici quidam erant: & alioqui philoſophi, lauare ex more paraſſent. Itaq; etiam vſq; ad mortuum accedere, idq; vna cum ſpectatorū cętu attalo contigit. vtpote cum nemo intus lugeret. Nam Theageni nec ſeruus erat: nec puer, nec mulier. ſed cū eo ſoli amici philoſophātes verſabantur. qui iuſta quidem mortuorum, citra tamen omnē luctum obibant. Atq; hanc laudem Theſſalius aſinus inter multos ſpectatores eſt conſecutus. oſtendens explicatum a phlegmone hominē intra quatuor (vt pollicitus eſt) dies. Reliqui vero methodici, cum innumeros quotidie iugulent: adeo rationem curandi mutare adhuc nolunt: vt quæ a medicis ſunt ſcripta, qui artis operibus vere inſudarunt, ne vel ſemel experiri velint. adeo indelebile vitium vehemens ignorantia eſt. Præſertim ſi cum ſuperbia ſit coniuncta. Eiuſmodi igitur in omnibus ſunt Theſſali ſectatores. Nobis autem vitandi eiuſmodi errores ſunt. At ſi nihil aliud ſuppetat, ſaltem ipſi experientiæ credendum. Id quod ipſe perpetuo ſuadere non deſino, ijs qui circa rationem parum ſunt exercitati. Nam melius profecto his eſt, quando et rudes ſunt & ſimul in rationabili methodo, quam nos nunc p. dimus, minime exercitati, vt nihil penitus ex ratiocinādo accipiāt. Quippe iocinoris ſubſtantia, ſcirris maxime opportuna eſt. vtpote quæ naturaliter lutoſum quippiam continet. veluti medicus quidam noſtri temporis per iocum dixit. Lienis vero rarior ſubſtantia: q̄ iocinoris eſt. Cæterum crebrius ſcirroſis vitijs affligitur. propter nutrimenti quo vtitur ſpeciem. Monſtratū nāq; eſt, quod craſſo nutritē ſanguine. qui veluti limus putrioris eſt. Facillimeq; nigra bilis efficitur. ideoq; etiam ipm melancholicū, ſiue atrum appellamus excremētum. atq; hæc duo viſcera, ſcirroſis tumoribus tentari, vel experiētia ipſa clare indicat. Renes vero, quod conditi ſunt: tactū effugiunt. Cæterum hos quoq; facile ſcirris dephendi, ratio docet. Atq; idcirco nephritidas alias [struck through] ſolubiles, alias ægre ſolubiles eſſe. Cum renes ambo habeant, quæ in viſcerum vtroq; prædicta ſunt ineſſe. tum ſubſtantiæ qualitatem, tum excrementorum, quæ per ea dilabuntur, vitium. Quo fit vt qui craſſi ſucci cibis veſcantur, calculi vitio vexētur. Ergo quanto trium horum viſcerum ſcirroſi affectus difficili⁹ curantur: tāto magis eſſe ſollicitos oportet, ne quis in hos incidat. Maxime autem (vt dictum eſt) incidunt, qui ipſis phlegmone laboran-

Nimia ignorātia idelebile vitiū

Quib⁹ melius ſit expientiæ credere. nihilq; ex rōcinando accipe.

Iecur ſcirris opportunū eē.

Lienē crebrius q̄ iecur ſcirris tētari.

Renes quoq; ſcirris tētari.

Qui calculo vexent.

tibus, iȷs cibis vtuntur: qui craſſos lentoſq; ſuccos efficiāt. Quinetiā eiuſmodi affectuum medicamina, inter omnes conuenit ea eſſe q̄ diſſecent & diſſoluant & frangant. Quæ vtiq; ex eorꝶ ſunt genere, q̄ obſtructiones eruūt & detergēt. cæterū viribus valētiora. Horꝶ non ſolum materiam: ſed etiam facultatem, in opere de ſimplicibus medicamentis expoſuimus. Itaq; etiā breuior nūc ero, cōtentus gn̄ali facultate, & ſola methodo, cū paucis exēplis. Nā cū & facultatū materiam iam habeas præparatā, et quæ curationem vna coindicēt ſint prædicta: nihil nūc aliud ſupereſt, niſi vt proprias cuiuſq; morbi indicationes cōmemorē. Coindicantia igit̄ voco virtutem, naturā, ætatē, anni tempus, regionē, et cōſuetudinē, & ſi qua ſunt id genus alia. proinde de ea quæ a particulis ſumitur indicatione, deinceps dicā initio a iocinore ſumpto. Quippe vbi id phlegmone laborat, quæ extrinſecus applicantur, ea mixtæ eſſe facultatis debere poſtulat, idq; nō in generatione phlegmones modo, (eſt em̄ id omniū phlegmonarū commune, quando etiā ſi quis reprimentibus tātū illo tp̄e vtatur, non peccet) ſed etiam cū nec affluat amplius quicq;: nec repelli quod in laborante particula cōtinetur poſſit. Accidit em̄ hoc quoq; multis de cauſis. Sane in principio tum parum eſt quod affluit: tum magna ex parte non ita craſſum, tum partis ipſius quæ recipit virtus nonnūq; valentior, vtpote nondum laſſata, tum quod in afflicta continetur parte, nōdū violenter impactum. At cum phlegmone in vigore ſuo iam conſiſtit: tum multus in ea ſanguis continetur: iſq; craſſior ſubinde ac vehementer impactus, tum virtus membri iam eſt debilior. Quam alioqui valentem requirimus. Quo ſcilicet a ſe ſuperuacua amoliatur: quandoquidem haud ſatis potens eſt aſtringentium præſidiorum vis quæ ſola totum efficiat. Quippe poteſt hæc cogendis, ac cōſtringendis, & veluti denſandis, & exprimendis corporibus: quæ tenuiores ſunt ad circūpoſitas partes expellere. Cæterꝶ niſi etiam laborantis particulæ virtus aliquid auxilietur: nihil adeo magnum efficiat. tum igitur quæ a phlegmone ſumatur, vna dūtaxat eſt indicatio. Hāc græce diaphoreſin vocāt. Latine digeſtionē euaporationem ve dixeris. Hæc humorem, qui in phlegmōe obſeſſa parte cōtinet̄ p̄ meatus inſenſibiles educit. Quæ vero ab ipſa ſumit̄ parte: ea in diuerſam nos partem trahit. ſcilicet robur eius ſeruari iubens. Coeūtibus igitur vna contrarijs indicationibus: compoſitum quoq; eſſe medicamentū oportet. At fœmur ſi phlegmone laboret, aut tibia, aut cubitus, aut brachium, aut qui in his ſunt adenes: cauſa non eſt, cur horum robori conſulas. Hæc tibi communis indicatio ſit, in omnibus iȷs partibꝰ, quarum munus eiuſmodi eſt, vt toti corpori ſit ex vſu. Ergo nec cōis

Quibꝰ maxime iecur lien & renes ſcirris laborēt.

Coindicantia quæ.

De indicatiōe q̄ a ptīculis.

De iocinore.

In iocinoris phlegmone, etiā cū nihil affluat, reprimētibꝰ vtēdū. & cur.

Diaphoreſis quid.

Roboris tuendi indicatio, quarum partium ſit.

lienē tãtum relaxantibus curare oportet, cũ hic quoq; ex iocinore, quicq̃d limoſum & melãcholicon eſt expurget. propterea ſcilicet qđ ex eo humore nutrit. Idcirco quoties obſtructio i eũ icidit, aut phlegmone, potiſſimũ q̃ ſcirroſa ſit: tum ea q̃ obſtructiões eximãt, tũ q̃ diſſecent vehemẽtiora exigit. Nam quale medicamẽtũ iocinori eſt apſinthiũ: tale eſt lieni capparis cortex. Quale rurſus iocinori, qđ vocãt eupatoriũ: tale eſt lieni ſcolopẽdriũ. Siquidẽ ſimilia genere medicamẽta, ambo viſcera poſtulãt. Cæterũ tãto valẽtiora lienis: quãto craſſiore vtit̃ alimẽto. Scirro igit̃ laborantibus ipis: habilia nutrimenta ſũt, gñe qdẽ eadẽ, ſed maioris minoriſq; rõne dñia. Itaq; etſi capparis ex oxymelite edat̃: vtilis ſane eſt vtriq; viſceri. Cæterũ nec ipa pari modo nec ſiᷓliter mixtũ habẽs oxymeli. Nã et ipa copioſior: et ex minus diluto oxymelite, lieni erit vtilior. Atq; hæc dñia eſt q̃ ex maioris minoriſq; rõne accepta eſt. At ſimiliũ gñe, vel ſpecie, aut quomodocũq; dixiſſe libet pſidiorꝫ, ex actione et cõpoſitiõe indicatio ſũpta eſt. A ſocietate vero cũ vicinis partib⁹, quod idẽ cũ ſitu eſt, illa capiũtur, quod gibba iocinoris p renes expurgari oporteat. Caua vero p inferiorẽ ventrẽ. In liene vero, alterã dũtaxat eẽ ſupflui vacuationẽ, cum q̃ p renes agat̃ nulla huic viſceri vacuando via pateat. Proinde vbi phlegmone pmitur: deiectorijs id medicamẽtis, tum detergem⁹: tũ laceſſim⁹, quo remittat deponatq; ſupuacua. Sane duplex ratio eſt eiuſmodi medicamẽtorꝫ vſus. Cum partes ſuperius poſitæ laborant: p ea quæ edunt̃, ac bibunt̃. Cum inferiores, p id quod fit per clyſterem infuſum. Quandoquidẽ quæ edunt̃ ac bibuntur, eorum vis anteq̃ ad inferiores partes perueniat, reſoluitur. Quæ infuſa ſũt ea omnino ad ieiunũ vſq; aſcendere non poſſunt, imo ſi admodum nitaris: fortaſſe tenue tantũ inteſtinum contingant. Ergo illud quoq; ex partium poſitura didicimus. Nempe inferioribus inteſtinorum aliquid eſſe per clyſterem infundendum. Superioribus vero atq; etiã ipi vẽtri lieni et ſtomacho ſupne aliquid exhibendum. voco hoc loco ſtomachum, gulam, quã proprie græci ſtomachũ appellant. Nõ nũq̃ eñ ita vocãt os ventris. veluti cum ſtomachice anima linqui aliquos dicunt. verum gulæ quæ proprie vocatur ſtomachus: cataplaſmata ſuper ſpinam dorſi imponimus. non autem ad pectus. idem facimus et cum os ventris phlegmone vrgetur. Siquidem ſpinæ gula ſuperiacet. per collum & pectus vſq; ad ventrem porrecta. Neq; igitur hæc nouere, qui Theſſalum imitantur. ideoq; omnes vna ratione curant. Neq; vtiq; illud, quod omne membrum, phlegmone laborans, niſi cutim ſibi circundatam habeat ſpiſſam: tenuis ſaniei foras aliquid dimittit. Eo fit vt ex ijs, quæ in ore, & naſo, & fau-

Iocinoris et lienis indicationũ collatio.

A ſocietate q̃ iudicent̃. Iocinoris caua et gibba et lienis qb⁹ vijs expurgent̃. Quouſq; iniecta p clyſterem ptingant.

Stomach⁹ pprie. Pro gula et ore vẽtris. Vbi cataplaſmata iponenda.

Partẽ phlegmone obſeſſã niſi cutẽ circundatã ſpiſſã habeat, ſaniẽ foras emittere.

cibus, & ſtomacho, & inteſtinis, et ventre, et viſceribus ſunt, aliquid foras effluat. Ad eũdẽ modũ etiã ex interna facie pectoris, cũ phlegmone premit: excernitur aliqua ſanies. Quẽadmodũ igit lienis ipſe, & iocinoris caua p iteſtina, gibba vero iocinoris & renes p vrinas purgantur: ita pectus vbi interna eius phlegmone tentantur: p membranã qua tegit (hypezocωta vocãt) aliqd in medium ſui pulmonũq; ſpatium, trãſmittit. id aũt expurgari p eandẽ qua pulmo viam debet. Dabim⁹ igit ijs q ſic laborãt, medicamẽta qb⁹ tenuatoria ſit vis. qb⁹ et viæ aperiantur: et quæ deferẽda per eas ſunt, diſſecentur ac diſſipẽtur. præſertim cum vel craſſæ ſubſtantiæ ſunt: vel glutinoſæ qualia in his ſunt, quos Empios vocant. delegenda tamẽ ex his ſunt, qdiu adhuc phlegmone inualeſcit: quæ mediocria ſunt. Cum vero plane iam decreuit: aut penitus ceſſauit, et educi excremẽta poſtulant: quæ valẽtiora ſunt. Ergo mediocre in hoc genere eſt, tum ptiſſanæ cremor: tũ mulſa. Valentius autem, & vrticæ ſemen: et mulſa in quam coniectum fuit, paululum aliquid acrium herbarum. Quales ſũt origanũ & hyſſopum. & calaminthæ. & pulegiũ. & illyricæ ireos radix. Quod ſi vl plus horum admiſceas, vel irin in molliſſimũ puluerem tunſam, cribratamq; in mulſam imittas: maxime incidens medicamen habebis. Ad eundem modum, et quod ex marubio conficitur oxymeli, aliaq; eiuſmodi, valenter craſſiora excrementa quæ in pectore & pulmone continentur, incidere poſſunt. omniũq; eorum copiam inuenies in operibus ijs, quæ de medicamentis edidimus. Non ſolum autem iam dictam remediorum differentiam ex laborante loco didicimus: ſed etiam illud, quod quæ in ſummo corporis phlegmone laborant: ea proprijs phlegmones remedijs curentur: quæ in alto ſunt corpore, ſi cum his aliquid acrium medicamentorum ſit immixtum. Reſoluuntur enim eorum vires, dum alte deſcendunt. Hac ratione & cucurbitula (nobile plane auxilium) eſt inuenta. tum vt foras euocentur quæ ſunt in alto: tum vt eximantur atq; eruantur: quæ iam in ſcirrum abeunt. verum vtendum cucurbita in ipſa parte, quæ phlegmone vrgetur inter initia non eſt. Imo poſtea q̃ totum corpus vacuaueris. ac neceſſarium eſt eorum quæ in ægra parte continentur, aliquid educas. atq; eruas. aut etiam foras verſus attrahas. Generandis autem adhuc vitijs, minime ijs membris quæ laborare incipiunt, ſed quæ continuate his ſunt cucurbita imponi debebit auellendi in contrarium cauſa. ſic nãq; ad mamillas cucurbitas imponimus. cũ ſanguis ex vtero profluit. defixo maxime in ipſis cõmunibus pectoris & vteri vaſis, eius ore. ſic ſi ex naribus ſanguis profunditur: præcordijs maximas cucurbitas affigimus. ſic et omne aliud ſanguinis

Hypezocωs.

Pectoris ſpatium p quã viã purget.

Mediocria pectoris purgãtia.

Valẽtiora.

Acres herbæ.

Oxymeli ex marubio

Quæ phlegmonis i ſũmo & q̃ i alto corpore cõueniãt.

Cucurbitula cur excogitata.

Qñ cucurbitula i ipſa pte laborãte vtẽdũ, & qñ i huic cõtinuatis.

Varius cucurbitulæ vſus.

profluuiū, ad cōtrarium per cōmunes venas auertimus. ſic etiam et ſanguinem (ſi ita eſt opus) attrahimus. Siquidē cū menſes euocare in animo eſt: in pube & bubone cucurbitam figimus. Præterea cucurbita in occipite defixa, efficax eſt remedium, ad oculorꝫ fluxiones. Vacuari tamen prius totum corpus expedit. Nā ſi refertū ſanguine corpus ſit: in quacūqꝫ parte capitis cucurbitā defixeris: totū ipm̄ implebis. Ergo hæc omnis phlegmões cōmunis indicatio, haud quaq; ſimiliter in qualibet parte adminiſtratur. Accedit ad omnia quæ prædicta ſunt, pro non leui portione ipſius exhibendi medicamenti natura. Neqꝫ em̄ abſolute ſi adſtringere incipiētem phlegmonē eſt opus: quidlibet aſtringens in ijs quæ deuorāda ſunt, adhibebimus, ſed ea quibus nulla corruptrix admixta vis eſt. Nam atramentum inter præcipua adſtringit. Sicut etiā Miſi. et Sori. et chalcites. et Diphriges. & Aes vſtum. & ſquama eius. & flos. verū hæc medicamēta noxia deuorata ſunt. Quocirca ſtomaticis ea miſcere tutū non eſt. defluit nāqꝫ ex ijs aliquid ad ventrem. ſed nec aloen probe miſcueris, ijs medicamentis quæ phlegmones alicuius cauſa quæ intus conſtiterit deuoranda ſunt. Quando huic quoqꝫ admixta purgandi vis eſt. Cæterum vbi phlegmone prorſus inclinauerit: ſi quis paululum aloes admiſceat: deijciendi ventris cauſa, qui prorſus nō deiecit: nihil lædet. Verum ſatius eſt mercuriali, aut vrtica, aut Cnico, aut talium aliquo, aluum ſic laborantium ſubducere. In ſumma vero, ſi quis eam quæ a partibus ipſis præſtatur indicationem adimat: nihil obſtat, quo minus medicinam non ſex menſibus, ſed ſex dieb⁹ totā pdiſcas. At vero nec ſi quæ a partibus ſumitur indicationem adijcias: iam totum quod exigitur ad curationem habeas. niſi etiam methodos de medicamentis didiceris. itaqꝫ eas aggrediatur oportet, quiſqs cōſūmate ſanaturus eſt morbos. Nunc em̄ ſi alicui⁹ medicamenti meminim⁹: id (vt ſæpe teſtati ſumus) exempli cauſa fecimus. Sed adijciam⁹ adhuc ea quæ de indicatione, quæ a partibus ſumitur, nō dum attigimus. Theſſaliorum iſtorꝫ ſectā euidētiſſime pcipitantes. qui cū nec diſſectiōis rōnē attigerint: nec partiū actões, vſus ve norint: tñ cū floccos carpentem quēq cernūt, & feſtucas legētem: audent oxyrhodino caput madefacere. noſtro exemplo. Nam cur qſo nō thorace potius? Siquidē ex indicatione remedia inueniunt. ſane fieri poteſt vt etiam corde affecto, phrenitic⁹ qs efficiatur. Empiricus nāqꝫ ab experiētia ſe ait eiuſmodi medicamentorum nactum inuentionem. Qui autem & hanc vituperat: & inquiſitionem de actiōibus refugit, huic vnde queſo ſuccurrit, vt pro thorace, caput in phreniticis madefacere potius eligat? Cæterum hoc ipm̄ oxyrhodinū quod capiti phreniticorum applicamus,

*De medicamēti exhibendi natura.*

*Quæ ſtomaticis miſcēda nō ſunt.*

*Cur aloe ſtomaticis non miſcenda.*

*Caput phreniticorū oxyrhodino imbuendum.*

ceu quidā ex amicis dicere ſolebat, nō ſolū amethodos iſtos Theſſali ſectatores: ſed etiam reliquos manifeſte redarguit vniuerſos, quicūq; principem animi partem in corde ſtatuūt. Nam cū aliquādo vidiſſet quēdam ex Athinei diſcipulis, caput aceto & oleo mixtis perfundere, phibuit, iuſſitq; pectori admouere id remediū. Quippe læſam in delirio eſſe partem principem. Eā autē eſſe authore Athineo in corde, itaq; non recte relicto pectore caput eum integrum præſertim mēbrum vexare, eiq; negocium faceſſere, nunc oxyrhodinū infundendo: nunc radendo, tum ſpondyliū, aut ſerpilū, aut id genus aliqd admouendo. imo vero ſi malum traheret, etiam caſtoreum, aut etiam cucurbitam. Quippe id eſſe perſimile, ac ſi cui in fœmore phlegmone fit: calcaneo remedium applicet. Quinetiam in lethargicis, nemo eſt qui non capiti applicet auxilia. nam & id vitium contrarium quodā modo ſecundum ſpeciem phrenitidi eſt. Gignitur autem in capite in quo ſcilicet princeps animi pars reſidet. Ergo cum humor qui in capite redundat frigidus eſt: inſenſibilitas immobilitaſq; hominem opprimunt. cum calidus eſt: perpetuus potius motus, vna cum ratiōis noxa. Accidit em̄ veluti demonſtratum in libris de his eſt, ex frigore ſegnicia. ex calore, immodicus motus. Ex humoris vero vitio, dementia. itaq; incidēda in talibus affectibus vena eſt. ſtatim ab initio. ſi modo tam valens virtus ſit, vt ſine noxa miſſionem ſanguinis toleret. ac nihil prohibeat eorum quæ de ſecanda vena retulimus. Sicuti vel crudi humoris copia: vel puerilis ætas, vel anni tempus, vel regio in qua ſit extremus calor, aut frigus. Atq; hoc quidem commune vtriq; vitio, et ei quod cum ſopore: & ei quod cum vigilijs incidit. Cōmune præterea vtriuſq; eſt, vt oxyrhodinum in principio admoueas. Nam repellendus a capite humor eſt, quiſquis is fuerit. Quæ ſequūtur contraria ſunt. Nam quæ cum vigilijs cōiuncta ſunt, ea lenire expedit, quæ cum immobilitate excitare. Iure ergo cum in ſummo incremento ſunt: ijs vitijs quæ peruigilio & delirio infeſtant, perfuſiones ex papauerum capitibus applicabimus. odorem quoq; naribus obijciemus, ac nares ipſas intus, vel frontem ex ſimilibus medicamētis illinemus. Quippe ſopire ac ſtupefacere principē facultatē oportet, cerebrū ſcilicet quod ſupra modum incaluit, refrigerādo. In cōtrarijs aūt vitijs, excitare, ac noxij humoris, qui citra putredinē, et citra febrē altos ſopores inuehit, craſſitudinē icidere, atq; excalfacere. Tales nimirū īpet⁹ ſoporis apoplexias, et caros et catochas grece vocant. Qđ ſi aliqñ humor putreſcat, vtiq; cū febri icidūt ea gña vocaturq; morb⁹ græce lethargus. Incoquētes igit̄ in aceto Thymū et pulegiū & origanū aliaq; id genus: naribus ſic affectorū admoue-

Oxyrhodinum.

Capiti i lethargo applicari remedia.

Notæ.

Ex frigore, calore et humoris vitio, q̄ ſequātur.

Coia curatiōis phrenitidos & lethargi.

Propria curatiōis vtriuſq;.

Lethargus quādo.

bimus.quo vapor ad cerebrum delatus:craſſitudinem humoris diſſe
cet. Mox etiam palatũ valentibus & acribus medicamẽtis vngem⁹.
Ab his vero etiã ſternutamentis vtemur.tũ ad caput ſiẽs pſidiorꝝ fa
cultates accõmodabimus. intenta ſẽp eorꝝ etiã ad ipm vſqꝫ ſynapi ve
hemẽtia.ſi vitiũ diu trahat. Quinetiã cucurbitis ad vtrũqꝫ vitium, ſi
diutinũ ſit:vtemur.itẽqꝫ caſtoreũ. Quippe quod ea probe concoquit.
ſi debito tpe ſit adhibitũ. Quare hic ad cõmunẽ rurſus curationẽ re
deunt lethargus & phrenitis. Ergo in eiuſmodi affectibus manifeſte
redarguũtur,& q Theſſalum ſequũtur omnes:& quiſqs medic⁹ prin
cipem animi facultatem ſtatuit in corde. Nõ ſolũ ẽm iam dictorꝝ præ
ſidiorꝝ deſtituentur copia:ſed etiam cui ea parti accõmodabunt,non
intelligent. Neqꝫ ẽm tanq̃ in ophthalmia, vel pleuritide, vel angina,
tum ipo ægro affectus locus ſentitur:tum nobis partim tactu, partim
viſu innoteſcit:ſic in lethargo,& phrenitide,& epilepſia, & delirio,
& cõuulſionibus,& tetanis.præterea eo quod proprie vocatur cato
che, ſe habet. In quibus omnib⁹ præſidiorum formula,ex affect⁹ in
uenitur natura. Locus vero cui maxime ſint applicanda ex prænoſcẽ
dis,tum actionibus:tum partium vſibus. Illud autem quis in ſermo
ne aliquãdo omittatur: ſæpenumero pri⁹ dictum eſt.meminiſſe opor
tere nos eorum quæ ſimul indicent. Cæterum in præſenti eam quæ a
partib⁹ ſumpta eſt indicationem,propoſitum eſt perſequi.veluti ſta
tim in ijs quæ ad caput ptinẽt.et ſi nõ aliud,ſaltem illud noſſe cuiuis
eſt promptum.obiectum nobis ante cerebrũ eſſe, craſſam mẽbranã.
quæ corijs iſtis externis ſit aſſimilis.poſt hãc etiã craniũ. Itaqꝫ reſol
ui in denſis obicibus & duris pſidiorꝝ quæ imponuntur vim eſt neceſ
ſe.ac niſi ſuturas in capitis oſſe natura ipſa fuiſſet molita: nihil adeo
æſtimandum efficeret pharmacũ vllũ extrinſecus impoſitũ. Sed quo
niam etiam ſuturæ, et in his præcipue coronaria, non ſolum impoſiti
medicamenti qualitates ; ſed etiam ſubſtantiam, ſi tenuis eſt facile in
tro tranſmittit:merito multa circa cerebrum vitia extrinſecus appli
catorum remediorum facultate iuuantur. Ipſe ẽm in meipo expertus
memini, cum infunderetur roſaceum frigidum:citiſſime clariſſimeqꝫ
ſenſiſſe me in ſyncipitis loco,eius intrõ penetrationẽ. Quinetiã plu
rima diuerſitas ſuturæ huius in hoĩbus ſi inter ſe conferant, etiam an
te diſſectionem apparet. Vidimus enim in ijs quibus raſum caput fue
rat,iter mãdẽdũ,cõmiſſiois oſſiũ in coronali ſutura manifeſtũ motũ.
ſic vt facile appareret hominibus illis,laxã eẽ eiuſmodi oſſiũ capitis
cõpoſitionẽ. Merito igit ad hãc maxime partẽ,applicant oẽs medi
ci capiti infuſiones .videlicet accepta quaſi per manus a primis inuẽ
toribus ratione, ad id opus veniẽtes. Sed & ipi quicũqꝫ nõ negligẽter

Vbi rurſus in lethargo et phreniti de ad cõem curatõnem redit.

De corona li cõmiſſu ra.

Medicos oẽs ad coro nalẽ cõmiſſurã appli care capiti remedia.

iJs quæ fieri aſſolent attendũt, cernẽtes & quẽadmodũ ſutura ea liq̃do mota appareat, & quẽadmodũ celerrime hoĩes hac parte, ſiue ab externo quopiã refrigeretur, ſiue excalfiat id ſentiãt. Nã pręter reliqua, etiã tenuiſſimũ eſt hoc loco craniũ: & rariſſimũ. Ergo quoties medicamẽti cuiuſq̃ vim vehemẽter deſcẽdere voles: hoc maxime loco impones. Cõmodius etiã fuerit, ſi & cũ infrictione id facias, aut tũſis capillis, aut etiã plane abraſis. Quod ſi humidũ ſit, qđ applicãdũ eſt: ſi id ex alto effundas, ac veluti torrẽtis ritu illidas. quippe penitus intro ab ictu cõpellit. Sicut aũt hic vehemẽtior humoris caſ⁹ cõducit: ita in ocl'is eſt cõtrari⁹. In capite nãq; os eſt quod ferit. in oculis mẽbranoſa q̃dã ibecillaq; corpora. Et in capite qdẽ aliud eſt quod ictũ excipit. aliud quod curat. quodq; vt ictũ nõ ſentit: ita facultate quæ ex incuſſu ad ipm pueniti fruit. At in oculo nõ eſt qđ ferit, diuerſum ab eo quod curat. ſed idẽ ipm quod eſt curandũ valenter icitur. Ad hæc os capitis ſenſu caret. ocul⁹ acerrimi eſt ſenſus. Ergo infundere huic medicamẽta oportet, primũ ſupiorẽ genã blãdiſſime attollẽtes, mox minime quẽadmodũ in capite incutiẽtes. Inueniẽdi pterea humores mitiſſime minimeq; mordẽtis naturæ. q̃ cũ medicamẽtis ſint infundẽdi. At mihi qdẽ magna cũ cõſyderatõe vident veteres ad oui deueniſſe humorẽ, electo ſcilicet ex eo quod et mordẽs minime eẽt: et glutinoſum. Nã ex eo qđ minime rodit, modo dictã idicationẽ iJs cõpleuit. Ex lẽtore aũt, ad indolentiã nõ nihil confert. Quippe lenire eiuſmodi humores pñt, aſperitates oẽs, quaſcũq; acris fluxio excitat. accedit quod craſſus ac lẽtus humor, cõſtãtius q̃ tenuis et aquoſus in loco pmanet. Sane quod lentũ id quod abſq; roſione ſit, cũ modice incaleat, dolorem maxime leniat: id pfecto ex rodentibus in aluo deiectionibus didiciſti. in quibus iniectũ ſæuũ illico dolorem mitigat. Quod autem pmanere quoq; in laborante particula eiuſmodi humidũ expediat: manifeſtum eſt. Siquidem in his quæ in ventre accidũt, per clyſterẽ aſſidue infundere, moleſtum eſt. in his quæ in oculis, genã attollere. At vero exquiſitus membri ſenſus lene eſſe quod inijcietur, nihilq; in ſe aſperũ ſabuloſum ve habere oĩno indicat. hinc igit excogitatũ cõmode eſt, tum humido oui vtẽdũ: tum quæ terrea ophthalmicis. i. ocularijs medicamentis miſcenda ſunt, ea eſſe cũ ſumma diligẽtia ad vnguẽ leuigãda. Quoties tñ dolores his accidunt vehementes, repetitis iJs quæ de omniũ doloꝝ gñatione accepiſti: diſquires quonam ex his affectu dolere oculos in phlegmõe de qua nũc ſermo proponitur, contingat. Nam aut ex vehementi agris cõfluentis humoris roſione, aut quod eorum tunicæ plenitudine diſtenduntur, aut propter craſſorum humorũ, flatuoſi ve ſpiritus extẽſionẽ: vehemẽtes in

Vt medicamentũ alte penetret.

Quẽadmodum ocul⁹ tractãdus.

Cur oui album ocl'is phlegmõe laborãtib⁹.

Lẽtũ qđ roſiõe careat, dolorẽ lenire.

Manere in loco debere, humidũ quod dolorẽ ſedet.

Ophthalmica cuiuſmodi eẽ oporteat.

Roſionis ocłoꝝ cu-ratio.

his excitantur dolores. At roſionē quidē, tum purgantib⁹ medicamē
tis, ſcilicet et deorſum reuellendo: & vacuando curare conuenit. tum
ipi particulæ oui humore infuſo. quo per eum acris fluxio ſine offenſa

Lauatio phlegmōe oculoꝝ la-borāti, qñ vtilis.

eluatur. vbi autem concocta iam phlegmone ipſa fuerit, et ſimul cor
pus vacuum. tum vtiq; lauationes in balneo his ſunt aptiſſimæ. Nam
et dolorem ſtatim ſedant: & fluxionem qui ad oculos fertur ſiſtūt. Ma
xima quidem eius parte inter lauandum, per totum corpus excreta.
reliquo vero diluto. At vero diſtenſionem quæ ex repletione proue-

Diſtenſio quō curāda

nit partis: miſſione ſanguinis, & alui deiectione & infernarū partiū
frictione, curare cōueniet. Quod ſi neceſſitas aliquando vrgeat: ligan
dis artub⁹. mox fomētis ipi laborāti particulę ex aqua dulci, modice

Humoꝝ vł ſpūs flatuoſi extēſiōis, curatio.

Topica.

calida adhibitis. At humoꝝ vel flatuoſi ſpiritus extēſiones, curabi-
mus vacuato prius in his quoq; toto corpore. ſed et humorum momē
to deorſum auerſo. Mox localib⁹ remedijs (græci Topica vocāt) vtē
dū. non tamen medicamentis ijs quæ repercutiant, ac reprimāt. imo
ijs quæ euocēt. Fouēdi igit̄ ſunt (ſicut modo diximus) ac fœnigræci de
coctum ijs infūdēdum. Sed lauato prius curioſe fœnogræco. ne qd il

Fœnūgręcū ad oculos.

li vel pulueris vel ſabuli adherens clam lateat. Eſt nāq; medicamen
hoc maxime omniū quæ oculis applicantur, ſine offenſa digerēs. Me
miniſſe vero in omnibus quæ membratim docentur, cōmuniū præce
ptorum oportet. Quorum vnum id eſt, digerentia medicamenta, vbi

Cōe de digerentibus pceptum.

redūdātia in toto corpore ſubeſt: ſi particłis quibuſdam applicētur:
implere potius q̄ educere. Ergo tū reliquos morbos: tum vero phleg
monas, ſicubi curas: nullo euaporante auxilio prius vteris: q̄ totum

In oī vitio obſeruādū.

corpus purgaueris. Illud quoq; attendas in omni vitio, nedū phleg-
mone oportet. aliquando totum corpus mediocri habitu eſſe in hu-
morum, tum qualitate: tum modo. vnam autem aliquam aut duas ea-

Diutinę ad ocłos fluxionis, curatio.

rum quæ ſuprapoſitæ ſunt partium, redundantiam ſuā ad ægrā trāſ-
mittere. veluti non raro, ſed plane ſæpe numero accidere in ocłis vi-
dere licet. capite his fluxionem mittēte. Manifeſtum igit̄ arbitror in
ijs quoq; eſſe, ipm prius caput ſanandū eſſe. explorato eius affectu,

Quæ maxime intēperies, fluxiones ad caput mittāt.

quē ſupfluoꝝ gñatio comitatur. Et diutinas quidē ocłoꝝ fluxiones
curamus, oculis ipis dimiſſis. atq; ad capitis curationē cōuerſi. Cui⁹
vitiū ſi ex genere intemperantiarum ſit curationem ex ſibi cōtrarijs,
ſicut prius monſtratum eſt, adhibendam indicat. Plurimū igitur vel
frigida intemperies caput vitiat: vel humida. nec dubiū eſt quin etiā

Fluxiōis acris ex calida ītēpie ortæ, curatio.

ambæ congrediantur. Rariores ſunt quæ propter calorem acrē ocu-
lis fluxionem īmittunt. in quibus haud expedit ijs quæ ex Thapſia
et ſinapi fiunt medicamentis vti. imo cōtrarijs omnino. Oleo crudo
et hiſpano. & roſaceo. tū frequēti ex aqua dulci, in balneo lauatione,

Atq; aliquando cerebrũ ipm fluxionẽ trãſmittit. debetq; huius intemperies totius capitis epithematis corrigi. Aliquando vaſorum ipſorum vitium eſt. cum venæ vel arteriæ imbecilliores ſunt. ſic vt aliorũ vaſorum ſuperuacua recipiant. Quo caſu aliqua earum parte exciſa, aut etiam totis benealte præciſis, dura cicatrice quod intereſt, intercipimus. Qua diſiunctæ inciſæ vaſis partes: continuæ præterea nõ ſint. nec ex altera in alteram confluere aliquid poſſit. Cæterum cum eorũ vaſorũ quæ in profundo ſunt recondita, ac e ſuperiore ad oculos vna cum neruis perueniunt, vitiũ eſt: nihil horum agi licet. Proinde ægre curabiles omnes eiuſmodi fluxiones ſunt. Quæ vero extrinſecus poſita vaſa ſunt: ea vel ſine chirurgia roborare licet. illitis medicamentis quæ robur inſerant. græci Tonica vocant. Eſt & quando calidus ſanguis, ac vaporum plenus, ad caput aſcendit. ac maxime in arterijs redundat. Cui vitio excogitatum ſaluberrimum remedium medicis eſt, vt ipſa incidatur arteria. Oportet autem deraſo capite, curioſe tangere, tum quæ retro: tum quæ ſecundum vtramq; aurem ſunt arterias. Præterea quæ in frõte et quæ in temporibus ſunt. Quarum quæ calidiores apparebunt, ac maiorem q̃ aliæ exhibentes pulſum: hæ ſũt incidendæ. Quæcunq; vero & paruæ et prope cutem reſident: harum vel ſi partem aliquam excideris, veluti facere in crurum varicibus ſolemus, aptius erit. noſtroq; tempore, quidam ex ocularijs medicis non minimus, ex arterijs quæ in temporũ ſummis muſculis reſident, nõ exiguam excidit partem. Ac fere quidem cum exciditur arteria, reliquæ eius partes ad ſibi continuas retrahuntur. Euenitq; id magis in ijs arterijs quæ tum minores ſunt: tum minorem exhibent pulſum. Quod ſi inter nudandum appareat tibi vas magnum, aut magnum exhibere pulſum: tutius fuerit vinculo id prius excipere. Mox quod in medio eſt præcidere. Sunto autem eiuſmodi vincula, ex materia aliqua minime putreſcibili. Talis autem romæ eſt ea quæ Gaietanorum dicitur. Ipſa ex gallijs aduecta. venditata vero maxime in ſacra via, quæ á templo deſcendit ad fora. Ac horum quidem romæ facilis eſt occaſio. Viliſſime enim venduntur. At ſi in alia vrbe artem exerceas: comparetur filum aliquod, ex ijs quæ ſerica nũcupantur. Habent enĩ ea diuites mulieres in multis ſub ditiõe romanorum locis. potiſſimũ in magnis vrbibus. In quibus multæ ſunt mulieres id genus. Sin huius facultas non eſt: ex ijs quæ inueniuntur in regione quam incolis, deligito materiam quæ minime ſit putreſcibilis. Cuiuſmodi eſt gracilium chordarum. Nam quæ facile putreſcunt: eæ cito a vaſis decidũt. Nos vero poſtq̃ vndiq; ſũt carne impleta: decidere vincula volum⁹. Quæ nãq; caro in abſciſſis vaſorum partibus coaleſcit: ea pro oper-

Si cerebrũ fluxiones mittat.

Si ex vaſorũ vitio ſit fluxio. Curatio.

Quę fluxio ægre curabilis.

Tonica.

Si calidus ſanguis & vapo℞ plenus ad caput aſcẽdat curatio.

Ocularius medicus.

Qđ vinculũ arterijs cõparãdũ.

Quod vinculũ venis.

Varix qd.

culo eſt. ac oſculum eorum cludit. Poſtea vero q̃ id factum cernitur: decidere iam vincula ſecure poſſunt. At vero cum venarum partem aliquam exciderís: non eſt opus eas tam imputreſcibili materia deliges. ſed ſuffecerit alia quæpiam. Siquidem in arterijs, perpetuus motus inſecti vaſis ora reſoluit. In venis autem poſtea quam ſemel ſunt vtcunq; clauſæ, ſiue per deligaturam conſtrictæ, ſiue per medicamentum aſtrictæ: permittunt circumpoſitam carnem circa coaleſcere. potiſſimum ſi qui curatur immotam partem ſeruet. magiſq; etiam ſi toto corpore vacuato, ſuppinam habeat non pronam. Quippe etiam varices ita curamus. vocatur autem varix vena dilatata. Porro dilatatur in teſticulis & cruribus omnino. Sed quoniam cum hos ſcriberem commentarios, non pauci amicorum rogarunt, vt in fine operis omnia quæ ad chirurgian pertinent, deinceps memorem: icirco tractatio de varicibus nunc differatur. Cum vero non pauci ſpeciatim ſint oculorum morbi, qui magis ſpecialem curationem deſyderent: ne de his quidem hoc loco eſt agendum. Nam qui curioſe quæ prædicta ſunt legerit, et naturali prudentia fuerit: huic omnia inuenire eorum rationem ſequenti, nullo negotio licebit. Qui ita non ſunt: his ſatius fuerit omnium vitiorum quæ oculis incidunt, curandi rationem priuatim ſcribere. Maxime cum amicorum non pauci ita poſtulãt.

# GALENI METHODVS MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS THOMA LINACRO ANGLO INTERPRETE.

## LIBER DECIMVSQVARTVS.

DE tumoribus qui præter naturã in corpore cõſiſtunt, quot numero qualeſq́ ſint: proditum a nobis ſingulari volumine ſeorſum prius eſt. Quemadmodum autẽ hi methodo curandi ſint, quod vtiq́ docere propria propoſiti operis profeſſio eſt, in horum commentariorũ tertiodecimo præcipere cœpimus. Et quoniã in ſuperioribus de omni febrium ratione ſermo erat habitus; aptius viſum eſt, de phlegmone primũ dein diſſerere: vt quæ et frequentiſſime incideret: et febres ſubinde accenderet. Ac dictum quidem non nihil fuerat, in febriũ curatione, inter cæteras earum cauſas, etiam de phlegmone. Verum abſolutus ſermo, & qui proprie illi debebatur, in libro qui hunc præcedit, eſt traditus. In quo methodum curandæ eius qualiſnam eſſe cõueniat, tradidimus. nequaq̃ tamen auxiliorum materiam. niſi tantum exempli gratia, ſicut in ſuperioribus fecimus. Haud longe vero a phlegmone abeſt, & alius morbus, quem græci Eryſipelas vocãt. Is vti monſtratum eſt, ex bilioſo ſucco naſcitur. Sed ꝑſtiterit fortaſſis eum pluribus verbis a phlegmone diſtinguere. Ergo cõmunia ambo rum ſunt, tum tumor, qui præter naturã ſit: tum vero calor. Diſſident inter ſe primum et maxime colore. Quando ſi is ruber ſit: phlegmonẽ vitium appellant. Sin pallidus flauus ve, vel ex pallido flauoq́ mixtus: eryſipelas. Præterea pulſatio magnæ phlegmones proprium eſt ſymptωma. Quippe quæ alte magis in corpus dimittitur. Eryſipelas in cute potius conſiſtit: q̃ alte deſcendit. Tenuis nanq́ ſubſtantiæ eſt, pallidæ bilis humor. Itaq́ facile ad ipſam cutim tranſfluit. carnoſis rariſq́ corporibus tranſmiſſis. Cutis vero denſitas nõ æque eſt huic bili peruia. niſi ſi admodum tenuis aquoſaq́ eſt. Talis nanq́ maxime eſt etiam quæ quotidie cum ſudore exit. Licetq́ multorum qui in balineis ſudorem ſibi ſtrigilibus detergent: hunc eius videre coloris, cuius lotiũ eſt, his qui diutius cibo abſtinuerunt. Neq́ ẽm id ignoras, qui inediam diu tolerant: eorum pallidius ex aquoſo lotium reddi. Mox vero etiam flauum. niſi quis prius humectante nutrimento, potioneq́ ſcalorem corporis irroret. Ac corpore quidẽ ꝑ naturæ modo

Eryſipelatis et phlegmões collatio.

Cõia ãboꝝ

Propria vtriuſq́.

Inediã tolerãtiũ vrina

Amara bilis qñ inſenſibiliter exhalet.

ſe gubernante:amaræ bilis ſuccus inuiſibiliter exhalat. Præter natu-ram vero ſe habente:tum in alijs de quibus poſt agetur vitijs redun-dat:tum vero in eo de quo nũc agitur.quod Eryſipelas vocant. Cum

Quãdo nõ

enim vel longe copioſior:vel craſſior, q̃ pro naturæ modo redditus, vniuerſus ad cutim fuerit:eam tum perurit, tum in tumorem attollit. Sed ſatius eſt, veluti ſemper non dicimus modo:ſed etiã facimus: ita

Inceptiõis a reb⁹ exẽ-plum.

nunc quoq; a rebus non a nominibus initiũ faciamus. Alterũq; prin-cipium priore ſcilicet cõmodius eiuſmodi ſermoni demus. Cum ſan-guis copioſus in aliquam particulam procubuit, ſic vt ab eius parti-

Phlegmo-nes gñatio.

culæ vaſis nequeat cõtineri, exilitq; aliquid roris vice ex ipſis vaſis, in ea muſculorum ſpatia quæ ſimilaribus corporibus, ex quibus cõ-ponuntur, interueniunt: vtiq; tumor ex plenitudine oritur. cui ſucce-dit cutis tenſio. et in alta carne cum pulſu dolor. et tangenti renixus quidam. et rubor. et calor. Ipſa nimirum cute ea quæ ſubiecta ſibi ca-ro patitur, ſentiente. Similis iam dicto et in viſceribus affectus orit̃. Eſt enim his quoq; ſua quædam caro, quam aliqui parenchyma græ-ce vocant. In quam videlicet ſanguis ex refertis vaſis, halitus ſpem exudans: iam dicta ſymptomata efficit. Atq; hic vnus affectus eſt ſan-guineæ fluxionis ſoboles, in carnoſa corpora maxime incidens. Se-

Eryſipela-tis gñatio.

cundus alter bilioſæ fluxionis germẽ eſt. ac circa cutim maxime con-ſiſtens. Tum hanc inq̃ foris, quæ omnium partium cõmune eſt tegu-

Duplex cu tis.

mentum: tum membranoſam & tenuem quæ ſingulis internarũ eſt cir cundata. Ergo ſicuti prior affectus etiam cutis aliquid apprehendit: ita hic quoq; aliquid ſubiectæ ſibi carnis occupat. Quod ſi craſſior hu

Epidermis

mor acriorq; fit: ſummã cuticulam (græci epidermida vocant) exco-riat. Spatioq; ad profundum aliquando cutis exulceratio peruenit.

Eryſipelas duplex.

Atq; hic quidem affectus Eryſipelas nuncupetur. duplici vt iam dictũ eſt diuerſitate. Quod vel abſq; exulceratione, vel vna cũ hac incidat. Prior autem affectus vnius rationis eſt. voceturq; phlegmone. Cum ergo nec plane bilioſa nec ſanguinea fluxio eſt, ſed ex ambabus mix-

Phlegmõe eryſipelato ſa. Eryſipe-las phleg-monoſum.

ta: vtiq; ab eo quod in mixtura exuperat, nomẽ ipſi indatur. Ac dicat̃ de eo id quod exuperat. Sic vt vel phlegmonẽ eryſipelatoſam id voce mus: vel Eryſipelas phlegmonoſum. Vbi neutrum vincit: ibi vitium phlegmones eryſipelatoſq; medium nominetur. Curationis vero me

Mediũ vi-tium.

thodus ſicuti in alijs compoſitis: ita et nunc tradatur. Initio a ſimpli-cibus ſumpto. Ergo omnibus qui ſic præter naturam cõſiſtunt tumo-ribus, cõmunis indicatio, vacuatio eſt. Adieci vero illud, ſic, admo-nens te multitudinis humorũ, qui eos excitent. Nam ſi quis hanc va-

Vacuatio duplex.

cuet: naturalem habitum membrũ recipiet. Iam vacuatio pari modo omnium duplex eſt. Vna repellentium ad alias partes, altera foras

digerentium, per eum qui ſenſum fugiat halitum. At quoniã eryſipelas non quantitate modo affligit: ſed etiam ex vehementi ſcilicet inflãmatione, qualitate ipſa cruciat: ampliorem refrigerationem q̃ phlegmone requirit. Nec tamen non periculoſa toti corpori eſt eiuſmodi curatio. Propterea quod bilis interim ad aliquod princeps membrũ fertur. Quippe cum ſi vel ſanguis ipſe abundet: haud tutum ſit, ex minoris notæ membris fluxionem eius reprimere. Tanq̃ igitur in illa, poſt totius corporis vacuationem reprimentibus auxilijs vſi ſumus, ita nunc quoq; faciemus. ſed pro ſanguinis miſſione, medicamento quod bilem trahat, purgantes. Ipſam vero afflictam particulã refrigerantes. Eſto autem refrigerationis terminus, ipſa coloris mutatio. Etenim quod purum eryſipelas eſt, ſtatim cum hoc quieſcit. Quod nõ purum eſt, ſed iam quodãmodo phlegmonodes ſi pluſculum refrigeres liuidam cutim præfert. Sin ne ſic quidẽ quis deſiſtat: nigricat. potiſſimum in ſenili corpore. Sic vt quædam ita refrigeratorum, ne digerentibus quidam medicamentis ad perfectionem ſanentur. ſed ſcirroſus quidam tumor in particula derelinquatur. Ergo ſatius eſt vbi laborantis particulæ alteratum colorem videris: a refrigerantibus aſtringentibuſq; ad cõtraria tranſire. priuſq̃ vel liuida: vel nigra prorſus fiat. Porro refrigerantium materia in opere de medicamentis eſt tradita. Solanum, et ſemperuiuum, et portulaca, & vmbelicus veneris, et pſylium, et altercum, et lactuca, et intybum, et lenticula a lacunis ſiue paluſtris, et cerata ex aqua admodum frigida, & alia id gen⁹. Vbi vero inflammatio ægrotantis membri iam deſijt: cataplaſma illi priuſq̃ lineat, ex ordei farina ωmen lyſin græce vocant eſt imponendum. Quod ſi iam liuor occuparit: inciſa cute cataplaſma ſuperponẽdum eſt. perfundenduſq; locus plurimũ quidem ex aqua calida, ſed et marina aqua et muria interim conducet. Quinetiam ipſi cataplaſmati eiuſmodi aqua vel acetum vel oxalme miſceatur. Hoc tempore etiam coriandrum cũ polenta quidam eſſe ſalubre Eryſipelatum medicamẽtum ſcripſerunt. Alij rurſus eodem inter initia vſi: magnæ noxæ occaſio laborãtibus fuere. ſed et roſaceum ceratum, cui immixtũ ſit calcis aliquid, eodẽ modo ſunt qui prodiderũt Eryſipelati prodeſſe. aliaq; ſimilis generis non nulla, ex ijs quæ valenter excalfaciant. Quorum nullum eſt eryſipelatis medela. anteq̃ videlicet mutatum, deſinat eſſe id quod ab initio fuerat. atq; alterum iam, illiq; contrarium euaſerit. Quomodo enim quæſo non ſit contrari⁹, calido affectui frigidus. aut ei quod flauo aut pallido colore eſt, id quod liuidum aut nigrum eſt. Sicuti autẽ ſubinde phlegmone admiſcetur eryſipelas: ita etiam aliquando oedemati. ac vocetur quod ex ambobus tum eſt conflatum, ſa-

Eryſipelatis curatio.

Quouſq; refrigerãdũ.

Refrigerãtis materiæ exempla.

Cataplaſma, qñ iponendũ.

ωme lyſis quid.

Si liuor occuparit, qd agendũ.

Eryſipelas oedemato-

eryſipelas oedematoſa. Non ſecus q̃ vbi ex refrigerãdo durũ ægreq́ꝫ

*Eryſipelas ſcirroſum.*

reſolubile reddit, vocabitur eryſipelas ſcirroſum. Iam curatio quoq́ꝫ

*Curatio.*

veluti in omnibus compoſitis: ita in his adminiſtrabitur. ac potiſſi-
mum quidem contra exuperans pugnabitur. Non prætermiſſa tamẽ
nec ea quæ ex admixto præſtatur, faciendorum indicatione. Sicut em̃

*Oedema quid.*

ex bilioſa fluxione, eryſipelas: ita ex pituita conſtat oedema. Ipſum
rara quædam atq́ꝫ indolens moles. Equidem ſcio aliter quoq́ꝫ oede-
mata ꝓuenire. ſicut in pedib⁹ in intercutis aquæ affectib⁹. et phthois-

*Oedematis pedũ in intercute et phthoe, & alijs vitijs curatio.*

alijſq́ꝫ qui vehementes ſint malis corporis habitib⁹. Atq́ꝫ in illis qui-
dem oedema multitudinis eius quæ hominem premit eſt ſymptωma.
nullam ſeorſum propriã curationẽ requirens. Nam ſatis erit ſi modo
curatione egebit: ipſa tum crura perfricare, alias oxyrhodino: alias
oleo cum ſale, aut etiã oxyrhodino ſal habente. At ſi ex pituitoſo hu

*Oedematis ex pituitoſo humore ĩ particulã cõfluẽte, Curatio.*

more in particulam influente, oedema conſtitit: abunde aliquando ſa-
tis facit ſpõgia, quæ ex aqua in qua ſit aceti aliquid, maduerit. Porro
hæc ita attemperabuntur: vt vel bibi poſſint. vel vt nõ multum ſupra
hoc aceti habeant. Deligare vero ſpongiã debebis, ab inferiore par-
te incipiens. ac ſupra finiens. Eſto autem ſpongia modo conductura
ſit, omnino noua. Huius ſi occaſio non eſt: cuius erit, hãc detergebis
expurgabiſq́ꝫ nitro et aphronitro et aqua lixina. Quod ſi ſub his oede

*Poſcæ temperatio.*

ma non ſubſidat, vbi rurſus deligabis: puſillũ aliquid aluminis cõij-
cies. ac nouam ſpongiam admouebis. Si nouæ copia non ſit: melius

*Deligationis ratio.*

eſt eo quod vulgus vocat elychniõ vtare. Id vero ante omnia molle
eſto. Quod genus tarſicum eſt. Cuius ſi facultas eſt: audacter vtitor.

*Spõgiæ p̃paratio.*

vtilius enim experiere, q̃ ſpongiam. Madeat vero ex puſta, quæ ali-
quid habeat aluminis. tum (vt p̃ſcriptum eſt) deligetur ab inferiore

*Elychniõ.*

ſurſum. Sit autem artatio mediocris. veluti in oſſis fractura. ac p̃mæ
quidem faſciæ iniectiones, quæ ſcilicet inferne incipiunt, magis artã-
dæ. quæ deinceps ſunt: ſenſim remittendæ. Cæterum non adeo vt laxa
ſit aliqua deligationis pars. Porro idoneũ medicamentum ad hæc et

*Glaucium.*

Glauciũ eſt. tum ipſum per ſe liquatum in puſta: tum vel magis medi-
camẽtum noſtrum, quod ex eo compoſitum eſt. Cuius compoſitionẽ
habes in eo opere, quod de medicamentis eſt inſcriptum. Sane hacte
nus a me ſcripta ſunt opera tria, vnum de ſimplicibus. alterũ de com

*Liber de decẽ tractatibus.*

poſitione medicamentorum. et tertium de facile parabilibus. Vide-
turq́ꝫ mihi adijciendum quartum. quandoquidem multi amicorum ita
ſuadent. In eo de cõmunibus et proprijs cuiuſq́ꝫ partis et vitij medi-

*Diaglaucii, quibus vtile.*

camentis agetur. Verũ medicamẽ illud quod glaucium habet, nõ Oe
demata modo: verum multo etiam magis tum eryſipelata: tum phleg
monas incipientes ſanat. ac potiſſimũ calidas. Manifeſtum autẽ qđ

eryſipelatoſas phlegmonas et eryſipelata phlegmonoſa idem medicamentum ſanet. At non eas phlegmonas quæ in ſcirrum tranſierunt, aut eryſipelata quæ iam refrixerunt. aut deniq; vllum ſcirroſum affectum ſanauerit. de quibus vtiq; in quinto de ſimplicium medicamentorum facultatibus aliquid eſt proditum. dicetur vero et nunc. Siquidem humor vnde eiuſmodi vitiū naſcitur, aut glutinoſus eſt, aut craſſus. aut vtriuſq; rationis particeps. Curandi vero eius cōmunis indicatio eſt, vt quod præter naturam in particula eſt, totū vacuetur. Modus tamen vacuationis eius proprius eſt. Nam detergere id, vbi cōtumaciter inheret oportebit. Quod ſi quis ijs quæ vehementer trahūt digeruntq; medicamentis vacuare tentet: nec ijs quæ humectent et excalfaciant molliat, ac liquet: huic paucis primis diebus egregie proceſſiſſe curatio videbitur. Cæterum quod de affectu reſtabit, id inſanabile erit. Siquidem toto quod in eo tenuium partium erat digeſto: quod reliquū eſt veluti lapidoſa concretio linquetur. Quippe etiam qui in articulari morbo viſuntur pori, ex humore craſſo glutinoſoq; proueniunt. quando is non paulatim eſt digeſtus. Sed violētis medicamentis totus ſimul ſiccatus. Ad eundem modum et calculi generant in renibus. aſſo ſcilicet in his craſſo glutinoſoq; ſucco. Hac igitur de cauſa ad ſcirroſos affectus nullū vehementer excalfaciens ſiccans ve medicamentum eſt aptum. Sed ea tantum quæ cum molliendo digerere cōmode poſſunt. Cuiuſmodi ſunt tum ceruina medulla: tum vitulina. tum ſeuum hircinū. & taurinum. & leoninū. Ad hæc Ammoniacum thymiama. et Bdellium vtrumq;. magiſq; Scythicū. quanto videlicet eſt humentius. Pari modo et Styrax qui humentior eſt, ſicco vtilior eſt. his igitur indicationibus attētus: etiam complicatos affectus ſanare poteris. pro ſubinde iam dicta in omnibus cōpoſitis vitijs methodo. Mihi vero iam tempeſtiuum fuerit de affectarum partiū differentia mentionem facere. Quam ſemper in omnib⁹ tum morbis, tum ſymptomatis, in memoria habendā cenſui. Diximus autē non pauca de omniū earum indicatione in libro qui hūc præcedit. Si quidē omnium qui præter naturam ſunt tumorū, in quibus vtiq; adhuc nō ſunt geniti pori, prima indicatio vacuatio eſt. Earum vero partium, quæ iam ſcirrum contraxerunt, vacuatio per iam dicta medicamenta perficitur. Vocareq; ea malactica. i. mollientia medici ſolent. Quoniā autem membrorum alia rariora naturaliter ſunt, alia denſiora: etiā vacuationem eorū diuerſa ſpecie remedia poſtulare eſt neceſſum. Hac igitur de cauſa tum in tendonibus: tum in ligamentis, cū ſcirroſa fuerint: viſum mihi ſatius eſt, ei curationi quā per mollientia molimur, aliquid incidētiū admiſcere. Ex quorum numero vel in primis acetū

De ſcirroſis affectib⁹ Generatio taliū, vn̄. Curatio.

Pori in articularijs morbis vn̄. Calculoꝝ ī renib⁹ gn̄atio, vnde.

Scirroſis affectib⁹ apta medicamēta, quæ. Bdelliū ſcythicū. Styrax humentior.

De partiū indicationibus. Malactica.

Tēdonū et ligamētorū ſcirroſorū, curatio.

eſt. Interim vero et in alijs partibus, quas ſcirros affecit, eo vtimur. vt paulo poſt dicã. Verũ in tendonibus et ligamentis in hunc modũ. In aceto acerrimo candentem igni lapidem extinguo. Ac ſi quidẽ haberi poteſt, qui certe in magnis vrbibus rarus non eſt, pyriten. Sin eius copia non datur: molarẽ græci Myliten vocant. Scilicet ex quo molas, quibus molimus faciunt. Deinde aſcendente poſt infuſum lapidi acetum vapore calido: in hoc dimoueri ſcirroſum ligamentum vel tendonem cogo. atq; exinde rurſus medicamẽ quod molliat impono. Oleo tamẽ non aqua, quotidie omnino laborantẽ particulam perfundo. Eſto autem id oleum haudquaq̃ aſtringens, ſed plane tenuiũ partium. cuiuſmodi ſabinum eſt. Incoquimus autem oleo interdũ altheæ radicem, ac ſilueſtris cucumeris. et ſi qua eſt ei⁹ generis alia. Atq; hoc vtor (vt dixi) quotidie. Cæterum curatio quæ per acetum adminiſtratur, vtilis eſt, vitio iam adulto. et cũ præparata iam ſub mollientibus pars fuerit. Excogitaui autem et compoſita quædam ex aceto medicamenta: quæ inter mollientiũ vſum, ad vnum diem impono. Siquidem aceti vis, modo ea quis modice et debito tẽpore vtatur, ſalutaris eiuſmodi affectibus eſt. ceu craſſos humores diſſecans. ac reſoluens. Sin vel immoderatius vel in tempore non idoneo: tenuiores partes violenter abſumẽs: id quod reliquum eſt, lapideſcere ſinit. Sed et ſi quis eo diutius vtatur: ſubſtantiam ipſam neruoꝝ delibauerit. Ob id igitur nec ſæpe: ac inter initia, nec longo tempore, medicamẽtis quæ ex aceto componuntur, ad ligamenta et tendones eſt vtendũ. At in liene, et carnoſis muſculi partibus, ſcirro affectis, tutus eius eſt vſus. Quippe raræ ſunt naturaliter hæ partes. nec eſt qđ metuas, ne quis neruus eius vi lædatur. Ac ammoniaco quidem Thymiamate cum aceto, etiã alij non pauci lieni imponentes vtuntur. ad luti ſcilicet craſſitudinẽ, quod ex vtriſq; mixtum eſt redacto. Idq; ſolum ei curando ſatis fuit. Ad muſculos vero alium ſane non vidi. Ego vero etiã ſæpe ſum vſus. vtiq; mollientium vſui interponens. Atq; ſub illis nullus cernitur euidens vtilitas. Sed poſtea q̃ mollitus per ea ſcirroſus tumor eſt: maximum certe vſum Ammoniacũ aceto liquatum confert. Sufficit autem eo vno altero ve die vſos, rurſus ad mollientia reuerti. Ac rurſus his pluribus diebus vſos, denuo ad medicamen quod ex aceto fit redire. ſiue id Ammoniacũ, ſiue quid aliud habeat eorum mollientium, quæ paulo ſupra ſunt comprehenſa. Neq; enim aliud quicq̃ eſt admouendum. Cuiuſmodi ſcilicet pleraq; ſunt, eorum medicamẽtoꝝ quæ ſicca vocant. Siquidem inter initia medicamentum probabis. Sed id inſanabiles affectionis reliquias relinquet. Ego nãq; eius rei cauſa in medio tẽpore cataplaſmate ex althea ſum vſus. Vocat autẽ hanc vulgus

Pyrites.

Mylites.

Oleũ quale his aptũ.

De aceti vſu in varijs ſcirroſis partib⁹.

Althea.

Anadendromalachen. Huius igitur radix ſeuo liquata, ſalutare ad talia medicamētū eſt. Eſto autē ſeuū ſi fieri poteſt, anſerinū. Sin id non ſit: gallinaceū. Sin nec huius facultas ſit: ſuillo vtendum. Sed et ſilueſtris maluæ, quæ paſſim naſcitur folia, cū ſupradictorū aliquo tuſa ꝓficient. Meliora tamen crudis ſunt, quæ modice ante ſunt decocta. Ac eiuſmodi quidē auxilia, et curationis variatio, qualis iam cōpræhenſa eſt, omniū particularū quæ ſcirroſis vitijs ſunt affectæ cōmunia ſunt. Ad eundē modum oedematū curatio, quā paulo ante memorauimus, cōpræhenſis iam differentijs per particulas variatur. Iis enim quæ in præcordijs ſunt oedematis, nemo frigidam ex puſta ſpongiam applicuerit. veluti nec alijs qui in his ſunt tumorib⁹. Iam quis apſinthium oleo incoquens, genu vnq̄ perfudit? Quis oculū, aut aliquid eoꝝ quæ intra os ſunt, qualitercūq; affectū? At iocinori ægrotanti et lieni ſubinde cū maxima vtilitate adhibentur. Docet id ipſum et experientia, quæ vim eoꝝ euidenter indicat. nō ſecus q̄ ratio. Nos tamē nunc hoc opere ſolam eā remediorū inuentionē quæ methodo paritur, qualis nam ſit diſſerimus. In operibus de medicamentis ambas miſcuimus. omnia medico cognoſcenda eſſe rati. tum quæ ſolo inuenta ſunt vſu, tum quæ ſola ratione. Ad hæc tertio loco quæ conferentibus ad inuētionē vtriſq;. Omnibus autē his ille ſolus cōmode vtetur, qui in hac methodo eſt exercitatus. Ac de phlegmone quidē ſcirro et oedemate ſatis ſunto, quæ hactenus ſunt cōpræhēſa. Illo non omiſſo q̄d ſcirrū nominamus tumorē durū, qui ſine dolore eſt. nō tamē oīno ſine ſenſu. Talis em̄ ſanabilis nō eſt. reliqui oēs ſicut ægrius ſenſilē ipſam partē affectam reddunt: ita omnino nō inſenſibilē non faciunt. vtiq; ſi ſenſilis natura ſit. Ligamēta nanq; ſcimus inſenſilia eſſe. Quod ſi quis eos dūtaxat tumores, qui et præter naturā ſunt: et omnino inſenſiles ſcirros appellandos cenſeat: reliquos nō ſcirros, ſed tumores ſcirroſos: et ſe de nominib⁹ litigare ſciat, et nos quoties cū eo diſputabimus: ita quoq; affectū nominabimus. Siquidē is mos noſter eſt quibus quiſq; nominib⁹ delectat̄, iiſdē in diſputatione cū illo vti. Nunc tempeſtiuū eſt vt de inflationibus diſſeramus. quibus diuerſa ab oedematis curatio eſt. Illa nāq; ceu diximus ex pituitoſo ſucco ortū habent. Proinde prementibus nobis cedunt. digitiq; admodum alte in ipſa deſcēdunt. Inflationes vero, ex flatuoſo ſpiritu collecto naſcunt̄. Alias ſub cute: Alias ſub mēbranis, quæ oſſibus circundantur. aut muſculos viſcerū ve aliquod includunt. Porro colligitur aliq̄n non parū etiā in ventre et inteſtinis. Iteq; in medio ſpatio hoꝝ et pitonei. Differūt quoq; hæc ab oedematis, q̄d et preſſa digitis nō retinent veſtigium. et ſonitū veluti tympanū reddūt. Iteq; q̄d in cauitate ſenſibili ſubinde cōtinētur.

Hoc opere de eo quod methodo inueniat̄, tantum agi.

Scirros q̄d

Ligamenta ſēſu carere.

Galeni in diſputando mos.

De inflationibus.

Inflationis et oedematis differentia.

Inflationū curatio.

Atq; hac nō nūq̄ maxima. Indicatio aūt curationis oīm cōmunis eſt. vt qđ præter naturā eſt, vacuet. in quocūq; id cōtineat. Propria vero poſt hāc cōmunē eſt, vt tenuiſſimis et calidis poteſtate medicamētis.

Inflationū in ventre et viſceribus, curatio.

Atq; in vētre quidē et viſcerib⁹, oleū qđ tenuiū eſt partiū, quodq; rutā habet incoctā, aut aliqđ calidorꝝ ſeminū, cuiuſmodi ſunt cumini et apij et petroſelini, id p̄ſtabit. Aliq̄n vero & cucurbita bis ter ve ſine inciſione medio ventri affixa. Tāta vero ac taliter applicata, etiā totū vmbelicū cōprehēdet.

Inflationis q̄ in artub⁹ et muſculis et mēbrāis q̄ oſſa circūdāt, curatio

Si cū inflatione dolor vrgeat.

Ac ī artub⁹ et muſculis q ſub cute, aut etiā mēbranis, q̄ oſſa veſtiūt, inflatiōe orta: ſi citra dolorē ſit: liquor aliquis tenuiſſimarꝝ partiū, cuiuſmodi eſt lixiuiū noua ſpōgia exceptū, ſatiſfecerit Sin dolor quoq; vrget: vnguēda pars eſt, oleo qđ relaxādi remittēdiq; vim habeat.

Vbi dolor cū iflatiōe maxime incidat.

Incidūt porro eiuſmodi affectus, vbi vel muſculus vel mēbrana q̄ os circuit, eſt contuſa. Ac ſup mēbranā quidē quæ os ambit, ante dicta imponēda eſt ſpōgia.

Ad muſculos cū inflatiōe dolentes.

Ad muſculos vero (nāq; hi aliq̄n dolent) medicamētū qđ magis mitiget eſt adhibēdū. Quo fit, vt ad hos ſolo lixiuio nō vtamur. ſed imiſſa ei tū ſapa: tū pauculo oleo. Satius aūt fuerit in principio nō addidiſſe lixiuiū. ſed ſapa cū vino et exiguo aceto vti. ac qđ mediocre ſit olei adijcere. vbi mixta ſunt: modice excalfacere. ac lanā nō lotā quā ſuccidā vocāt, ipſis imbutā imponere.

Lana ſuccida.

Oeſipus.

Ceratū ex oeſipo.

Quod ſi eiuſmodi lanæ facultas nō ſit: ipſius oeſipus inijciēdus miſcellæ ſupradictæ eſt. Quod autē atticus oeſipus cæteris oib⁹ præſtet: tametſi a me nō dicatur: ipſe ſcis. Quinetiā ceratum qđ ex oeſipo cōponit, medicamētū eſt oibus notū. Vtuntur plurimi eo, ad phlegmonas, quæ in p̄cordijs ſunt. Ergo huius quoq; aliquid vbi oeſipus præſto nō eſt, recte inieceris.

Medicamētū qđ cōtuſos muſculos leniat, q̄le eē debeat

Debent eñ contuſi muſculi leniri, medicamento cui mixta facultas ſit. quæ ſimul cōcoquat digerat et modice aſtringat. Q̄n ſi nihil habet adſtrictionis: auget aliq̄n phlegmonas. Ac maxime in his corporibus quæ ſanguine abūdant. Ergo triū iam cōpræhenſarū indicationū in inflatis ex plaga muſculis memor: vbi dolor maior vrget: mitigatiua magis ratione vteris. vbi abeſt maiori vi inſtabis. Maiorem vim intelligo, cū breui via ꝑperatur ad finem. porro breuis via ſit, per ea quæ valentes habēt vires. hæ maxime in lixiuio et aceto habentur. Poſt hæc in vino.

Aceti lixiuij et vini collatio.

Quoties igitur de mitigando nō laboras: horū plus in mixturā cōijcies. Rurſus vbi repellere ſtudes: vini plus q̄ horum imittes. porro id optimū in hūc vſum fuerit, ſi nigrum auſterūq; ſit. At ſi digerere males: lixiuij plus indes. Acetū vero ſi his miſcebis: ad ābo erit vtilis mixtura. ꝓp̄tea qđ acetū mixtas (vt mōſtratū ē) habet facultates.

Pro lixiuio aphronitrum.

vbi vero muſcul⁹ ſine dolore eſt licet ſane ī lixiuij penuria, ꝓ eo aphronitrū imittere. Eſto aūt id minie lapidoſū. ſed magis ſpumoſū. Eſt vero qđ lapidoſū ē durꝝ. et ſpiſſū

ac ægre liquabile, cũ iã dictis liquorib⁹ miſcet̃. Spumoſũ vero, molle eſt. et laxũ. itẽq; cãdidius, q̃ lapidoſum. Hoc itaq; tũ celerrime ab humore ſoluit̃: tũ iuuat maxime. vtpote tenuiũ partiũ. Quæ vero huius generis inflatiões neglectæ inueterarũt: primo quidẽ loco his, ea q̃ ex lixiuio cõponunt̃ (vt pdictũ eſt) adhibeas. Secũdo loco emplaſticum aliqđ. Dicã autẽ et horũ exemplũ. Strigmenta gymnaſioꝝ feruefacta pcola primũ. ſic vt pura ſint. deinde rurſum in cacabum imiſſis: calcẽ viuã in farinæ ſpeciẽ tunſam inſperge. ad luti vſq; craſſitudinẽ. Salutare his eſt, et medicamen qđ ex ſycomoro cõponit̃. aliaq; id genus. Nũc em̃ (vt dictũ eſt) exẽpla tantũ eoꝝ medicamentoꝝ ſcribo, quorũ generalis facultas p medẽdi methodũ inuenit̃. Tanq̃ vero medicamẽtoꝝ hoc loco ponunt̃ exẽpla, tũ vt tota hæc methodus clarius intelligat̃: tũ vt magis nobis ad inueniẽdã materiã facultas ſuppetat: ſic etiã et affectarũ corporis particularũ pponunt̃. Statim em̃ affectus quidã eſt qđ iuniores priapiſmũ nuncuparũt. propterea qđ ijs qui ſic ſunt affecti, etiã inuitis pudẽdum arrigit̃. quod vbi viderit quiſpiã, qui in his cõmẽtarijs eſt exercitatus, ptinus intelliget ex inflationũ eſſe genere. Qui em̃ memoria tenuerit tũ oĩa quæ in diſſectione eius mẽbri apparẽt: tũ quæ de functione ei⁹ et vſu in naturalib⁹ libris ſunt pdita: is nullo negocio intelliget, qđ cauernoſus neru⁹ qui ppriã colis ſubſtantiã cõſtituit, halituoſo ſpiritu impletus, affectũ hũc excitat. Porro halituoſum ſpiritũ in animalis corpore ex ſuccis, qui lente excalfiant, naſci didicim⁹. Quippe vbi tum inſitus calor validus eſt: tũ partis humiditas ad ſummũ cõcocta: vtiq; in tenuẽ halitũ ſoluta, inſenſibili tranſpiratu in ambientẽ effluit. Cõtra vbi vel ingenit⁹ calor imbecillus eſt: vel naturalis humor tũ ſemicoctus, tũ craſſus, tũ glutinoſus: ibi craſſior excitat̃ halitus: q̃ vt trãſpirare poſſit. Ac potiſſimũ ſicubi particula ipſa denſior eſt reddita. Nõ nũq̃ vero humor q in mẽbro continet̃ ſubfrigidus eſt. præterea craſſus et glutinoſus: auctior vero calor in halitus eũ craſſos reſoluit. Quæ res pfecto magnopere tibi ad curationẽ æſtimãda diſcernẽdaq; eſt. Siquidẽ principiũ ambobus affectibus cõmune eſt. nempe totum prius corpus vacuare. modo id capax vacuatiõis ſit. Dictũ vero a nobis ſæpe eſt, de vacuantiũ auxilioꝝ facultate. Ea ſũt miſſio ſanguinis. et purgatio. tũ p ea q̃ ſubter expellũt: tũ p ea quæ ſupra ſiue ea vomitoria dicere mauis. Præterea multa frictio. et oĩs dimotio. Itẽq; balneũ. potiſſimũ qđ ex aqs ſit digerentib⁹. Sed & acria medicamẽta illita p halitũ digerunt. oĩaq; vno verbo q̃ calfaciũt et ſiccãt. Ex accidẽti etiã vacuare indicauim⁹, et cibi abſtinẽtiã. potiſſimũ vbi ambiẽs calet. Ergo quicquid horũ ſuſtinere cubans aptiſſime poteſt: hoc eſt vacuãdus. Imponẽdũq; ipſi laborãti

Aphronitrũ lapidoſũ. Aphronitrum ſpumoſũ.

Si inueterauit inflatio

Emplaſtici exemplũ.

De priapiſmo.

Qñ halitus trãſpirat et qñ non.

Curatio.

Vacuatiõnũ genera.

Cibi abſtinẽtiã ex accidenti vacuare.

particulæ medicamentũ, ſi ea calidior ſit effecta, qđ ad portionẽ caloris refrigeret. Sin aliter: inter initia qdẽ oino qđ modice refrigeret. Poſtea vero id neceſſum nõ eſt. Pari modo et quæ circa lumbos ſunt particulæ oẽs, eiuſdẽ facultatis medicamẽto ſunt cõprehẽdendæ. Etiã reliqu⁹ victus exhibẽdus, qui et flatui aduerſet: et ſiccet. Incidit vero vitiũ hoc nõ ſane multis. ſed iuuenib⁹ magis q̃ alijs ætatib⁹. Quo magis his ſãguinis miſſio ꝑcipue eſt ſalutaris. ceu nec ætate eoꝝ eã recuſante. Scio eñ ipẽ quẽdã a me curatũ, tribus dieb⁹ naturalẽ habitũ recœpiſſe. ſãguine primũ miſſo. dein medicamẽto hoc adhibito. Ceratũ ex ſimplici roſaceo factũ, ita liquidũ, ſicut ad fracturas vti ſolem⁹, aq̃ frigida imbuẽs, ac ſimul cũ ea ſubigẽs (nã æſtatis initiũ erat) pudẽdo ac lũbis impoſui. atq; ita quidẽ hũc ꝑcuraui. Simili modo et aliũ qui poſt miſſum ſanguinẽ humido medicamẽto, qđ ex chamamelo cõficitur, eſt vſus. Porro iſtis etiã Nymphee aliqd potãdũ exhibeo. ſaltẽ i principio. Mox amerinæ ſemẽ. ac ſi traxerit adhuc vitiũ: rutæ ſemen copioſe comedẽdũ. Eſt eñ illud cõmune ꝑceptũ oĩm ferme, quos vitioſus ſuccus creat morboꝝ. qđ in fine calfaciẽtib⁹ et ſiccãtib⁹ ſit vtẽdũ. quippe hæc qđ reliquũ humoris eſt prorſus abſumunt. Sane linguã ita tumefactã cuidã vidim⁹: vt ore hominis cõtineri nõ poſſet. Is nec venã iciderat vnq̃: et ſex agenari⁹ iã erat. horaq; diei fere decima. cum ad eũ primũ acceſſi. Ac viſus mihi eſt vſitatis mihi pilulis, q̃ ex Aloe Scamonia, et colocyntide cõſtant, veſpere datis purgãdus. ipſi tamẽ particulæ afflictæ, ſuaſi refrigerãtiũ aliqd iponere. ſaltẽ i initio. poſt eñ inq̃ applicabimus, prout ſuadebit euentus. Verũ id vni medicoꝝ nõ placebat. ac ꝓpterea pilulas qdẽ ſũpſit. De locali tamẽ remedio, deliberatio in diẽ poſterũ eſt dilata. quo tẽpore etiã efficaci⁹ aliquid ꝓſtiturũ quicqd ꝓbatũ fuiſſet, ſperabat. et purgato ſcilicet iã toto corpore: et humorib⁹ ad inferna reuulſis. Cæterũ ea nocte euidentiſſimũ ꝑ quietẽ iſomniũ, noſtrũ homini cõſiliũ approbauit. ac materiã ipſã medicamẽti definiuit. lactucæ ſucco collui iubẽs. quo ille ſolo vſus: prorſus eſt ſanat⁹. nullius alteri⁹ egens. Qđ autẽ in priapiſmo vomitorijs potius, q̃ ſubducẽtib⁹ ſit vtendũ: in linguæ vitio cõtra: id ex partiũ ſitu indicari manifeſtũ eſt. Nã auerſionis in cõtrariũ, quæ ab hippocrate antiſpaſis dicit̃, nõ a ſubſtãtia, ſed a curandi membri poſitu inuentio præſtatur. Iã vero tẽpus monet, vt ad aliud tumorũ genus tranſeamus. atq; a re potius q̃ nomine initiũ faciamus. Ea nãq; eſt haud dubie vereq; ſcientifica doctrina. Quod igitur oĩbus eiuſmodi tumorib⁹ ſuccus aliquis influit: id in libro quẽ de tumorib⁹ præter naturã ſcripſimus, indicatum eſt. Quod autẽ nõ idem in omnibus ſit: ipſe ſenſus euidenter docet. differẽtibus nimirũ ipſis tumoribus, non

Priapiſm⁹ cuiuſdã curatus.

Alius curatus.

Cõe præceptum.

De lingua cuiuſdã tumefacta.

Curatio.

Egri iſõniũ galeni cõſiliũ approbaſſe.

In papiſmo vomitorijs poti⁹, in liguæ vitio deiectorijs vtẽdũ.

De cãcris.

colore modo: verũ etiã ijs q̃ ex calore frigore mollicie duricieq; ſpectant differẽtijs. Ac ruber qdẽ tumor, euidẽter ſubeſſe ſãguinis idicat humorẽ. Sicuti flauus & pallidus, p ſimilẽ ipſis bilẽ. Subalbid⁹ vero et laxus, pituitã. Sũt aũt et ꝑter hos, tumores qdã qui colore ſint iter rubrũ et nigrũ medio. cuiuſmodi color fuſcus eſt. Hunc cũ in corporis partib⁹ incidat: pleriq; medicoꝝ ſæpe liuidũ, græce, pelidnõ vocant. Renixus aũt his quoq; tumorib⁹ valẽs eſt, ac ſi venas euidẽtiores mẽbrũ habet, exaltatas eas a craſſo et nigriore quodãmodo ſanguine, cuiuſmodi p aluũ aliqñ non paucis epaticoꝝ excernit, videre licebit. Sũtq; medici, q mihi eũ nõ abſurde vident feci q̃ ſup vini dolijs heret, aſſimilare. Ergo hic humor, vbi ãpli⁹ incaluerit, aut ꝓpter putredinẽ aut febrẽ inflãmãtẽ, nigrã efficit bilẽ. quã nullũ animal, ne ipſi qdẽ mures guſtauerint. Terra quoq; radit ab ea. ac partes q̃ redũtur, oẽs ſe in altũ attollunt. vocaturq; is effectus (vt plato quodã loco inquit) tũ feruor tũ fermẽtatio. Eſt nãq; is humor talis: quale eſſe acetũ docuimus. Ex quo ipſo quoq; ſi in terrã effuderis: idẽ effectus viſit. Quo minus alienũ eſt, ſi veteres eiuſmodi humorẽ acidũ nominarũt. Aeque vt pallidæ bilis, amarũ. Sane nõ raro etiã in vomitionib⁹ talis apparet. Verũ ſicuti paulo ante dixi, vnũ quoddã vitiũ eſſe ꝓpriũ, verũq; ſcirrũ, qui ꝑter alia, etiã inſenſilis ſit. reliquos tumores, q videlicet nõ dũ ſunt oĩno inſenſiles, dupliciter eſſe a medicis vocatos. Nẽpe vel ſcirros, ꝓpterea qđ generis ſcirrorũ ſunt, vel ſcirroſos tumores: ſic et in humorib⁹, quæ quidẽ haud dubie nigra eſt bilis, ea talis eſt, qualẽ modo pinxim⁹. certe acida et terrã fermẽti ritu eleuãs. tũ oĩ animãti iniucũda. Quæ vero fieri talis eſt idonea: hæc bifariã nũcupat. vel melãcholicus humor: vel nigra bilis. ſcilicet qui ſic eã nominãt, affirmaturis, Aliã eſſe nigrã, quæ dũ animal naturaliter ſe habet quotidie gignit, Aliã quæ ex vſtione cõflat. Quod autẽ ſemp ꝑcipio, vt nominib⁹ cõtẽptis, ipſam naturæ rerũ ſciẽtiã exerceas: id nũc eſt faciendũ. ac nominãdũ quidẽ prout ſuccurret. Cæterũ oratione ſic interꝑtandũ, qđ quidã ꝑter naturã tumores, ex eiuſmodi naturæ ſucco ꝓueniũt, cuiuſmodi eſt fex in vino. et amurca in oleo. et qđ hi ſpatio tẽporis putreſcẽte humore, ꝓpterea qđ in vaſis ſit ipactus, exulcerantur. Ergo ſicuti reliqua oĩa vitia plurimã habẽt particularẽ in maioris minoriſq; ratione differentiã: ſic etiam hoc vitiũ habet. Quippe phlegmones alia quidẽ admodũ rubra eſt; alia paulo magis q̃ pro naturali habitu rubra. At ſpecies ſiue genus ſiue quomodo libet appelles, ãbob⁹ eſt idẽ. Nã et rubriores q̃ pro naturæ modo ſunt: & dolor oĩno cũ ipſis eſt. qui ipſe quoq; magnã habet in exceſſu defectuq; differẽtiã. Ad eundẽ modũ nec renixus, nec cutis tenſio, oĩbus eſt æqualis.

*Cãcri color et aliæ notæ*

*Nigra bilis quã aĩal guſtet.*

*Plato.*

*Cur atræ bilis ſuccũ acidũ, et pallidæ amarũ veteres vocarint.*

*Vere atra bilis, quæ.*

*Duplicẽ quibuſdã eſſe nigrã bilẽ.*

*Oĩa vitia ĩ maioris minoriſq; ratione differẽtiãs habere.*

Cõmune tamen eorũ eſt, tũ qđ pars magis renitiť: q̃ cũ naturaliter ſe haberet: tũ qđ in tumorẽ quẽdã attolliť. extẽta ſcilicet attẽtaq; eaten⁹ cute: quaten⁹ tumor aſſurrexit. Simili ratiõe et vitiũ qđ modo deſcripſimus, alias cõfuſa exiguaq; et q̃ vulgũ fortaſſe latere poſſint, affert ſympt*o*mata. Alias ita vehemẽtia, et magna, et cũctis euidentia, vt ne puerũ quidẽ clam ſint. Verũ cõmune illud in oib⁹ particularib⁹, qđ intelligẽtiã ad ſe trahit: vnus id morb⁹ eſſe oſtẽdiť. et vnã ſibi appellationẽ iponi cogit. At vbi magna quidẽ oĩa ſunt: nemo de appellatiõe ambigit. Sed nominãt vno aſſenſu oẽs eiuſmodi affectũ cãcrũ. Cũ aũt adhuc icipit, nihil miri eſt, ſi vulgus lateat: nõ ſecus pfecto q̃ ſtirpes, q̃ e terra iã exeũt. Qñ hæ quoq;, pitis tãtũ agricolis agnoſcunť. Ergo quænã in cãcro tum cõis, tũ ppria curationis idicatio ſit: opportune nũc diceť. Cõmunis igiť eſt, vt humorẽ vnde vitiũ eſt natũ, illico vacues. ſimili vacuatiõis genere, ei q̃ in alijs tumorib⁹ ſupra eſt cõprehẽſa. Mox phibere potiſſimũ ſi fieri poteſt, ne de cætero eiuſmodi ſuccus i venis colligať. Sin id fieri neqt: ſaltẽ eũ oĩno ex iteruallo vacuare. et ſimul particulã firmare. ne qd humorũ redũdãtiæ ad eã cõfluat. Veluti ergo amaræ bilis humorẽ, medicamẽto qđ eũ humorẽ euocare ſit aptũ, educimus: ſic et melancholicũ educem⁹. vel ſimpliciũ aliquo, cuiuſmodi eſt Epithymũ. Põdo drachmaꝶ quatuor i ſero lactis mulſa ve exhibitũ. vel cõpoſitoꝶ aliquo. cuiuſmodi noſtrũ eſt, qđ ex duobus et triginta ſimplicibus medicamẽtis eſt cõpoſitũ. Sed horũ materiã in alijs traditã habes. Hic q̃ ad ppoſitã methodũ ppriæ ptinent, dicamus. Poſt nãq; purgationẽ illud de oib⁹ eiuſmodi affectib⁹ pri⁹ eſt p̃ceptũ, qđ vel retro regerere humorẽ, q in mẽbro pcubuit oportet: vel ipſũ digerere. Præterea qđ in principio quidẽ tã in ipſo purgationis tẽpore, q̃ ante id repellere, vbi iam totũ corp⁹ exquiſite purgaueris, digerere. Vbi tamen mediocris tantũ purgatio p̃ceſſit: mixtũ eſſe qđ applicabiť pharmacũ, ex reprimẽte digerẽteq; facultate cõueniet. Sane ad craſſum humorẽ, inutiles ſũt, tũ imbecillæ, eo qđ nullũ operep̃ciũ efficiãt: tũ valẽtes, qđ vehemẽter tenuiores q̃ in venis ſũt ſanguinis ptes, vel digerãt vel retrudãt. Craſſas vero et melancholicas, quas feci aſſimilauim⁹: nec euocẽt, nec reprimãt. Ergo ſi his inter initia vtere: vtiq; minutus apte tumor erit. Cæteꝶ qđ reliquũ ei⁹ eſt, cõtumax ad ſoluẽdũ reddeť. Quare mediocriũ viriũ medicamẽtis eſt opus. quæ nec pter ibecillitatẽ vincẽtur: nec pter effectus vehemẽtiã, valẽter ſanguinẽ craſſabũt. Ad hæc itẽ quæ oĩno haud mordeant. Quandoquidẽ vitij malignitas ab ijs quæ mordent irritať. Ac vt dici ſolet efferatur. Propter hæc igitur quæ virib⁹ quidẽ ſunt mediocria, qualitate vero minime mordentia, eiuſmodi affectibus ſunt idonea.

Curatiõis indicatiões in cãcro.

Atræ bilis vacuatoriũ

Poſt purgationẽ quid agẽdũ.

Quid in p̃ncipio et ſimul ipo purgatiõis tpe agendũ.

Quid poſt plenã. quid poſt mediocrẽ, agẽdũ.

Qualia digerẽtia adhibẽda.

In ſumma quod aptũ medicamẽ.

Materiæ vero copia,(ſicuti in libris de medicamentis eſt traditũ) ex vſtis elotiſq; metallicis habebit. Quippe q̃ ex his cõponunt, vna cũ purgationib⁹, ad ſanãdos incipiẽtes cancros, magnã vim habẽt. Maiores vero, ſat fuerit ſi his ꝓhibeant augeri. Proſpicere vero, vt qui iã ſunt ſanati, ampli⁹ nõ regenerentur: id artis de tuenda ſanitate eſt opus. Cuius ſane portio eſt, ea quæ de cibis p̃cipit. Cæterũ ſi quando cancrũ per chirurgiã curare audebis; cœpiſſe quidẽ ab vacuando per purgationẽ melancholico humore oportebit. Vbi vero totũ qđ viciatum eſt prorſus excideris: ſic vt nulla ſuperſit radix, ſines effluere ſanguinẽ. nec propere eũ inhibebis. Imo premẽdo potius vicinas partes, exprimes ex his craſſiorẽ ſanguinẽ. Mox alijs vlcerib⁹ ſimiliter curabis. Eſt tamẽ et aliud viciũ qđ ex humore craſſo ferventeq; naſcitur. Incipit hoc plerũq; a puſtula. Aliquãdo vero et ſine hac. Cæterũ inter initia quib⁹ hoc inſtat, ſcabunt particulã omnino. Mox oritur puſtula quædã. qua rupta, vlcus cũ cruſta gignit. Sæpe vero nõ vna oritur ſcabẽtib⁹ puſtula. Sed multæ exiles. veluti milij ſemina crebræ in particula reſidentes. quib⁹ pruptis ſimiliter cruſtoſum vlcus ꝓuenit. In carbunculis vero qui per Aſiam populatim ſunt graſſati, etiã citra puſtulã, nõ nullis excoriata ſtatim cutis eſt. Omnibus tamẽ vti dixi cruſtoſum vlcus fit. Modo cruſta ipſa cineris colorẽ præferẽte: modo nigrorẽ. oĩbus præterea his circũpoſita caro in ſummã peruenit inflammationẽ. non tamẽ colore aſpicitur eryſipelatis. Imo qui adhuc phlegmones colore ſit nigrior. veluti ſi pluſculo rubro, minus miſceas nigri. Quod autem neceſſario febricitent, qui ita ſunt affecti: idq; nõ minus, imo magis, q̃ illi quib⁹ eryſipelatoſa eſt phlegmone: id vtiq; latere neminẽ poteſt. Sed & incipiendã ab inciſa vena curationẽ eſſe: id quoq; neminẽ latere arbitror. Qui p̃ſertim meminerit, quæ in curatione febriũ de ſanguinis miſſione diximus. Nec illud obſcurũ, ſanguinis vacuationẽ q̃ ad animi defectũ vſq; ſit adhibita, magis his etiã collaturã. Niſi tamẽ aliud quippiã obſtet: ex ijs quæ venã incidi vetent. Imponi vero ſibi laborans particula qđ ad inflãmationẽ ſpectat refrigerantia deſyderat. Cæterũ ꝓpter humoris craſſitudinẽ, atq; etiã maliciã, nec fluxionẽ auertere poteris; et ſi quãdo id feceris; aliud quippiã qđ in alto ſit corpore offendes. Atqui nec adfluere is ꝑmittendus eſt. Quin potius inquirẽda remedia ſunt, quæ cũ modice reprimẽdo, etiã digerere poſſint. Tale ꝓfecto eſt tũ cataplaſma, qđ ex plãtagine cõficitur: tũ quod ex diſcocta lẽte, ſcilicet miſcentib⁹ his nobis micã panis, q furno ſit coct⁹. Eſto aũt panis, nec oĩno a furfure purus: nec nimiũ ei⁹ habẽs. Siqdẽ q oĩno purus eſt, ei⁹ ſubſtãtia i cutis meatib⁹ herere eſt apta. Emplaſticoterõ græci vocãt. Furfuraceus

Si cancrũ ꝑ chirurgiam ſanabis.

De carbunculo.

Deſcriptio carbũculi.

Carbũculi per aſiã populãtes.

Curatio.

Fluxionẽ in cancro nec auerti poſſe nec debere.

Quæ remedia applicãda.

Cataplaſmata idonea.

Panis pur⁹ et panis furfurace⁹ qđ ĩ cataplaſmate poſſint.

Super ipm vlcus qd iponēdū.

Quæ cōcoquāt et pus moueāt adhibēda non eſſe.

Scarificatio adhibenda et qualis.

De ſtrumis

Strumarū gñatio.

Curatio.

Duplices glandulæ.

Glanduloſa corpa, q̄ a nōnullis vocent.

Curatio porū glandularum.

Partis ipiꝰ vna cum vitio, duplex ſublatio.

De abſceſſu.

Abſceſſus duplex.

In abſceſſibus inuēta.

autē craſſiorū eſt partiū. Super ipſum vero vlcus, valēs aliqđ imponendū eſt medicamētū. cuiuſmodi eſt Adronis. Paſiōis. vel polyidæ. liquariq; id cū vino aliquo dulci ad ſordiū craſſitudinē debebit. Porro cōmodiſſima ad hunc vſum vina ſunt, tū Thereū, tum ſcybilite. In quorū inopia, ſapa vtendū. Quæ aūt reliquis adhiberi vlceribꝰ ſolēt, nēpe quæ cōcoquant et pus moueāt: ea nūc adhibēda nō ſunt. Quādo ita putredinē particulæ foueris. Quinetiā ſcarificare eiuſmodi tumores poſt ſanguinis miſſionē alienū nō fit. Sunto autē inciſiōes, mediocribus altiores. Propter infeſtātis humoris craſſitudinem. Ceſſante vero iā inflāmatione: vlcus ad cicatricē ſimiliter reliquis vlceribꝰ pduces. Atq; hactenꝰ de carbunculis dixiſſe ſat arbitror. Deinceps de reliquis agā tumoribꝰ. orſus aſtrumis. chorradas græci vocāt. Exiſtūt hæ glandulis in ſcirroſum affectū mutatis. Eſtq; curatio earū, qđ ad ipſum attinet vitiū, ijs ſcirris quæ in alijs partibꝰ naſcūtur cōmunis. Cæterū qđ ad ipſius partis naturā ſpectat, in quibuſdā glandulis alias geminas curatiōis indicatiōes adijciūt. pſtiterit fortaſſis hoc loco de nominibus aliquid clarioris doctrinæ gratia diſtinxiſſe. Quippe glandulæ quæ qđ in medio vaſorū in diuerſas partes diductorū habetur iplent, eiuſq; diductionis ꝓ firmamēto ſūt: earū haud magnꝰ vſus animātibꝰ eſt. Sed ex abundantiore ꝓuidētia, ſicut alia quædā: ſic has quoq; glandulas natura fabricauit. Earū vero quæ vel ſaliuā, vel lac, vel genitale ſemē, ad hæc q̄ pituitoſum quēdā humorē in meſenterio, vel faucibus, vel larynge, generāt: earū maior eſt vſus. Atq; aliq has nō glandulas, ſed glāduloſa vocant corpora. vt q̄ nō paulo q̄ reliquæ glandulæ et rariore ſint: et magis ſpōgioſa ſubſtātia. Quinetiā in has tū arteriæ, tū venæ pueniūt. Atq; hæ quidē cū in ſcirroſo ſunt affectu: nō aliter q̄ cæteræ oēs partes ſunt ſanādæ. At quæ in medio vaſorum ſpatio cōſiſtūt: in ijs alia curationis indicatio pſtatur. qua ſimul cum vitio etiā pars ipſa tollit̄. Eſt vero duplex ea quoq;. Nēpe vel totū qđ viciatū eſt, excidentibꝰ nobis. veluti in cancro. vel putreſcere id medicamēto cogentibꝰ. Porro quæ eiuſmodi medicamētorū materia ſit, id in opere de medicamētis eſt ꝓditū. Mihi vero tēpeſtiuū eſt de alijs tumoribꝰ docere. Quorū ſe primū abſceſſus offert. Apoſtema id græce dicit̄. Huius duplex itē genus eſt. Vnū cū phlegmone in pus verſa: pus ipm tanq̄ in ſinu aliquo eſt collectū. Alterū cū nulla præcedente phlegmone, humor aliquis ſtati ab initio, iſq; alias ſpecie alius, cæterum omnino acris, in parte aliqua colligit̄. porro excoriat hic circūpoſita corpora. Spatiū videlicet ſibi moliens. vel inter duas tunicas: vel ſub certis mēbranis. Excoriat aūt omnino ipa copia diſtendens. Interi vero putredinē quādā tēpore cōtrahēs. Sane iueniunt̄ i huiuſ

modi abſceſſib⁹, cũ ſcalpello ſunt diuiſi, ꝓprietates quædã non paucæ. nec humorum modo: ſed etiam ſolidorum quorũdam corporum. Siquidem vnguiũ, pilorum, oſſium, teſtarum, lapidum, et pori fragmentorum ſimilia, inuenta in his corpora ſunt. Ac humorum ipſorũ, alius veluti lutum, vel cenũ, vel olei quidam limus, vel vini fex, ali⁹ adeo grauiter olens: vt omnes auerſentur. Verum hæc rari⁹ incidũt. Frequentiſſima vero huius morbi ſunt tria genera. quorꝫ ſingula propriam appellationem græce ſunt ſortita. Ea ſunt, Atheromata, Steatomata, et Meliceris. A ſimilitudine contentorum in his corporum dicta. Eſt eñi aliud eorum veluti ſeuũ. aliud veluti mel. aliud pulticulæ quam Atherã vocant, ſimile. Curationis vero eorꝫ indicationes ſunt cõmunes. Nempe id quod continetur, vel digerere: vel totum putre reddere. vel excidere. Aliqui igitur eiuſmodi tumorꝫ triplicem curationis rationem admittunt. quoquot ſcilicet ex tenuiore humore conſtant. Aliqui duplicem tantum. veluti atheroma. Quippe quod tum excidere, tum putrefacere licet. Steatoma vero ſola manuũ opera curatur. Cũ nec putrefieri poſſit: nec digeri. In ijs vero abſceſſib⁹ quæ in alto corporis conſtiterunt, ac potiſſimum in viſceribus, medicamenta quæ ex aromatis cõponũtur, maxime ſunt vtilia. vtpote quorum vis collectum humorem, tum in halitum reſoluat: tum digerat. Sunt profecto et alia eius generis nõ pauca. quorꝫ laudatiſſima ſunt, tum Antidotus quæ ex viperis componitur Theriacen vocant: tum quæ Athanaſia vocatur. tum Ambroſia. atqꝫ hæc quidem ſumptuoſa. Viliorum ſane optimũ eſt noſtrũ: quod ex cretica calamynthæ eſt cõpoſitum. Omnia vero id genus in opere de medicamẽtis colligem⁹. Quod vti paulo ante diximus; ſatius arbitror his tribus quæ ſupra memoraui, quo nihil deſit, ſubijcere. Quoniam vero eorũ quæ p chirurgiam fiunt, curationis indicationes aliquid cõmune habent, aliqd proprium: ſatius nobis viſum eſt ea nõ diſtrahere. ſed vniuerſa in calce huius operis apponere. Nunc porro tantulũ etiam de tumoribus qui præter naturam conſiſtunt, eſt adijciendum. quod quicũqꝫ ex his toto genere præter naturã ſunt: ij ſui ablationem indicent. cõmuniori ſcilicet indicationi quæ per omnia q̃ totis ſubſtantijs a naturæ habitu receſſerunt, extenditur, ſubiecti. veluti in ſteatomatis & atheromatis ſe habet. Huius certe generis eſt, et q̃ Myrmecia græce vocatur. et quæ acrochordon. Præterea in veſica calculus. et Hypochyma. et in mulieribus molæ in vtero geſtatio. Ita vero appellant informem carnem. Oĩa nãqꝫ talia, ſũmouere in totum properamus. Quorꝫ vero etiã locus ipſe affectus, vna quæpiam naturalium partiũ eſt, prima indicatio eſt, vt affectus ſanetur. ſecunda ab hac, ſi inſanabilis is ſit, vt

Tria frequẽtiſſima abſceſſuũ gña.
Atheroma.
Steatoma.
Meliceris.
Athera.
Curatio.
Quæ horũ triplicem q̃ duplicẽ et q̃ vnicã curatione admittant.
Si abſceſſ⁹ i alto ſit corpore.
Theriace.
Ambroſia.
Athanaſia.
De tumoribus p̃ter naturã ſũmatim.
Myrmecia. acrochordõ calcu. veſicæ hypochyma, mola, qd indicẽt.
Mola qd.
Loci i quo tumor eſt, ſi naturalꝰ ſit pars, duplicẽ idicationem eſſe.

In hypochymate duplex idicatio
De hydrocelis & aſcitis.
In qb⁹ vna cum affectu excidit aliquid.
De herniosis. columella. varicib⁹ polypo. dẽte forato.
In columella qd agendum.
Hippo.
Encanthides.
Thymi.
Cicatrices nimiũ eminẽtes.
Pterigia.
Optimã curandi rõnẽ triplr iudicari.
Vt tuto cures tria reſpicienda.
Quid chirurgia i dictis vitijs deſtinet.

vna cum vitio pars quoq; ipſa excidatur. Sicuti in cancro et omnib⁹ vlceribus quæ curationem reſpuunt. Econtrario vero in ſuffuſiõe qđ hypochyma vocant, victi in prima indicatione, ad aliũ ea locũ, qui minoris ſit momenti, tranſferimus. Non deſunt qui hæc quoq; vacua re ſint agreſſi. Sicut in his quæ chirurgia tractantur, dicam. Nunc illud dixiſſe ſufficiet, quod humor qui in hydrocelis viſitur, alienus a corporis ſubſtantia tota natura ſit. Sicut etiam quæ in Aſcitis continetur aqua. Quarũ certe vacuationem, vel medicamentis quæ digerant molimur: vel chirurgia. In hydrocele quidem imiſſo ſiphone. in aſcite vero, adhibita punctione. quam paracenteſim vocant. Porro exciditur vna cum affectu ĩpo, veluti in ijs quæ ante comprehenſa ſunt, etiam pars affecta: ita et in herniosis aliquid peritonei. pari modo & Columella aliquando vna cũ vitio ĩpo exciditur. Itidẽq; in cruribus et teſticulis, vna cum varicib⁹ ipſæ venæ. Ad hæc tunica in naſo, cum polypo. et foratus dens, cum foramine. verum ex his nullum eſt, quod ad naturalẽ habitum poſſit reduci. In columella vero id omnino eſt conandum, nec properandum ad eam excidendam. ſed quando exilis eſt: & ad lori tenuitatem redacta: tum eſt auferẽda. porro talem eam reddet, longius tempus. At qualem Hippocrates in pſagijs deſcripſit: paucorꝝ dierũ numerus. Aeque vero & cætera quæ in magnitudine naturalem habitum exceſſerunt. in quibus innumerãda ſũt omnia, quibus ſupercreuit caro. & Encanthides. & qui in ſede Thymi dicuntur. Sunt ex iſtiuſmodi vlceribus, & quæ ambigua ſint ſpecie. veluti cicatrices quæ ſupra circumpoſitam cutim multum extant. item quæ in oculis ſunt Pterigia. Curationis tamen eorum indicatio manifeſta eſt. Siquidem talia omnia ammouere oportebit. atq; id agere, vt rationibus quibus id fiat penſitatis: optimã ſemper earum deligas. Sane optimæ rationes, tripliciter iudicantur. tum ex temporis curandi breuitate: tum ex curando citra dolorem. tum ex maxime tute curando. Rurſus vt tuto cures tria propria ſunt, quibus intentus ſis oportet. Vnũ primũq;, vt omnino abſolutionem operis cõſequaris. Alterum, vt ſicubi hunc non conſequaris: ſaltem cubantem nõ lædas. Tertium, vt vitiũ non facile reuertatur. His conſyderationib⁹, ſi optimam curationis viam iudicaueris: inuenietur in omnibus, quæ nunc propoſuimus, quando potius chirurgiæ, & quando potius medicamentorum ope ſit curandum. At chirurgiæ quidem ſtudiũ, in ijs præſertim quæ nunc ſunt propoſita, ad interemptionem eorum feſtinat. vt quæ quod in animalis corpore toto genere præter naturã habetur, id prorſus tollendum ſibi proponat. Quod ſi perficere neqãt: proximum illud conſiliũ habet, vt vitiũ trãſferat. veluti in hypochy-

matis. Quod vero ex medicamētis petitur, primū huc tēdit, vt quod præter naturam eſt, tum vacuet: tum digerat. Quod ſi per membri naturā, aut etiā vitij rebellionē, fieri nō licet: vt id tū i pus vertat: tū putre faciat, hoc vero ſecūdo loco deſtinat. Quippe ita in columellæ vitio facimus, primū ſcilicet ad naturalem habitum eam reuocare tentantes. Id ſi conſequi non eſt, prorſus amputantes. idq́; vel chirurgiæ opera: vel per cauſtica medicamenta. verum medicamēta, melius eſt in tractationem de his diſſeramus. Quando quidem tribus iam ꝓditis, aliam quoq; adijciendam ſtatuimus. ac chirurgiam in calce hui9 operis apponamus. Non eſt igitur quod in his ampli9 immoremur. ſed tranſeundum ad ea quæ ſimilem ijs quæ cōphenſa ſunt, curationem deſyderant. Ea ſunt, tum quæ in numero & magnitudine conuenientem modū excedunt: tum quæ in ambobus deficiunt. dixi hoc loco conuenientem. Quod ſi conferentem, vel conducentem, vel ſecundum naturam, vel vtilem alibi vſurpauero: eadem ſermonis vis erit. Ac dictum quidem de his eſt alibi latius. Cæterum redigere in memoriam ſummatim omnia, etiam hoc loco alienū non fuerit. Omniū ergo quæ in corpore habentur, primū cuius maxime indigem9 eſt ip̄a particularum minime impedita functio. Hanc vero quia poſſidemus natura: idcirco publice dicimus, expetere nos ſecūdum naturam agere. Et quia hoc ip̄m, cum eo quod eſt ſecundum naturam, vel naturaliter ſe habere, eſt coniūctum: merito profecto nihil intereſſe arbitramur, ſecundum naturam habere, an ſecundum naturā agere, dicam9. Quin & ſine additione interim græce dicimus, expetere nos τοῦ κατὰ φύσιν, vtiq; ſubaudito in dictione, vel habere: vel agere, vel ambobus. Latinitas propter articuli fortaſſis inopiam, ea figura deſtituit. Atq; hæc quidem cauſa eſt, cur medicis recte vſurpata vox hæc ſecūdum naturam ſit, de omnibus quæ in corpore ex ſententia noſtra eſſe cupimus. Scire autem licet in ijs quibus natura deficit, nec primum, nec propter ſe ip̄m, ſecundum naturā a nobis expeti. ſed ꝓpter actionem. & ex accidēte. Siquidem ſextus digitus nō nullis ab ip̄o ſtatim ortu eſt cōgenitus. & quintus defecit. & alia quædam ſimilia, aliqua in numero, aliqua in legitima quantitate vitioſa. Ac ſi quidē hæc plurimū, recta vero rara fierent: contra q̄ nunc de naturæ operibus ſtatueremus. vtiq; nō tuentes, vt nūc. ſed auferentes ea. Hec ratio memoria tua nūq̄ excidat. cum ſit ad nominū vſum vtilis. quæ tū fallere inconſyderatos poſſunt: tum diſcordiæ phātaſian excitare. ſicubi alter dicat, totum quod præter naturam eſt, eſſe tollendum. Alter quod nocet. aut inutile eſt. aut incōmodat actioni. Ergo denuo repetentes, de rebus loquamur. quando de nominibus eſt nobis definitū. hinc orſi.

Quid medicamēta i dictis vitijs deſtinēt primū. & quid ſecūdo.

De ijs q̄ vel magnitudine vel nūero deficiūt.

De vſu vocis ſecūdū naturā.

Quib9 natura deficit: in his nec primū nec ꝓpter ſe qđ ſecūdū naturā ſit, expeti.

De ijs quæ magnitudine vel numero a iuſto naturæ modo deficiunt.

Coniuncta compræhẽſis iam morbis ſunt, ea quæ vel magnitudine: vel numero, a debito naturæ ſunt aliena. in quibus amputare quidem conueniet quod magnitudine vel numero redundat. Reficere autem et fingere quod deſit. vbi videlicet fieri id licet. Quintum nãq; digitũ, aut tale aliud membrum, medico certe facere non licet. Sed vnius naturæ opus ſunt omnia talia. verum in totum tollere quod numero redundat, aut p̃cidere aliquid eius quod magnitudine modum exceſſit, hæc nobis quoq; licẽt. Siquidem ex medici officijs vnum eſt, nec id leuiſſimũ, vbi in corpulentia eo deuenit corpus, vt nec ingredi ſine moleſtia: nec ſedem propter ventris molem contingere, ſed nec reſpirare libere poſſit: hanc liquare ac tollere. Aeque nimirum, vt cum corpus ali deſinit, (atrophiã græci vocãt) quod genus, quos vomica male habet patiuntur: huic quoq; reficiendo proſpicere. Sæpe autem euenit, vt non totum corpus, ſed vna quæpiam pars ex atrophia tabeſcat. quam ſcilicet vel neruoꝝ reſolutio: vel ipſius intemperamentum, occupauit. Opportuneq; iam de curatiõe horum conſyderabimus. orſi ab ijs qui corpulentia nimiũ onerantur. Oſtenſum vero in libris eſt, qui de temperamẽtis ſunt inſcripti, quod calidior ſicciorq; temperies, exile corpus reddit. Ergo id agendum vt nimiũ obeſi corporis temperamentum, tale eſſe faciamus. ſi modo ad debitum modum redibit. Sane docuimus tum in illo opere tũ nihilo ſecius in opere de tuenda ſanitate, quod acuta exercitatio & tenuans victus & id genus medicamenta, & animi cogitatio, temperamentum non ſolum calidius: ſed etiam ſiccius, ac propterea corpus exilius reddũt. Igitur in exercitationibus celerrimus curſus eſt idoneus. Tenuantis vero victus materia, ſeorſum ſingulari libro eſt prodita. Quod ſi medicamenta quoq; requirent: etiam hæc in operibus, quæ de medicamentis conſcripſimus ſunt edita. Quãq̃ referentur eorum nũc quoq; quæ ſunt efficaciſſima. Quibus, vbi demere nimiam obeſitatem ſtudes, vtaris ſuadeo. Ergo quæ ad articularia vitia quidam exhibere ſolent, quæ ſcilicet valentem diſſipandi facultatẽ habent, ijs tu quoq; cum nimiam obeſitatem curabis, vtitor. Sunt porro talia, rutæ ſemẽ. præſertimq; ſilueſtris. vna cum ip̃is corymbis. & Ariſtolochia rotũda. & minus centauriũ. & Gentiana. & polium. Præterea ex vrinam cientibus, ea quæ pollentes habent vires. veluti petroſelinum. Vnum quodq; enim talium, tum ipſum per ſe: tum vero mixta vniuerſa, & extenuare potẽter ſuccos: & vacuare ſunt habilia. partim quidem ſenſibiliter per vrinas. partim per inſenſibilem tranſpiratum. ſed & ſal quod ex combuſtis fit viperis, potenter extenuat. Multiq; cum vel graciliores vel mediocris habitudinis eſſẽt: ex eiuſmodi medicamẽ-

Eoꝝ qui nimiũ ſũt obeſi, curatio.

Medicamẽta obeſis minuẽdis idonea.

torum potione perierunt.ſanguine ĩporum excocto. Ruerant autem ad ea, propterea quod liberatos aliquos articularijs vitijs viderant. minime ſcilicet æſtimãtes.quod temperies eoꝝ, qui ſanati fuerãt, humidior pituitoſiorq́ erat.qualis nimirũ obeſorum eſt. in quib⁹ eiuſmodi medicamentorum ſecurus eſt vſus. Ipſe nanq́ iuuenem quendam, quadraginta circiter annos natum, oppidoq́ obeſum ꝓcuraui. vſus tum antidoto quæ aduerſus articularia vitia eſt compoſitum, tũ ſale theriaco.ĩpaq́ theriace.ac reliquo extenuanti victu.& pro exercitatione curſu veloci. Porro præparaui hominem ad curſum, perfricãdo primũ linteis aſperis, quoad cutis ruberet, dein ſtatim cũ oleo, quod in ſe digerens aliquod medicamẽtum habuerat.quo etiam poſt curſum rurſus vtebar. Talia medicamẽta ſunt, tum ſilueſtris cucurbitæ radix: tum althea.tum gentiana. tum ariſtolochia. tum panacis radix: tum polium. tum Centarium. Per hyemẽ vero, etiam a balneo, iã dicto oleo hominem reunxiſſe profuerit. Verum cibum exhibere non ſtatim a balneo.ſed interpoſito ſomno, cõueniet. Quod ſi velit etiam rurſus ante cibum lauari, permittes. Magis etiam ad rem ꝑtinebit, ſi aquæ ipſi digerendi facultas inſit. Ac ſiquidem talem aliquã ſponte natam habemus, ipſa vtemur. cuiuſmodi in leſbo viſit̃.a mitylene ſtadijs q̃dragĩta.ſin min⁹, ipſi ſimilẽ aliquã moliemur. Eſt porro ea q̃ in mitylene cõſpicit̃, et virib⁹ et colore talis: q̃lis vtiq́ fiat, ſi qs florem ſalis mari miſceat. Hæc ĩpa aqua etiã hydropicis, et reliqs tumefactis, idonea eſt. vtpote valenter deſiccans. ita profecto vt præ pinguibus.ac præcipue ſi quis cogat in ea celerrime natare. nec poſt lauationem protinus eſſe, bibere ve.ſed ſomno interpoſito.aut omnino ſaltem quiete. Sane illđ eſt ſciẽdũ, atq́ ab eo qui obeſitatem curat prædicendũ.quod aliquando ex multo ſimul obito motu, et febri hominem tentari eſt credibile: et quod febris ad rem propoſitã nõ aliena erit. vtiq́ ſi medicus recte omnia faciat. Etenim perſpicuũ eſt, vbi ex laſſitudine febricitarint, qui ita curantur, quod ſopita eorũ febre, rurſus ad eandem curationis formulam redibunt. Sane fugere in his curandis cõueniet, et vina quæ multum nutriunt. Cuius generis craſſa ſunt. Vti vero vel aquoſis (id eſt colore albis et ſubſtãtia tenuib⁹) vel quibus mare eſt admixtum. At vbi eos qui extenuati ſunt reficere in animo eſt: his vinũ exhibebimus pingue. Cibum vero, qui ſuccũ efficiat craſſum, exercitationes paucas. Frictionem mediocrem. ac vt ſumma complectar, omnia iam comprehenſis contraria moliemur. His vero etiam picari commodum eſt. Idq́ tribus quatuor ve diebus. Quippe id ad carnem inſtaurãdam, egregium medicamentũ eſt. adeo ſi quod ſingulare membrum hoc vitio laborat: id hoc præſidio

Erroris occaſio.

Iuuenis nimiũ obeſus a galeno curatus.

Præꝑatio hoĩs ad curſum.

Digerentia medicamẽta.

Qñ cib⁹ exhibendus.

Aqua digerẽs ꝓpe mitylenẽ.

Prædicẽdũ in hac curatione.

Vina his q̃ fugienda q̃ ve petẽda.

Nimis extenuatorũ curatio.

Picatio.

*Picationis effectus.*

reſtituetur. Ac nobis quidem in om̃ibus ferme hoc vnũ ſatiſfecit. Si quidem humectat & calefacit, ſanguinis multitudine accita. Ergo nec aſſidue id ægrotanti corpori admouere conueniet nec cum cõueniet: ſępe illinire. verũ ĩ hyeme bis. in æſtate ſemel id feciſſe eſt ſatis. Quibus vero a natali die gracilia ſũt membra quædam, ijs etiam

*Mãgonum curatio extenuitarum partium.*

mangones puerorum hoc ipſo præſidio ſuccurrunt. vna cũ certa percuſſione, quam græce επικρουσιν vocãt. Eſt porro et illius mediocritas quædam. vt ſcilicet nec plus iuſto nec minus fiat. Ea talis eſt. ferulas paruas ac leues modice illitas, gracilib⁹ partibus incutiũt, donec modice attollantur.

*Epicruſis. Hippo.*

Quippe in hoc ſumma rei eſt. veluti Hippocrates de perfuſiõe aquæ calidæ dixit. Primũ quidem pars intumeſcit. poſt graciles ſcit.

*Quib⁹ totũ corpus ẽ extenuatũ, hi poſt cibum lauãdi.*

Ergo quibuſcũq; particulis bonam habitudinem reddere ſtudemus: has & fricare, & perfundere, et percutere, & picare oportebit. tantiſper dum intumeſcant. Hoc vbi fit: protinus deſiſtere. priuſq̃ digeri cœperint. Etẽ quæ calefaciunt omnia, ſicuti attrahere: ita etiam digerere ſunt apta. Si ergo perſtes, dum quod attractum eſt digeratur: operam luſeris. Ad hunc modum mãgo quidam proxime nates pueri fame conſumptas, breui auxit. percuſſu mediocri quotidie vſus. aut ſaltem alternis diebus. item moderata picatione.

*Obſtructione ꝓpoſitis timẽdã.*

Cæterũ q̃bus totum corpus eſt extenuatum, ijs lauari quoq; poſt cibũ eſt idoneum. veluti autem metus erat, ne tenuantibus auxilijs febris ſuccederet: corpore ſcilicet imodice per hæc calefacto, ſic ijs qui a cibo lauantur, timendum eſt ne ſibi iecur obſtruatur. potiſſimum propter ciborum ſpecies. Quippe cum aliter quoq; obſtruere ſoleant, quæ ſuccum craſſum gignũt. ſi quis his liberalius vtatur. vbi igitur alias id efficere ſolent: multo profecto promptius idem poſt balneum faciẽt.

*Calculum ex tali victu ſi diutin⁹ ſit gigni. Cur oibus calcul⁹ ĩ renib⁹ non gignat.*

Incidit tamen ex tali victu diutius exhibito, etiam calculi in renib⁹ generatio. quod vitiũ, cur omnib⁹ non contingat, ſatis patet. Quippe incredibile non eſt, quibuſdam vel denſos admodum eſſe renes, vel per anguſta venarum in iocinore ora. Quibuſdã contra eſſe habita.

*Obſtructionis nota. Curatio.*

Horumq; dignotio nulla plane certa eſt. ſed percontandam aſſidue ab eo qui iam dicto modo eſt cibatus, num quis illi grauitatis ſenſus in dextris ꝑcordijs et circa renes ſit. Quod ſi quid tale aliquando ſenſerit: protinus cappari ex oxymelite in principio cibationis, donec conſtiterit grauitas dabitur.

*Partiũ quæ ægre reficiunt ac pluſculũ ſũt refrigerata, curatio.*

Ad membra vero quæ ægre reficiebantur, ac pluſculum iam refrigerata erãt: vſus aliquando & thapſia ſum. alias ea ex melle membrum illiniens. alias etiam ex cerato. Si quidem attrahit ea quoq; partibus quibus ſuperponitur ſanguinis copiam.

*Eoꝝ quib⁹ exiguũ ꝑputij deeſt curatio.*

Quibus autem exiguum aliquid pudendi ꝑputio de naturali deeſt quantitate, ijs non raro citra thapſiam ſola tenſione debitũ mo

dum reddidi. Membranulam mollem firmãq; cuti gũmi illitæ circũuoluens. Satis autem conſtat, quod etiam mẽbranulæ finem parti ſubiectæ agglutinari gũmi oportebit. Siquidem & ſiccat cito: & ſine dolore aſtringit. Porro cuti pputij ex interna parte rotũdum aliquid ac mediocre, ſupponi prius oportebit. quod videlicet poſteaq̃ agglutinata membranula eſt, facile eximas. Eorum vero q thapſia pputiũ adducunt, quidã rotundum id e plumbo fecerunt. veluti ſolenariũ quodda. Mox illi extrinſecus pputij cutim circũtendunt. ac molli loro deligant. Fueritq; & id nõ nunq̃ vtile. vtiq; quib⁹ multa deſit cutis. Quibus autem exiguũ eſt quod deeſt: ijs (vt comprehenſum eſt) ſola mẽbranula circũdata ſufficiat. vbi autem circũdabitur cuti, & agglutinabitur: ſubtus imponi ſolenarium prius oportebit. Ego vero cum nihil horum præſto eſt: modicum chartæ inuoluens, immittere ꝓ fulcimento pputij ſoleo. vt poſtea cum plane coaluit quod foris eſt circũdatum, exempto quod fulciuerat, facile meiat is qui curatur. Conſtat vero hoc quoq; vitium ex eo morborum eſſe genere, quod naturalem magnitudinem eſt egreſſum. alias putreſcente pputio incidens, alias ab ipſo ortu minore q̃ par erat congenito. Subijcitur autem duplici chirurgiæ rationi. interim in ſuperna pudẽdi parte circulo inciſa cute, quo videlicet eius vnitate ſoluta, eaten⁹ deorſum trahatur, quoad glandem cooperiat, interim vero ſcalpro ex interna parte, qua glandis initium eſt, excoriata. Mox deorſum tracta. ac deinde (vt ſupra compræhenſum eſt) molli quopiam deligata. Dicemus autem & de eiuſmodi rationibus in ſermonis progreſſu. Aeque ꝑfecto, vt de curtis id genus, quæ colobomata græci appellant. Quippe ita vocãt quæ in labijs, aut naribus, aut aure deficiũt. Nam methodo quadam curantur hæc quoq;. primũ quidem inciſa vtrinq; cute. deinde adductis coniunctiſq; inter ſe cutium oris. ac vtriuſq; quod calloſum eſt detracto. Mox quæ reliqua ſunt adſutis. atq; agglutinatis. Eiuſdem generis ſunt, & quas in maiore oculi angulo Rhoeadas græce vocant. vtiq; vel minuto vel prorſus perdito ipſo angulo. at prorſus q·dem perdito eo, omnino inſanabile relinquitur vitium. Minuto vero, ijs quæ modice aſtringunt curatur. ſi tamen totum corpus primũ ante purgaueris. dein caput. Sunt mediocriter aſtringentia, & quæ e glaucio componuntur & croco: & quæ nardina vocant. Item in primis quæ ex vino ſunt confecta. Vt vero ſumma complectar, quibus perit aliquid ſubſtantiæ: maxime quidem id agendum, vt ei quam ſimillimam faciendam curemus. ſi id fieri nequit: ſaltẽ aliquid quod eũdem pſtet vſum machinabimur. Erit autem profecto & id eaten⁹ ſimile. Etenĩ cum oſſis tibiæ nonnũq̃ excidere portionem cogimur: ad al-

Curatio p Thapſiam.

Vitiũ hoc dupliciter p chirurgian curari.

Colobomata.

Colobomatωn curatio

Rhoeadeſ.

Mediocriter aſtringẽtia.

teram loco eius ſubſtantiam producendam, carnem elicientibus medicamentis naturam ipſam prouocamus. Quæ vtiq; inter initia velut dura eſt caro. Poſtmodum calli durioris firmidinem accipit. ac temporis ſpatio roborata, ad ingreſſum oſſis loco fit habilis. Quinetiã vbi internodia digitorum excidimus: in exciſorum loco alterã (qualem prædiximus) naturam prouenire cernimus. Quod autem venas quoq; ſenſibiles generatas aliquando vidimus, prius eſt dictum. verum has nõ tam ſimiles ijs quæ prius perierant: q̃ eaſdem renaſci dixeris. veluti in cauis vlceribus carnem. Cicatrix vero quæ in hac calli modo durata gignitur, ea cuti quidem eſt q̃ ſimillima. cutis tamen non eſt. Quãdo & denſior ea viſu tactuq; ſentitur: & ratione, ex eo qđ pilos non edit, intelligitur. Hæc igitur ſi præſto tibi ad manũ ſemp erunt: quæ tibi in curationibus peragenda ſint, minime requires. Mihi vero iam tempeſtiuũ eſt ad alia morborum genera tranſire. ſed q bus eſt cum ſupra compræhenſis ſocietas. Ergo ſerpens vlcus, q Herpes græce dicitur, is eiuſdem eſt generis cum exulcerato eryſipelate. Ramex vero quã ſarcocelen vocant, cũ ſcirris. At vitia q̃ Ophiaſin, Alopecian, & Ptiloſin appellant ex eo ſunt morborum genere, in quibus naturale aliquid eſt amiſſum. Aeque nimirum vt Myrmecia eorum eſt quæ toto genere ſũt præter naturam. Porro triplex omniũ horum eſt differentia. Quædam nãq; ex mutatione conſiſtunt ſolidarum partium. ſicut myrmecia. & lence. & vitiligo. & oſſis caries. quã ſphacelon vocant. & elephas. et ſcabies. & lepra. Quædam cum pri⁹ omnino non fuerint, poſtmodum ſunt orta. veluti Meliceris. & Atheromata. et Stratomata. atq; alio modo Elmynthes. et Aſcarides. et Ceria. (ita eñ vocant longam latamq; Elmyntha.) omniaq; quæ ſupra diximus in abſceſſibus calloſæ ſubſtantiæ aut lapillis aut oſſibus aut alijs quibuſdam id genus ſimilia inueniri. Itaq; attentum eſſe ſemper oportet, in omnibus quæ præter naturam habentur, atq; diligenter aduertere ex quo ea genere ſint. ſi modo illud recte a nobis dictũ eſt. Primã faciẽdorum indicationem, vnde ad omnia quæ deinceps ſunt adminiſtranda initium capietur, a genere ipſo ſumi. Herpetas nanq; bilioſus procreat ſuccus. Quo fit vt eatenus eiuſdem ſit cum Eryſipelate generis. atq; huius quoq; magis etiam cum eo quod exulceratum eſt. differt autem ab Eryſipelate humoris tenuitate. Eſt eñ admodũ tenuis, qui herpetem excitat. adeo profecto vt non ſolum omnes interiores partes, quæ vtiq; carnoſæ ſint tranſeat: ſed etiam cutim ipam ad ſummã vſq; cuticulam (epidermida græci vocant) quam ſolã propterea quod ab ea remoratur, tum erodit, tum exedit. Quãdo ſi hanc quoq; ſudoris vice trãſiret: haud quaq̃ vlcus excitaret. Quippe id vl

Margin notes: Poori generatio. — Cicatricem cutẽ nõ eẽ. — De alijs vicijs q̃ cũ ſupradictis habeãt ſocietatem. — Triplex eorũ genus. — Ceria. — Herpetis et Eryſipelatis differentia.

cerum quæ ex mordente humore oriuntur, quæ nimirum ſpontanea vocãt, cõmune eſt. quod humor qui ea facit, ſiſtit ac tardat, porro ex eo quod alter humor altero ſit tenuior, craſſior ve, vlcerum differentiæ quæ ex profunditate ſpectantur, ꝓueniunt. Huius certe generis eſt, et quæ phagedæna græce dicit. & exulcerati cancri. Quoꝝ omniũ cõmunis curatio eſt, vt ĩhibeatur primũ humoris cõfluxio. poſt ſanetur vlcus. Propria vero cuiuſq; tũ ex mẽbri ĩuenit natura: tũ ex humoris nõ ſolũ ſpecie: ſed etiã quãtitate. At tenuiſſim⁹ quidẽ ĩ eiuſmodi humorib⁹ eſt, is q exulceratũ herpetẽ excitat. Craſſiſſim⁹ q cãcrũ. Proximum ab his locũ occupat, quod ad craſſitudinẽ attinet, q Phagedænas creat. Harũ ſpecies quædã ſũt, quæ Chironia ac Telephia græce dicunt. Iam aliæ quædã eiuſmodi appellatiões ſũt, ſed ĩutiles & ſupuacuæ. Siquidẽ ad curationẽ, ꝑnoſci oportet hũoris, tũ copiã, tũ craſſitudinis tenuitatiſq; eius modũ. tũ potẽtiã. veluti ſtati ĩ Herpete. Qm̃ humor tenuis eſt, vt q ex genere flauæ ſit bilis, vbi ſũmã cuticulã ĩ tranſitu perrupit: vtiq; cũ digeſtus is eſt: permittit cicatricẽ vlceri ĩduci. Itaq; ſi quis toto pri⁹ corpore purgato, mox quæ influẽtem humorẽ reprimãt regerãtq; medicamẽtis vtatur: iã herpetẽ curauerit. Sin neutrũ horũ fecerit: ſed tantũ ea q̃ cicatricẽ ĩducũt, adhibuerit: vtiq; exulceratã cuticulã ita ſanauerit. Proximæ tñ illi quo min⁹ exulceret nõ cõſuluerit. Poſtmodum vero, illa quoq; cicatrice incluſa, quæ ipi continua eſt, exulcerat. Idq; longo ſpatio, ceu malo ipo ſerpẽte fit. donec humor vnde ortũ eſt ſit vacuatus. Etem̃ Romæ mulier quædã illuſtris, cum herpetẽ in malleolo haberet: primũ quidem medicamẽto quod algam recipit eſt vſa. Hoc cũ ꝓtinus cicatrix induceret: proxima illi ſumma cutis eſt excoriata. veluti ex deſquãmatis. Cui cũ deinde ſuperpoſitũ medicamẽtũ eſt: rurſus illi cõtinua eſt exulcerata. Idq; ita aſſidue perrexit. donec ad genu exulceratio ꝑueniret. Cũ interim quiduis potius pati, q̃ medicamẽto quod bilem traheret purgari parata eſſet. Itaq; etiã quod fieri in talib⁹ aſſueuit, quoniã pleriq; culpant non culpanda, damnato ex alga medicamẽto: aliud admoueri iuſſit. Deiceps igit quod ex ſandice cõponit, vtebamur. vt vero id quoq; quod exulceratum iam fuerat ſanauit: quod vero nunc exulcerabatur nõ inhibuit, ſed iam ad bubones vſq; vitium aſcẽderat, ipa neceſſitate coacta, ſerũ ſe lactis ſumpturam annuit. Immittentes igitur clanculũ minimũ ſcamoniæ: inuitam purgauimus. ac ſanauimus. Ergo cuius gratia hæc dicta ſint, denuo repetam⁹. Poſtq̃ cõmunẽ oĩm quæ ſub eodẽ genere vitioꝝ ſũt, indicationẽ acceperis: vtiq; nõ hanc in particularib⁹ exequeris. Sed reduces ſemp ad differentiã, quæ tum affectibus: tum ipoꝝ cauſis ſit accõmoda. Sicuti de

Vlcerũ in ꝓfunditate drã vnde.

Phagedæna.

Cãcer exulceratus.

Curatio cõmunis & ꝓpria.

Herpetis curatio.

De nobili romana cui erat in malleolo herpes.

ſpontaneis oſtenſum eſt vlceribus. Vacuabis nãq; eum qui redundat humorem. Cæterum aliquando medicamento quod flauam purgat bilem. Sæpe eo quod nigram. Modo eo quod mixtæ eſt facultatis quod ſcilicet bilem ſimul et pituitam educat. veluti in altero herpetum genere, quem a ſimilitudine quam habet cum milio cenchriam græce appellant. Quippe is non protinus vlcus facit, quemadmodum alter. Sed admodum exiguas puſtulas, ad ſpeciem milij, quæ ipſe interpoſito ſpatio in vlcus abeunt. Adeo non ſine ratione quibuſdam viſum eſt in eiuſmodi vitio, bili eſſe aliquid pituitæ admixtum. Incidunt ſane non nũq̃ & citra vehemens totius corporis humorum vitium, in partibus vlcera. quæ haud difficulter medicamẽtis quæ reprimendi digerendiq; mixtas facultates habent curantur. At reprimunt quidem non ſolum ea quæ aſtringunt: ſed etiam quæ ſine aſtrictione refrigerant. digerunt vero quæ calefaciunt. Conſtatq; quod in generatione vlceris, exuperare debebunt quæ reprimendi facultatẽ habent. vbi non amplius confluit in ægrotantem particulam vitioſus humor, quæ digerunt. Si quidem exiguum vitioſi humoris, etiam ſi quis ad viſcera et magnas venas retrudat: nullum profecto quod ſenſu percipiatur malum committet. At ſi eius non leuis quantitas ſit: in princeps aliquod membrum aliquãdo procumbit. vbi ſcilicet prius naturæ viribus totum corpus expurgantis, non ſit vel per deiectionem vel vrinas vel cutim, quæ totum corpus includit vacuatus. Atq; flauæ quidem bilis vacuatio eſt facilis. Pituitæ vero, ac potiſſimum eius quæ craſſior glutinoſiorq; eſt, itemq; nigræ bilis, difficilior. Quo magis purgantis medicamenti ope indigent. In herpete vero quoniam tenuis humor eſt, qui id vitium creat: abunde eſt etiam aluum leuiter ſoluiſſe. vel vrinas per ea quæ id modice efficiunt citaſſe. Verum quoniam de medicamentorum methodo proditum etiã aliquid in ſuperioribus eſt: non parum autem et in operibus quæ proprie his ſunt dicata: ſatius ſit ſermonem nihil vltra proferre. Quando ſatiſfacere etiam ei qui attentus erit hæc poſſunt. Neq; enim nos ea e muſis accepimus. Verum homini qui prudens ſit et diligens, et mente exercitatus, ipſa rerum natura quid agendum ſit ſuggerit. Vbi vero etiam inueniendi viam ab alio quis traditam ceperit: huic facillimum eſt per eam vltra progredi. Huius rei amplum teſtimonium fuerit, quod eiuſmodi viri, artem maximis operibus illuſtrarunt Qui vero parum ſunt prudentes: ij nihil præterea inueniãt, etiam ſi tota vita infinitos artis affectus conſpexerint. Plurima nãq; inueniuntur hodieq;. quæ apud maiores noſtros non fuere inuenta. veluti nunc Romæ quidam excogitauit, quemadmodum acrochordonas

Cenchria vñ dicta, et quẽadmodum oriat.

Vlcera quã doq; ſine toti⁹ cacochymia ĩ ptib⁹ naſci.

Reprimendi, digerendi ve tẽpus

Nõ eẽ repmendum ſi mult⁹ ſit vitioſũ ſuccũ.

Qui ſucci facile vacuentur.

Vacuatio ĩ herpete.

et myrmecias ore ſanet. Verum de prioribus, vtpote a cute extantibus minus eſt mirum. de myrmecijs vero potiſſimum quæ cū ſumma cute prorſus ſunt æquales, mirum videbatur. Verūtamē has quoq; certa primum labiorum applicatione, ceu ſuctu ad ſe traxit. atq; a radice euulſit. Deinde primoribus apprehenſam dentibus, totam ſimul exemit.

Acrochordonum & myrmeciarū noua curatio.

Sed et ſcalpro ad myrtacei folij ſpeciem formato, et ferramento eo, quod ſcolopomacherion græci vocant, quiſpiam manibus exercitatus, facile eas excidat.

Alia curatio.

Cum proprijs lineamentis a circūpoſita cute circūſcripta diſcernantur. Aeque vero et valente aliqua pinna circulo myrmeciæ impoſita, ipſam educimus.

Alia curatio.

debebit porro pinnæ fiſtula eſſe myrmeciæ craſſitudini par. vt eam vndiq; prorſus conſtringat. Quæ poſtea circumacta, ac ſimul deorſum impulſa, celerrime ita myrmecian etiam cum ipſa radice totam educet. Cōſtat vero et quod finis ipſe pinnæ, que eam circulo ſecabit, non tenuis modo: ſed etiam acutus & firmus eſſe debebit. Itaq; tum galli veteris pinna, tum vel magis aquilæ ad hunc vſum eſt commoda. Abſcindere vero ab his tantum radicem verſus oportet: quatenus reliquæ partis fiſtula complecti myrmecian poſſit. Sane ex ipſa ſtatim abſciſſione, ſi modo ſcite fiat: etiam acumen ipſi comparabis. Atq; hoc quidem ratio inuenit. non caſus. Iam quod hæc vehementer attrahentib⁹ ſurſum velletur, & putrefaciētibus enecabitur. ratione ab aliquo eſt inuētum. Qui iiſdem poſtea vſus: experiētia rem comprobauit. Quædam nāq; etiā añ experiētiam, fiduciam de ſe manifeſte præbent. veluti aculeum ac telum quod modo infixum ſit eximendum eſſe. Item arenulas ſi quæ oculo inciderunt. Quædam ratione certe excogitantur. confirmantur autē ip̄o vſu. Quo autē facilius etiā per te e u ſmodi vias ad curationum comparandā copiam, iūenias: nō tedebit aliquod huius generis exemplum ꝓponere. Nominamus autē id genus in numero particularꝝ vitiū. Quoniā eñ quædam deficiunt, ſicut dens vel digitus, vel e naſo naris, vel auris quæpiam particula, vel pudendi pellis, quædam redūdant veluti ſextus digitus, & quæ græce exoſtoſes dicuntur, et dentium hi, qui naturalibus adnaſcuntur: adimere q̄dem quod ſuperuacuū eſt, ſane haud difficile eſt. Aliud vero producere quod ſiſe ei ſit, quod deſit, id in qbuſdā qdē eſt facile. in qbuſdā difficile. In alijs plane fieri non poteſt.

Quæ refici poſſint, q̄ non.

Si nāq; carnoſū ſit quod deeſt: haud magno negocio id reficias. Atq; eius rei in cauis vlceribus tradita methodus eſt, ſin os ſit, ipm qdē inſtaurare nō eſt cæterꝝ aliud ꝑ eo durū efficere, id licet. Dictū vero etiā in ꝓcedētib⁹ eſt, de reficiendis venis. Nempe quod aliqñ nouas alias ſenſibiliter ꝓgenitas vidim⁹, aliqñ oia tentātib⁹ nō ꝓuenerūt. At ſi digit⁹ deſit, vel tale qppiā

reſtituere id prorſus non licebit. Sane proditum et de præputio pri⁹ eſt. quẽadmodum id quiſpiam inſtauret. At quæ ĩ naſo vel aure vel labio ſunt curta: ea quidẽ vt refeciſſe non licet: ita decorem aliquem his adijcere licet. ſi quis diuiſam vtrinq; cutim, mox in vnũ cõductã q̃at agglutinare. Alia vero ratione huic morborũ generi adnumerantur Atheromata. et Steatomata. & Meliccrides. et Aſcarides. et Ceria. & Elmynthes. Præterea quæ in articulos et pulmones incidunt Calli, quos pœros vocãt. Itemq; qui in renib⁹ & veſica inueniunt calculi. Quippe in oĩbus his cõmunis eſt ſubſtãtiæ generatio quæ ante non fuit. Contra fit in Alopecia & Ophiaſi & Ptiloſi. item Caluicie in q̃bus amiſſio particulæ eſt, quæ vtilis fuerat. Tãq̃ igitur in cæteris oĩbus in quibus gigni quippiam volumus, id agimus, vt naturæ mot⁹ liberos minimeq; impeditos reddamus: eodẽ certe modo & in pilis amiſſis. Quippe naturæ opus eſt, veluti in ſinuoſis vlceribus generatio carnis: itidẽ in capite & cilijs ꝓductio piloꝝ. Ergo ſi recordaberis ea quæ in naturalibus libris noſtris de piloꝝ generatione didiciſti: vtiq; ex ĩpis amiſſionis eoꝝ cauſas inuenies. Siquidem oſtenſum in his eſt, quod ex ſuccis, qui per cutim trãſpirãt, quod limoſum eſt, id pilos, tum a principio gignit: tum de cætero veluti ſuccreſcendo auget. Hoc igitur quoties vel prorſus perijt: vel redditũ eſt vitioſũ: toties pilos corrumpi eſt neceſſe. Corrumpuntur nãq; & ſtirpes ĩpæ duplici de cã. Alias nutriẽte ſucco deſtitutæ. Alias non idoneo vſæ. Ac prorſus quidem ꝑdito eo qui pilos alat ſucco: caluicies orit̃. Eodẽ vitiato: tum quas Ophiaſes græce vocant: tum Alopetiæ ꝓueniũt. At primũ quidem ex naturali eorum, tum ortu tum mutatione: etiã alienam a natura cauſam inueſtigabis. Abhinc curationis rationem inuenies. Quæ vtiq; per indicationes ad id quod omnibus iam dictis in q̃bus vel aliud quoduis vitium vel etiam vlcus ex humoris vitio incidit cõmune propoſitum eſt reducit̃. Si quidem & inhibere quod influit & abſumere ac digerere quod iã ægrotantẽ locũ occupauit, conueniet. Ergo ceu in vlcerib⁹ illis purgationẽ nocẽtis ſucci primũ adhibuiſti: eodẽ modo ĩ pilis ĩpis, ab hac primũ curationẽ inchoabis. Scilicet diligẽter prius æſtimãs, quis color cutis ſit, cuius cernis corruptos pilos. Nã ſi is albidior q̃ ꝑ naturæ habitu ſit: pituitoſi humoris purgationẽ exhibebis. Sin pallidior: eiuſmodi bilis purgationẽ. nõ ſecus q̃ ſi nigrior cõſpicitur, quæ nigrã detrahant bilem offeres. Sane ad vitioſi humoris ſpeciem certius agnoſcendã, non leue tibi adiumentum præcedens victus conferet. Præſertim intelligenti quinam ciborum nigræ bilis ſuccũ colligant, qui nã pallidæ. & pituitæ. Ergo cũ iam plane purũ ex purgatione corpus exiſtimas: eum qui in

Varia gña ta cũ prius oĩno nõ eſſent.

Pœri.

In q̃bus amiſſio particulæ ẽ quæ vtil' fuerat.

Pili vnde.

Corruptio pilorum & ſtirpiũ ad portionem vnde.

Caluiciei. ophiaſeos et alopetiæ generatio.

Curatio.

Notæ humoris.

Humorem ex ꝓcedẽte victu noſci

cute continetur humorem, digerentibus medicamentis diſcuties. Sic tamẽ vt in his caueas, ne adeo calida acriaꝗ admoueas, vt cutis exulceretur. Quinetiam ea quæ valenter ſiccant, cauere conueniet, ne videlicet cum vitiato humore etiam vtilem qui confluit abſumas. Veluti in caluicie fit. Hæc igitur ipſe aduertens: admiſcui primum ijs medicamentis quæ Alopecian ſanarent, exiguum thapſiæ. Deinde conſyderans quotidie, quemadmodum ægrotantis natura ab hac eſſet affecta: vbi vel tumefactam pluſculum, vel quodammodo excoriatam vidi: illo quidem die medicamentum abſtinui. Illeui autem particulam vel galli vel anſeris liquato ſeuo. Propterea quod hæc magis tenuiũ ſunt partium. & altius deſcendunt. Deinde poſtero die ſi quidem aliquid iam dictorum remanſerat: ſimili modo illeui. Sin nihil tale apparuerat rurſus medicamento ſum vſus. Atꝗ vt id alte dimitteretur etiã cutim pri⁹ linteo infricui. quoad manifeſte rubra fieret. Verum ſi a balneo vti eiuſmodi medicamento voles: id ipſum ex balneo factum cernes, quod prius ex frictione habebas. Iam eos quoꝗ quibus periere ex cilijs pili, quos græce ptilos nominant: ſimilibus genere medicamentis ſanabis. Deliges autem materiã oculis idoneam. nec per negligentiam committes, vt medicamentum intra tunicas eorum confluat. itaꝗ ſicca tutiora ſunt. De quibus æque ac de cæteris in noſtris de medicamentis operibus eſt proditum. Nunc enim (quod dixi) abunde eſt, ſola genera medicamentorum, prætermiſſa particulari materia, tranſcurrere. Quo minus de iiſdẽ, identidem dicere cogar. Ergo quæcunꝗ ab ipſa naturæ moderatione ſunt alienata: ea tollere conueniet. Quæcunꝗ vero ſub hac ſe tenent, cæterum quodammodo corrumpuntur: ea ſeruare quatenus licet oportebit. Sane dictum a nobis eſt aliqua ambiguæ naturæ eſſe. Nec illud non dictum, quod eorum quæ aliena ſunt, quædam tota ſubſtantia ſunt aliena. logica ſcilicet inquiſitione, nec ad curationes in quibuſdam affectibus perinde vtili. Si quidem pterigiũ a ſanitatis habitu alienum eſſe, patere cuiuis arbitror. Non tamen idẽ ſubſtantiæ ratione, quemadmodum atheroma, et meliteris eſt alienum. ſanatio vero huius quoꝗ, dum paruum adhuc eſt, et molle, per ea quæ detergent perficitur. Cuius generis ſunt, quæ trachomatica vocant. Vbi magnum durumꝗ euaſit: chirurgian poſtulat. Simili ratione et aquularum, quas hydatidas vocant, quæ magnæ ſunt chirurgia curabis. Quæ paruæ ſunt ſiccantibus medicamentis iuuantur. At chalazium (eſt enim id quoꝗ ex vicijs quæ oculos infeſtant vnũ) cũ toto genere alienũ a natura ſit: auferri poſtulat. Ad eũdem modũ & pus ab oculis, quos hypopyus vocãt. Verũ id plerũꝗ

Cuiuſmodi digerẽtib⁹ vtendum.

Cauẽda eẽ quæ valenter ſiccent.

Cur galli vel anſeris ſeuo ſit vſ⁹.

Ptili, qui.
Ptilorꝫ curatio.

Pterigion quomõ a ſanitatis habitu alienũ
Pterigij curatio.

De chalazio hypopyjs et hypochymate.

medicamentis digeritur. Hypochyma vero iā incipiēs digerit. vbi diu cōſtitit, non poteſt. Aetate vero noſtra ocularius quidā medicus cui Iuſto nomē erat, etiā cōcuſſione capitis multos hypopyus ſanauit. Collocauit em̄ eos in ſella rectos. ac capita eoꝝ vtrinq; a laterib⁹ apprehendens, mox quatiebat. adeo vt manifeſte deſcendere pus ipſi videremus. Manſit aūt hoꝝ pus deorſum ꝓpter grauitatem ſubſtantiæ. Tametſi hypochymatis nequaq̄ manentibus. niſi admodū ea qs diligēter impingi cogeret. Etem̄ leuius eſt, ac vt ita qs aſſimilet, nebulæ ſimilius Hypochyma, q̄ pus. Quāq̄ hoꝝ quoq; ipoꝝ q̄dā (Hypochymatū dico) ſeroſioris humoris ſunt. Hæc aūt pūctiōe ad præſens diſcutiunt. Interpoſito tamē haud longo ſpatio, ceu limus quidā deorſum fertur. At quando pus quod in oculis eſt digerere placet: collyrijs quæ myrrhā habēt, maxime vtemur. quæ vtiq; et diaſmyrnes græci ꝓprie vocant. his certe minus, ſed reliquis melius faciunt, q̄ Dialibanu vocant. Que vero impēſe ſiccāt, ad pſens certe valenter vacuāt. Sed quod reliquū eſt ita cogunt, vt ægre reſolui poſſit. Veluti de ſcirroſis tumoribus prius eſt cōprehenſum. Subinde vero multū ſimul puris vacuabim⁹. diuiſa tunica ea quæ coruus eſt ſpecie. paulo ſupra locū quo cōmittūt iter ſe tunicæ vniuerſæ. Noīant porro locū græce alij irim, alij ſtephanon. i. coronā. Quo fit, vt hoc quoq; vitiū trib⁹ ſubijciat vacuādi modis, & chirurgiæ q̄ ſil' mlτū aut totū expellit, & p medicamenta quæ paulatim, & ei q̄ ad alium tranſfert locū. veluti cōcuſſioni. Sunt ꝑfecto ex genere eoꝝ q̄ tota ſubſtātia præter naturā ſint, et Aſcarides & Elmynthes ſiue eæ teretes ſint. ſiue etiā latæ. Quo circa & prorſus eas expelli e corpore conueniet. Expelles aūt ſi pri⁹ enecaueris. Necant autē amaris medicamētis. Viuētes nāq; ob ſiſtunt inteſtinis adherētes. At mortuæ expellunt vna cū ſtercore. Expellunt cum hoc etiā viuæ. Sed ſtupefactæ. & vt ita qs dixerit ſemimortuæ factæ. At teretes q̄dē apſinthiū pimere poteſt. Latæ vehemētiora medicamēta deſyderāt. Pari modo quæ aſcaris græce dicit. Verū de medicamētoꝝ copia dicere nō eſt pſentis propoſiti. Quare hic iam huic quoq; libro finem imponamus.

*Iuſtus oculoꝝ medic⁹*

*Hypopyorū curatio iuſti.*

*Hypochymatis curatio.*

*Si pus in ocl'is digerere placet.*

*Quo loco diuidenda ceratoides*

*Iris ſiue ſtephanos.*

*Hypopy⁹ trifariā curari.*

*Quēadmodum aſcarides et elmynthes curent.*

*Interpres.*

Pro his viginti Galeni libris quib⁹ ille tris præcipuas medicinæ partes eſt cōplexus linacro Anglo, qui eos ſūma qua potuit fide vertit, lector candide quiſqs ex ijs fructū percæpiſti, bene præceris.

FINIS.

Deo gratia.

Deſiderius Maheu ſtudioſis S. D.

NOn pepercim⁹ cãdide lector, labori vt hoc nobile & inſigniter eruditum opus q̃ emendatiſſimum e noſtra officina in publicũ prodiret. Niſi quod hæc, quibus ſententiæ concinnitas vtcunq; violari videatur, noſtrã (neſcio quo infortunio) ſæpius repetitam effugerunt lectionem. Sed non ignoras illi eſſe ignoſcendũ qui imprudens ac plane inuitus peccauit. Quare & meo nomine & tuo librũ his maculis q̃primum purgato. Vale.

Folio. Pagia. Verſu.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ij | i | Nãq; aliũ | pro diuitem | ſcribe | ditem |
| ij | i | aut certe | pro ſuperat | ſcribe | ſupereſt |
| v | ij | bos, qui | pro nunq̃ | ſcribe | vnq̃ |
| vij | i | eorũ ſcrib | ꝓ. Atq; nũc | ſcribe | A t nunc |
| vij | ij | cõtereret | ꝓ exercitati | ſcribe | inexercitati |
| x | i | ſe natur. | pro. quæ | ſcribe | qui |
| x | ij | aiebat | vbi eſt in | dele | in. (vt ſit) a naturali |
| xij | i | de medẽ | pro pncipiũ methodi | ſcribe | methodi principium |
| xiij | i | do perma | ꝓ pmanẽtiã | ſcribe | permanentia |
| xiiij | i | iſtimare | pro æge | ſcribe | ægre |
| xiiij | ij | ctus a qui | pro innuerit | ſcribe | inuenerit |
| xiiij | ij | res ſecũd | pro incipito | ſcribe | incipitor |
| xv | ij | exercitat | ꝓ exercitat | ſcribe | excitat |
| xvj | i | bus, cum | pro quidã | ſcribe | quiddam |
| xvj | i | carnoſa | pro iudicet | ſcribe | indicet |
| xvj | ij | muni | pro nonne | ſcribe | nomine |
| xvij | i | turæ a | pro inne ctæ | ſcribe | inuectæ |
| xviij | i | nus ad | ꝓ naturale | ſcribe | naturalem |
| xx | i | bes, qui | ꝓ diſcideant | ſcribe | diſſideant |
| xx | ij | loſophi | pro ratine | ſcribe | ratione |
| xxvij | i | cipe vero | pro ſit | ſcribe | ſis |
| xxviij | ij | & non | pro iudicare | ſcribe | indicare |
| xxx | i | vulnus | pro cõulſio | ſcribe | conuulſio |
| xxxj | ij | aſini | poſt audiẽdã | adde | quidem |
| xxxij | i | peſtinum | ꝓ tẽpeſtinũ | ſcribe | tempeſtiuum |
| xxxij | ij | tem in | ꝓ ſiliaribus | ſcribe | ſilarib⁹ ſed hoc alias |
| xxxviij | ij | incipiam | pro quæ | ſcribe | quod ( ſæpe ẽ faciẽdũ |
| xliij | i | ſunt & | pro iterum | ſcribe | item |

| Folio. | Pagia. | Verſu. | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xliiij | i | abeſt | pro carnem | ſcribe | carne |
| xliiij | i | An non | pro ſit | ſcribe | ſic |
| xliiij | ij | mon enda | ꝑ admonēda | ſcribe | admouenda |
| xliiij | ij | ꝑgreſſus | pro ve | ſcribe | ne |
| xlv | ij | numero | ꝑ rationali | ſcribe | ratiocinali |
| l | ij | rit. Nam | pro iuſticiæ | ſcribe | inſcitiæ |
| lij | i | medica | pro aliquod | ſcribe | aliquid |
| liij | ij | guinis | pro ſtantē | ſcribe | ſtatim |
| liiij | i | niunt | pro alium | ſcribe | aluum |
| lxj | i | tio ſumi | pro dicta | ſcribe | dictæ |
| lxix | i | lo ad | pro lotam | ſcribe | totam |
| lxxiij | ij | eorum | poſt quietiā | dele | etiam |
| lxxiiij | i | ꝑpterea | pro quidem | ſcribe | quidam |
| lxxvj | ij | cidentiā | pro, Quot | ſcribe | Quod |
| lxxvij | i | vero | pro nec vbi | ſcribe | necubi |
| lxxxij | i | in direct | ꝑēthyporos | ſcribe | eunthyporos |
| lxxxij | ij | ceps, | pro diſploe | ſcribe | diploe |
| lxxxvij | i | vel per | pꝰ excitatur | dele | phænigmon græce |
| xciiij | ij | inſiniter | pro iſiniter | ſcribe | inſigniter (vocant |
| xcviij | ij | omnium | pro ipſe | ſcribe | ipſæ |
| cvj | i | num in | ꝑ tēpamētū | ſcribe | temperamento |
| cvj | i | Alia ex | ꝑ hipocyſci | ſcribe | hypocyſtide |
| cviij | ij | Alia ex | ꝑ palūlarū | ſcribe | palmularum |
| cviii | ij | detur | ꝑ ſuccꝰ | ſcribe | ſiccus |
| cxiiij | i | medicus | pro in certo | ſcribe | in incerto |
| cxiiij | i | refrigerāt | ꝑ refrigerāt | ſcribe | refrigerent |
| cxiiij | ij | vt qui | pro.quidam | ſcribe | quidem |
| cxv | i | cuet: | pro ipſæ | ſcribe | ipſe |
| cxv | ij | riam feb | pro iuſtitiā | ſcribe | inſcitiam |
| cxix | ij | calfaci | poſt quæ | adde | ex |
| cxxj | ij | cetur: | ꝑ admoueri | dele | ad monuerimus |
| cxxij | i | Ergo in | ꝑ quidē (mꝰ | ſcribe | quidam |
| cxxij | i | naturam | pro pro | adde | quæ |
| cxxv | ij | ror quidē | pro tam | ſcribe | tantum |
| cxxxiiij | i | foris | pro frida | ſcribe | frigida |
| cxxxv | i | perans | ꝑ humectāt | ſcribe | humectent |
| cxxxvj | ij | ratio | pro cutione | ſcribe | curatione |
| cxxxvij | i | guine | pro ſāguine | ſcribe | ſanguinis |
| cxxxvii | ij | ſa putredi | pro diffūdit | ſcribe | diffundit & |

Folio.Pagina.Verſu

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| cxl | i | quod | pro ασαςκόυ | ſcribe | ευσα κόυ |
| cxl | ij | Cōducit | pro diligēdi | ſcribe | deligendi |
| cxlj | ij | nempe | adiapneuſci | ſcribe | adiapneuſtian |
| cxliij | i | (arbitor) | pro carma | ſcribe | carina |
| cxliiij | i | cum al | pro aliqua | ſcribe | alica |
| cxliiii | i | cet acci | pro ipſæ | ſcribe | ipſe |
| cxlvj | i | hoc caſu | pro quidam | ſcribe | quidem |
| cxlvj | ij | debet | pro ventrũ | ſcribe | neutrum |
| cxlvij | i | abũdãtia | pro pletorã | ſcribe | plethoram |
| cxlviij | i | laborant | ꝓ αρθριτικα | ſcribe | αρθριτικουσ |
| cxlviij | i | quo mor | pro ſic | ſcribe | ſit |
| clij | i | quod diſt | pro ictum | ſcribe | dictum |
| cliij | i | in Meth | ꝓ Methyna | ſcribe | Methymna |
| cliij | ij | terauerit | ꝓ aliaꝝ (ma | ſcribe | aliorum |
| cliiij | i | ſin admi | pro minus | ſcribe | munus |
| cliiij | ij | te digeſto | pro perpſo | ſcribe | perpeſſo |
| clvj | i | ſumptum | pro vobis | ſcribe | nobis |
| clvij | i | tionem | pro ad | ſcribe | a |
| clvij | i | tionem | pro naturã | ſcribe | natura |
| clix | i | ponitur | pro clyſtere | ſcribe | clyſterem |
| clxj | i | ſanet | pro ĩ tempie | ſcribe | in intemperie |
| clxj | ij | eſt tutrix | pro videtur | ſcribe | videntur |
| clxij | ij | quæ phy | pro ſic vbi | ſcribe | ſicubi |
| clxvj | i | indigeat | pro virtutũ | ſcribe | virtutem |
| clxviij | i | et petroſe | pro Meo | ſcribe | Mio |
| clxviij | ij | runt | poſt ſemel | adde | quidem |
| clxx | i | plus hoꝝ | pro pulicerẽ | ſcribe | puluerem |
| clxxiiij | i | eſt etiam | ꝓ balineis | ſcribe | balneis |
| clxxiiij | i | tioneq; | pro ſcalorẽ | ſcribe | ſqualorem |
| clxxiiij | ij | vniuerſꝰ | pro tuerit | ſcribe | ruerit |
| clxxv | i | priuſq̃ | pro lineat | ſcribe | leueat |
| clxxv | i | eiuſmodi | pro exalme | ſcribe | oxalme |
| clxxx | ij | reliqnis | ꝓ chorradas | ſcribe | Choeradas |
| clxxxij | i | in tracta | pro diſſer. | ſcribe | differamus |
| clxxxiiij | ij | dura eſt | ꝓ firmidinẽ | ſcribe | firmitudinem |
| clxxxiiij | ij | rũ partẽ | pro lence | ſcribe | leuce |

Habes errata quæ ſi volumẽ ſpectas & pauca ſunt, et leuis momenti. neq; omiſimus alia q̃ quæ a dormitante Lectore caſtigari poſſint.

Pauca hæc Lector ſtudioſe quæ in opere de ſanitate tuenda per incuriã ſũt omiſſa, hic potius inſerẽda q̃ prætereũda cenſui. Quod hoc opꝰ vt pote cognatum, cũ illo cõpaginãdũ exiſtimo. Et alioqui de induſtria pari charta et littera hac ipſa de cauſa eſt excuſum.

Folio. Pagia. Verſu.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ii | ii | cum mul | pꝰ quãlibet | adde | quod titulo p̃ſcribit |
| ii | ii | ti a me | ꝓ latiati (eiꝰ | ſcribe | latinitate |
| vii | i | perpetuo | pro. Qui | ſcribe | Nam |
| ix | ii | corpus | pro puellis | ſcribe | infantibus |
| x | ii | to ſui | pro quod | ſcribe | Quid |
| xii | ii | hibẽdos | vbi ẽ ac | deme | ac. |
| xii | ii | vero | ꝓ fõtana re. | ſcribe | fontanæ recentis |
| xii | ii | ſit contra | ꝓ reliqs (cẽti | ſcribe | reliquarum |
| xiii | i | quo pius | pro omnis | ſcribe | omne |
| xiii | i | noxam | ꝓ tolerabit | ſcribe | tolerauerit |
| xiii | ii | uiq; cõue | ꝓ ſin qđ ad corpꝰ ſpectat mẽbra eius | ſcribe | ſin corporis mẽbra |
| xiii | ii | ſed vt | ꝓ pmũ oĩm | ſcribe | primo loco |
| xiiii | i | qui oſ | pro oſcillũ | ſcribe | oſculum |
| xviij | i | et exig | deme ne & ꝓ | ſcribe | quampiam |
| xviij | i | ptũ aut | ꝓ erit ( q̃piá | ſcribe | iri |
| xviij | ij | | | | frictionũ figura eſt i- |
| xxiij | i | tã, aug | ꝓ modicam | ſcribe | mediocrem ( uerſa |
| xxxij | i | cremẽ | pro diſtẽſis | ſcribe | diſtentis |
| xxxij | i | feres | poſt maneãt | adde | tanto ꝓfecto magis |
| xxxiij | i | rendum | ꝓ incuneata | ſcribe | impacta |
| xxxiij | i | riens | pro huic | ſcribe | hunc |
| xliij | i | tibus | ꝓ ſubtilibus | ſcribe | tenuibus |
| xliij | i | tur õ | ꝓ ex natura | ſcribe | naturæ ſuæ |
| xliij | i | accipiat | pro accipiat | ſcribe | recipiat |
| xliij | ij | litus: | pro itermiſit | ſcribe | intermiſerit |
| xliiij | i | ſum ſuc | ꝓ eſſe cõphẽ | ſcribe | comprehendiſſe |
| xliiij | ij | lo ſucco | ꝓ idq; ( ſos | ſcribe | hiq; |
| xlv | ij | Adurẽt | ꝓ eſtꝰ imodi | ſcribe | eſtu immodico |

Folio. Pagina. Verſu

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xlv | ij | mal ex | ꝓ obſeſſit | ſcribe | obſeſſum |
| xlv | ii | Ceterum | poſt talibus | adde | ſunt |
| xlv | ii | Ceterum | | Dele | ſunt |
| xlvii | ii | ſubtrahẽ | pro Enula | ſcribe | helenium |
| lii | ii | quæ ex | ꝓ rõ ducitur | ſcribe | ducitur, rationem |
| liii | i | ꝓpria na | ꝓ diſpẽſanẽ | ſcribe | reguntur |
| liii | i | co, quæ | pro aſſari | ſcribe | torreri |
| liii | i | tum ſuſ | pro ea | ſcribe | eo |
| lix | ii | mum vbi | ꝓ obſtructõe | ſcribe | obſtructiones |
| lxv | i | totum | primũ verſũ | dele | vt pote bis poſitum |
| | | Quod | in nõnullis | caſti- | gatum inuenies |
| lxv | i | non eſt | pro ſubſit | ſcribe | ſubeſt |
| lxv | i | cidere | ꝓ põt q̃lis ẽ | ſcribe | plurimus, vt in |
| lxv | i | cidere | | Dele | plurimus |
| lxv | i | p̃ter nat | poſt calor | Adde | poteſt |
| lxv | i | ſed exigu | pꝰ hũc verſũ | Adde | tenue. Sicut e diuerſo |

frigidis intemperantiis, calidiora vina prebemus. At

LVTETIAE, SVMPTV GODEFRIDI
HITTORPII SPECTATAE FI
DE MERCATORIS APVD
DESIDERIVM MA
HEV. MENSE IV
NIO ANNO
M.D.XIX.

EME FRVERE ET

VALEBIS PAN

CRATI

• C E .

coll compl

8 Alterum [illegible] affecti natura distinguitur [illegible] 8 [illegible] [illegible]
in [illegible] natura ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] partibus [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] tota in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ad [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] fiat [illegible] et quod [illegible] in [illegible]
affectus [illegible] modus substantiae [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] substantia
ut [illegible] [illegible] 3 [illegible] temperatura [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] temperamentum
[illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible]
[illegible] affecti et [illegible] natura ut [illegible] [illegible] o
[illegible] magna caliditas sed parva [illegible] [illegible]
[illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] odoratus
4. A [illegible] membri [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] 5 natura [illegible] a formatione et [illegible]
positione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ut [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible]
in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] figura [illegible] Anatomia [illegible] 6 a [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] tota 7 Colligatio [illegible] [illegible]
[illegible] substantia [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ut [illegible] et [illegible] [illegible] et
[illegible] [illegible] in [illegible] et cordis
[illegible] [illegible] 8 [illegible] a [illegible]
operationum ut [illegible] [illegible] cordis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in
[illegible] affecto [illegible] 4 Curando [illegible]
A [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] statum. A [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] declinationis
[illegible] statum [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ad [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ubi [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] 5 Ubi [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]